



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

6,1,-132 DA BOX
(LN bis 25)

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

343.

# POSTILLA

*SIVE*

# ENARRATIO

*EVANGELIORVM,*

QVAE VSITATE DIEBVS DOminicis & Feſtis in Eccleſia proponuntur.

*EDITA*

*A*

*DOCTORE PAVLO*

*AB EITZEN.*



VVITEBE[illegible]

*Iohannes Schwertel exprimebat.*

ANNO M. D. LXXII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# NOBILI ET MA-
GNIFICO VIRO DOMI-
NO SIVERDO SIVERSSEN,
*Illuſtriſſimi Principis Adolphi, Hæredis
Noruegiæ, Ducis Sleſuici, Holſatiæ
&c. Præfecto in Prouincia Eider-
ſtediana &c. ſuo Domino &
Mecœnati colendo.*

NOBILIS VIR, *Domine & Mecœnas colende. Cùm perſuaſus ab amicis eſſem, vt enarrationes Dominicalium Euangeliorum diuiſas in duas partes, Hyemalem & Aeſtiualem, quas ſtudioſis Theologiæ in noſtra publica Schola propoſui, in publicum ederem, conſtitui apud me quòd eas veſtræ præſtantiæ dedicare vellem, tum vt animi mei erga veſtram Præſt: gratitudinem pro ſingulari beneuolentia aliquo officiolo declararem, tum vt hæc dedicatio eſſet teſtificatio de Veſtræ Præſtantiæ eximio amore erga Euangelium*



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

IESV CHRISTI, eiuſque pios & fideles miniſtros, nec nòn erga omnes eos, qui bonarum honeſtarumque doctrinarum ſtudijs ſunt addicti. Magna virtus eſt in illis, quibus Rerumpub. gubernatio commiſſa eſt, amare veram Religionem, ſanam Euangelij doctrinam, & eos qui Eccleſias rectè docent. Talibus enim patronis opus eſt apprimè Eccleſijs & earum Doctoribus in hac vltima & peſſima mundi ſenecta, in quorum numero V. P. inter Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini Adolphi, Hæredis Noruegiæ, Ducis Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ, Comitis Altenburgæ & Delmenhorſtæ, Domini mei clementiſſimi Præfectos et gubernatores non poſtremas obtinet: id quod cum ſingulari ad Deum gratiarum actione omnes prouinciæ iſtius, quæ veſtræ gubernationi commiſſa eſt, paſtores & concionatores vno ore prædicant, & ego in Eccleſiarum viſitationibus re ipſa cum magna voluptate ſum expertus. Hæc veſtræ Præſtantiæ præclara virtus Chriſtiana publica laude

*de digna eſt, vt etiam alij vbiq; terrarum veſtræ Præſt. exemplo ad eius virtutis amorem imitationemq; excitentur. Id conſilij habui, cur ſub veſtræ Præſtantiæ nomine meas haſce lucubrationes in Euangelia Dominicalia per totum annum emitterem. Et quanquàm optimè ſcio eius generis ſcriptorum magnum eſſe numerum, adeò vt à multis tanta Poſtillarum, vt vocant, copia reprehendatur: tamen cùm non leuitate, aut vana ambitione inſtigatus, ſed honeſtis pijsq; rationibus ad hanc editionem perſuaſus & adductus ſim, ſpero virorum bonorum futura eſſe æqua iudicia, calumniatorum morſus & ſputa floccipendo. Omnino verò confido veſtræ Præſtantiæ hanc officioſam dedicationem, ex animo grato profectam, non ingratam fore. Et V. Præſtantiam vnà cum nobili & honeſtiſſima vxore Deo Opt. M. per filium eius Ieſum Chriſtum commendo. Ex Sleſuiga die viſitationis Mariæ, Anno 1570.*

*Paulus ab Eitzen, artium & Theologiæ Doctor.*

# DISPOSITIO EVANGELII PRIMÆ DOMINICÆ Aduentus, *Matth.* 21.



E*T CVM APPROPIN*quaſſent Hieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Oliuarum: tunc Ieſus miſit duos Diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum eã, ſoluite & adducite mi*hi.*

*Et*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

hi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, Dominus his opus habet, & conſeſtim emittet eos. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem, Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus, Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum ſuper illa collocauerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij vero cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. Porro turbæ quæ præcedebant & ſequebantur clamabant, dicentes, Hoſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in altiſsimis.

*QVAtuor Dominicæ præcedentes feſtum Natiuitatis Chriſti, recepta ab Eccleſia appellatione, vocantur Dominicæ Aduentus, quia conciones harum Dominicarum ſunt directæ ad meditationem Aduentus Domini no-*

ſtri Ieſu Chriſti filij Dei in carnem, & Aduentus ipſius ad Iudicium, quod fiet in nouiſsimo die. Debent autem Chriſtiani non hoc tantùm tempore, ſed ſemper occupati eſſe ea meditatione, de qua etiam quotidiana recitatio Symboli nos admonet. Vt enim Aduentus filij Dei in carnem eſt fundamentum fidei & ſalutis noſtræ, ſicut Eccleſia canit: Niſi hic puer nobis natus eſſet, omnes perditi eſſemus: Ita Aduentus eius ad iudicium ſpem noſtram & expectationem reſurrectionis ex mortuis & aſſumptionis ad vitam æternam & cœleſtem confirmat, & contra omnia mala huius vitæ animos noſtros erigit. ſicut Chriſtus dicit Lucæ 21: Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Hoc verò Euangelium ad meditationem primi Aduentus Chriſti pertinet, & ſimul includit meditationem Aduentus inuiſibilis, qui non eſt vnius temporis aut diei, aut anni, ſed ſemper fit per prædicationem & auditionem verbi, & ſacramenta, & in vera inuocatione. Sic enim etiam ante incarnationem filius Dei venit ad patres, patriarchas, & omnes ſanctos, aliquando etiam viſibilibus apparitionibus & collocutionibus ſuam præſentiam demonſtrauit: & ad nos quoq; venit, cũ audimus fideli corde Euangelium & Sacroſancta ſacramenta accipimus, & fide precationes noſtras dicimus, ac ſuam præſentiam in nobis per

virtu-

virtutem Spiritus ſancti certificat.

Doctrina Euangelij huius in duas partes diuiditur.

Prima pars eſt conſideratio hiſtoriæ, quæ proponit deſcriptionem Aduentus Chriſti in mundum per incarnationem, & ſpiritualis ſeu inuiſibilis Aduentus in verbo Euangelij & Sacramentis, poſtulantis vt ab omnibus hominibus pro rege, hoc eſt, pro liberatore à peccatis, morte, inferno & Diabolo, & datore æternæ vitæ, recipiatur per fidem.

Secunda pars eſt proclamatio ſeu adhortatio ad Eccleſiam, vt Chriſtum aduenientem cum gaudio & læticia excipiamus & exoſculemur fide, atq; tempus gratiæ non aſpernemur, contemnamus aut negligamus, quia ſicut ille dies, quando Chriſtus ingreſſus eſt vrbem Hieroſolymam, offerens ſe illis pro rege eorum, & poſtulans ab ipſis obedientiam fidei, verè fuit ipſis tempus gratiæ ſeu acceptationis & dies ſalutis: ita etiam donec nobis prædicatio Euangelij cum Sacramentis offertur, verè eſt nobis tempus gratiæ & dies ſalutis, in quo exultare & lætari debemus. Væ autem illis in æternum, qui hoc tempus gratiæ negligūt. Breui enim exardeſcet ira huius regis contempti & neglecti, qua & temporaliter & æternaliter puniet ſuos contemptores & hoſtes.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

DE PRIMA PARTE.

ISraëlitis, imo Eccleſiæ vniuerſali promiſſus eſt Meſsias non tantum ſacerdos vnctus & ordinatus à Deo ſecundum ordinem Melchiſedek, ſed etiam rex vnctus & conſtitutus à Domino, ſicut Pſal: 2. ſcriptum eſt. Ego conſtitui regem meum ſuper Sion montem ſanctum meum: Et quidem tam glorioſus rex, vt omnes reges ei portas & ianuas ſuas aperire Pſal: 24. eum flexis genibus adorare Pſal: 72. & eum exoſculari debeant Pſal:2: vt non pereant exardeſcente ira eius. Eam promiſsionem regis Iudæi de rege & regno mundano intelligebant & monarcham aliquem expectabant, non conſiderantes alias promiſsiones & prophetias, conditionem & officium huius regis multo aliter deſcribere, videlicet quòd non eſſet futurus rex ſeu Monarcha mundanus, ſicut ipſe dicit. Regnum meum non eſt de hoc mundo, Sed quòd eſſet venturus rex in ſeruili forma, portaturus peccata populi & pro ſuis morte crucis moriturus, ſicut etiam dicit Matth. 20. Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis. Ergo Spiritus ſanctus per Zachariam Cap: 9. perſpicuam explicationem de conditione & officio regis promiſſi edidit, qui in hoc Euangelio citatur. Ecce rex tuus

venit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

venit tibi iuſtus & ſaluator & pauper, & ſedens ſuper Aſinam & pullum Aſini. Ego enim exterminabo currus ab Ephraim, & equos à Hieruſalem & arcus belli confringetur. Ipſe enim docebit pacem inter gentes & erit dominatio eius à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad fines mundi. Tu quoq; per ſanguinem teſtamenti tui emittis vinctos tuos è lacu, in quo non eſt aqua. Hanc Prophetiam Chriſtus hiſtoria ſeu facto huius Euangelij declarauit, accommodans ad exempla aliorum regum, cum à ſubditis ſubiectionem poſtulant: ſed longe diuerſo modo, qui coram mundo videtur eſſe cum inſigni ſtulticia coniunctus: ſed hæc ſtulticia coram mundo eſt ſumma ſapientia Dei, quam nos Chriſtiani attentè conſiderare debemus. Alij Reges, cum poſtulant ſubiectionem, veniunt cum magna pompa & maieſtate, inſident caballis magnifice ornatis, præcedunt tubicines, ſequitur magnum agmen miniſtrorū aulicorum. Hic vero Rex cum regalem ciuitatem Hieruſalem ingreditur, neq; Equum, neq; Aſinum proprium habuit, inſidet Aſinæ quam commodato accepit, & currit ad latus pullus: nec eſt Aſina ornata ephippijs, ſed tecta veſtibus diſcipulorum, neq; tubicines præcedunt, neq; ſequuntur aulici miniſtri, ſed plebs miſera puerorum & mendicorum et filiorum hominum præcurrit & ſequitur, canens Oſianna filio

*lio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, Oſianna in excelſis. Hanc pompam regis mundus iudicat eſſe ſtultam, eamq́ deridet: ſed nobis Chriſtianis hæc eſt gratiſsima & iucundiſsima pompa. Sicut Pſal: 68. deſcribitur, quæ promiſsionem ſeu Prophetiam de Rege promiſſo clarius explicat quàm vlla humana gloſſa. Primo enim teſtatur hæc pompa Chriſtum verè eſſe regem, ſicut ad Pilatum captiuus & iam iam condemnandus ad mortem dicit, Ego rex ſum: Non enim comica actio, ſed res maxime ſeria in hoc Euangelio proponitur. Poſſunt citari hoc loco teſtimonia congruentia ex Pſal: 2. 24. 68. 72. Lucæ 1. Matth. 4. &c. Et ſiquidem ipſe rex eſt, Ergo habet etiam regnum, quod eſt Eccleſia, quam colligit prædicatione Euangelij ex toto orbe terrarum: ad quam in mundum venit aſſumpta carne humana, vt eam ſeruitute & captiuitate Diaboli, peccati & mortis erutam in ſocietatem & libertatem regni & æternæ vitæ, aſſereret: & ad quam ingreditur per verbum Euangelij, & ſancta ſacramenta, donans ei acquiſitam libertatem, priuilegia & bona regni ſui, remiſsionem peccatorum, Spiritum ſanctum, pacem & læticiam conſcientiæ, victoriam ſuper omnia aduerſa & poteſtates contrarias & vitam æternam. Nulla lingua poteſt exprimere, quanta ſit ea libertas, quam hic rex ſuæ Eccleſiæ donat, de*

*qua*

in qua Prophetia dicitur: Tu quoq; per ſanguinem teſtamenti tui emittis vinctos è lacu, in quo non eſt aqua. Detinebat nos omnes Diabolus captiuos in infernali lacu, in quo nulla gutta aquæ eſt, qua poſſit extremitas linguæ refrigerari. Nam in inferno nulla eſt conſolatio, ſed tantum eſt eiulatus & ſtridor dentium, vermis qui non moritur, & ignis qui non extinguitur. Ex hoc lacu ad quem propter peccata pertinebamus, liberauit nos rex noſter Ieſus Chriſtus effuſione ſanguinis ſui, de qua liberatione ipſe inquit Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Ad hanc liberationem efficiendam venit filius Dei in carnem accepta ſerui forma, portans noſtra peccata in corpore ſuo, factus obediens patri vſq; ad mortem crucis. Sed dum in hac ſeruili forma patitur & moritur, etiam contriuit caput ſerpentis, fit mors mortis, & peſtis inferni, reſurgitq; rex triumphans & victor Diaboli, mortis & inferni: cum hoc glorioſo triumpho aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris, inde reuerſurus cum gloria, iudicaturus viuos & mortuos, & aſſumpturus Eccleſiam ad hæreditatem & conſortium regni cœleſtis. Ad hanc libertatem vocauit ſua voce Iudæos toto tempore prædicationis, & hoc die ingreſſus in regalem ciuitatem, mox ante paſſionem ſuam humili & paupere quidem, ſed tamen ſolenni & conſpicua pompa, ſe ipſis obtulit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tulit, neglectus quidem à magna & præſtantiſſima parte populi, ſed tamen honoratus à diſcipulis, & miſera plebe, veſtibus, frondibus & acclamatione gratulatoria. & Pſal. 118. Oſianna & benedictus, qui venit &c.*

*Voluit quidem vt hac publica acclamatione ciuitas Hieroſolymitana, imo tota Iudæa admoneretur de Prophetia eius Pſalmi, vt cogitarent omnes, hunc eſſe diem, de quo in illo Pſalmo dictum eſt. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, Iubilemus & lætemur in illa: Sed duricia cordis ipſorum nullam admonitionem admiſit. Secutæ ſunt ergo pœnæ temporales & ſequentur æternæ. Similiter ad hanc libertatem vocauit & vocat hic rex ab initio vſq; ad finem mundi, per prædicationem Euangelij ſui, in qua ipſe præcedit ſeu equitat vt Pſal. 45. dicitur: ſua voce omnes ad obedientiam fidei, & acceptationem liberationis, ex lacu, in quo non eſt aqua: Clamant enim prædicatores Euangelij ſine intermiſſione hanc vocem regis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ego refocillabo vos. Et quanquam præcipua pars mundi hanc vocationem ſuperbe contemnit, tamen aliqui ad hunc regem colliguntur, qui eum veſtibus & frondibus & lætis cantionibus ſpiritualibus excipiunt, aperiunt ei portas, exoſculantur eum, Deo gratias agunt pro hoc die ſalutis & gratiæ, Eos aſſu-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

mit hic rex ad hæreditatem & ſocietatem æterni regni ſui: reliquos perdet, cum exardeſcet ira eius.

## DE SECVNDA PARTE.

PRæcipit Deus per Prophetam Zachariam: Dicite Sion, id eſt, Eccleſiæ, Ecce, Rex tuus venit tibi manſuetus &c. Etſi Iudæis hic ingreſſus regis viſus eſt ſtolidus. (expectabant enim Monarcham aliquem pro Meſsia & rege ipſorum, & in hoc Chriſto non videbant formam illam, quam deſiderabant: Eſaiæ 53.) Tamen Deus vult dici, id eſt, publica voce, hunc regem proclamari, & de eo prædicari in Eccleſia. Ideo per Spiritum ſanctum excitat diſcipulos & plebem, vt publica voce clament & canant de hoc rege. Et quidem inquit Chriſtus, Si hi tacuerint, lapides clamabunt? Lucæ 19. Sic ſciamus, hoc præceptum ad omnia tempora pertinere. Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus: Hoc eſt immutabile mandatum Dei, vt prædicet Euangelium. De hoc rege, quod etſi videtur mundo ſtultum, tamen ſciamus placere Deo, et ſtulticiam prædicationis ſaluos facere credentes. Prædicamus, inquit Paulus 1. Corinth. 1. Chriſtum crucifixum Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtulticiam, ipſis autem Iudæis vocatis & Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Itaq; ſecundo loco etiam hæc pompa eſt te- 2
ſtimo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſtimonium quòd non velit Deus pati, ne publica vox de hoc rege omnino extinguatur, ſicut dicit Chriſtus. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Eſt rex hic conſtitutus à Deo Pſal. 2. Ergo manet & manebit rex, & habet & habebit regnum inuito mundo & inferis: Sic conſtitutum eſt à Deo, vt de hoc rege prædicetur. Ergo manet & manebit vox prædicationis ijſdem inuitis & ſe rumpentibus, nam ſi homines tacuerint, lapides clamabunt. Inſignis autem conſolatio eſt in hac prædicatione, quòd hic humilis & manſuetus & pauper Rex inſidens Aſinæ eſt rex noſter, veniens nobis, ſeu veniens ad nos: Glorioſa appellatio eſt regis nomen: quia Rex eſt ſupremum caput regni ſui, ad eum totum regnum reſpicit expectans ab eo defenſionem vitæ & bonorum, & quidem ſubditi cum ſingulari fiducia de ſuorum regum potentia gloriari ſolent. Videtur autem Eccleſia populus eſſe ſine rege, ſed verè habet Eccleſia regem, ſicut hic dicitur. Ecce Rex tuus, & quidem glorioſum regem, ſeu gloriæ regem, videlicet vnigenitum & omnipotentem filium Dei, de quo Rege Pſal. 24. dicitur. Quis eſt iſte rex gloriæ, Dominus fortis & potens in prælio, Dominus Sebaoth? ipſe eſt rex gloriæ, Et hic rex non tantum eſt defenſor, ſed ſimul & donator vitæ æternæ & omnium bonorum defenſor, Sicut dicit Ioan. 10. Ego ouibus meis æternam

vitam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

vitam do, & nemo rapiet eas è manibus meis. Si itaq; ſubditi confidunt ſuis regibus, & de eorum potentia gloriantur, multò magis nos fiduciam noſtram in hoc rege noſtro collocabimus, & de ipſo gloriabimur, atq; cum Dauide dicemus, Pſal. 46. Deus noſtra fiducia. Et alios ſimiles Pſalmos. Hæc meditatio valde amplificari poteſt citatione aliorum teſtimoniorum de potentia, gloria & æternitate huius regis ex Pſalmis & Prophetis: Et ſemper ſimul explicetur relatio, quæ inter regem & regnum eſt, ſeu Eccleſiam: vt pote: ſi Rex eſt æternus, ergo Eccleſia manebit in æternum, &c. Conſolationem augent verba ſequentia, venit TIBI, vel venit ad te. Reges mundani ſæpè in longinquis locis abſunt, non poſſunt adeſſe apud omnes ſubditos, ſi quis ſubditorum eos implorat, hic ipſos quærere cogitur. Hic Rex ipſe venit & paſcit vel quærit ſuas oues, & cum eis egreditur vel ingreditur, & apud ipſas, id eſt, apud Eccleſiam & in Eccleſia ac apud ſingulos pios ſemper præſens eſt. Imo habitat in ipſis, ſicut dicit: Ecce, ego vobiſcum ſum. Item, ego in eis, &c. Vocatur hic rex in titulo ſuo iuſtus, ſaluator, pauper ſeu humilis, Euangeliſta dicit manſuetus. Reges mundani iuſti dicuntur, qui iniuſtos ſeuere puniunt. Hic etiam eſt iuſtus iudex: ſed ad Eccleſiam titulum iuſti geſtat, quia iuſtificat peccatores,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*in ipſum credentes, ſicut Eſaiæ 53. ſcriptum eſt: Ipſe ſeruus meus iuſtus, per ſui agnitionem iuſtificabit multos, imo ipſe eſt iuſticia eorum. Hierem: 23. Hoc enim nomen eius, quod vocabitur Iehoua, iuſticia noſtra eſt. Et 1. ad Corinth. 1. Ieſus Chriſtus factus eſt nobis in Deo iuſticia. Reges mundani dicuntur patres patriæ, ſaluatores, & dicuntur inuicti, atq; tamen ad ſui defenſionem opus habent aliena potentia: Defenduntur enim à ſubditis & miniſtris ſuis, non poſſunt autem ſe defendere contra morbos & mortem, multo minus contra vim peccati & maledictionis. Hic rex autem eſt vere inuictus ſaluator ſuæ Eccleſiæ, qui deuicta morte & Satana verè liberos fecit omnes credentes, dat eis ſalutem & vitam æternam, defendit & conſeruat eos, ne ex ipſius manibus in æternum rapiantur. Reges mundani ſunt diuites, & diuitias ſuas colligunt à ſubditis. Hic rex cum ſit omnium ditiſſimus, nimirum Dominus cœli & terræ, factus eſt pro nobis pauper, vt per ſuam paupertatem nos in æternum diuites faceret 2. ad Corinth. 8. Reges mundani etſi ſunt terra & cinis, tamen plerumq; ſunt elatis animis præditi. Hic Rex eſt humilis & manſuetus, factus ſeruus ſeruorum ſuorum, portans infirmitates & peccata ipſorum. Non repellit à ſe quenquam venientem ad ſe, nec miſerrimum peccatorem, linum fumigans non extinguit, & calamum quaſſatum*

non

*non confringit: nullius gemitus & inuocationem contemnit: nemini petenti ſuam miſericordiam negat: manus ſuas ad omnes expandit, cupiens vt omnes ipſius gratiam recipiant. Hi tituli ampliſsimè amplificari poſſunt, et addatur concluſio continens ſummariam repetitionem & accommodationem Prophetiæ ad auditores. Nos ſumus illa filia Syon, cui mandat Deus dici: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Etſi itaq; videmus, ſapientes, potentes, & præſtantiſsimos quoſq; in mundo contemnere hunc regem aduenientem, & vocantem nos per manſuetum ſermonem Euangelij, quem prædicant ipſius Prophetæ, Apoſtoli et miniſtri, qui à mundo Aſini iudicantur: Tamen nos hunc regem tam humiliter aduenientem non contemnamus: ſed ſimus in turba infantium et lactentium, quæ hunc regem excipit lætiſsima cantione & acclamatione, Hoſianna &c. Benedictus, qui venit, &c. Edamus confeſsionem noſtram coram mundo, atq; miniſterium prædicationis, quibus poſſumus officijs iuuemus et honoremus, imitantes illum, qui Domino indigenti Aſinam conceſsit, & pauperem illam turbam, quæ veſtibus et frondibus Chriſtum aduenientem honorauit. Alij, qui ſunt contemptores, experientur breui iram huius regis ad ipſorum temporalem & æternam perditionem, propter quam quidem perditionem hic manſuetus & miſericors Rex ingrediens Hieroſolymam, flet ſuper eam: Attamen eſt iuſtiſsima executio pœnæ meritæ.* D-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# *DOMINICA SECVNDA ADVENTVS, EVANgelium Lucæ 21.*



E*RVNT SIGNA IN* ſole & luna & ſtellis, & in terris anxietas gentium per deſperationem, reſonante mari, & fluctu, extabeſcentibus hominibus præ timore & expectatione eorum, quæ ſuperuenient orbi terrarum, Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt Filium hominis veni=

entem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

entem in nube cum poteſtate & gloria magna. His autem fieri incipientibus, ſuſpicite & attollite capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem, Videte ficum & omnes arbores, cum protrudunt iam gemmas, cernentes, ex vobis ipſis ſcitis, quod iam inſtet æſtas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, ſcitote, quod inſtet regnum Dei. Amen dico vobis, non præteribit ætas hæc, antequam omnia facta fuerint. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

*EVangelium pertinet ad articulum fidei & doctrinæ Chriſtianæ, de nouiſſimo die, in quo filius Dei venturus eſt ad iudicandum viuos & mortuos, & vt electos aſſumat ad hæreditatem æternæ vitæ, quam ipſis ſuo ſanguine & morte acquiſiuit, impios autem cum Diabolis abijciat in æternum ignem. Diſtribuemus autem doctrinam de nouiſſimo die in 6. locos.*

*Primus de cauſis, cur neceſſe ſit hunc articulum ſæpè repeti.*

*Secundus locus de certitudine nouiſſimi diei.*

*Tertius locus reſponſio ad obiectiones Epicureorum & illuſorum.*

*Quartus locus, cur Deus illum diem Iudicij extremi non reuelauerit.*

*Quintus, de ſignis præcedentibus.*

*Sextus, de proceſſu.*

## DE PRIMO LOCO.

*HVNC articulum neceſſe eſt diligenter proponi, repeti, & inculcari præcipue propter tres cauſas I. Vt redarguantur Epicurei contemptores, de quibus 2. Petri 3. ſcriptum eſt. Illud ſcimus, venturos in extremis diebus illuſores, qui iuxta proprias concupiſcentias ambulent & dicant: Vbi eſt promiſsio Aduentus eius? II. Vt hæc commonefactio ſemper admoneat nos de vera pœnitentia, ſicut Actorum 17. inquit Paulus: Deus annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eò quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem terrarum in Iuſticia. Huc pertinent etiam hi loci ad Rom: 14. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, itaq; vnuſquiſq; pro ſe rationem reddet Deo, & 2. Corinth. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti &c. III. Vt hæc quotidiana repetitio huius articuli ſit confirmatio fidei & conſolationis in pijs, ne propter ærumnas ſuas & impiorum fœlicitatem in hac vita deficiant & languefiant, ſed cogitantes de nouiſ-*

ſimo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſimo die expectent Dominum & erigant facies & corda ſua, eo quod certo ſciunt appropinquare redemptionem, ſicut in hoc Euangelio dicitur, Erigite &c.

## DE SECVNDO LOCO.

NIHIL eſt certius verbo Dei, iuxta Regulam immotam: *Verbum Domini manet in æternum*: quam Regulam de nouiſsimi diei certitudine allegat Chriſtus Matth. 24. Lucæ 21. *Cœlum & terra præteribunt, verba autem mea nunquam præteribunt.* Colligantur itaq; teſtimonia de nouiſsimo die ex veteri & nouo teſtamento & notetur, quòd Deus etiam ante diluuium voluit prædicari hunc articulum, ſiquidem Apoſtolus Iudæis teſtimonium Enoch de hoc nouiſsimo iudicio citat. Ex illis teſtimonijs vtriusq; teſtamenti quædam citari in concionibus debent, quæ ſunt maxime perſpicua, vt Eſaiæ 66. *Ecce Dominus in igne veniet &c.* Sophoniæ 1. Malachiæ 4. Matth. 24. 25. 26. Lucæ 17. 21. &c. Et addantur demonſtrationes ex vero fundamento verbi Dei ſumptæ, vtpote: ſumus redempti à filio Dei, vt habeamus poſſeſsionem & hæreditatem promiſſæ beatitudinis & vitæ æternæ. In hac vita autem peregrinamur, ſuſtinemus cruces & perſecutiones: Ergo neceſſe eſt reſtare diem illum nouiſsimum liberationis. Item, æterna veritas, qui

crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui
vero non crediderit, condemnabitur. Ergo neceſſe
eſt reſtare diem, in quo hoc iudicium Dei reuela-
3 bitur. Item, completæ ſunt omnes promiſsiones &
Prophetiæ de Meſsiæ filij Dei conceptione, natiui-
tate, paſsione, morte, reſurrectione, aſſumptione
in cœlum. Ergo neceſſe eſt, vt etiam implean-
tur Prophetiæ de ipſius aduentu ad iudicium. Item
4 implentur quotidie in nobis prædictiones de cru-
ce, quam ſequentes Chriſtum portamus: Ergo
implebuntur etiam promiſsiones de noſtra conglo-
rificatione cum Chriſto, ad quam nos in nouiſsimo
die Chriſtus reſuſcitabit & aſſumet. Coniunxit
autem Deus cum expreſſo verbo etiam alia teſti-
monia, quæ & in creaturis, & in nobiſmetipſis,
ac alijs conſiderare debemus, ideoq; præcipua ordi-
ne recitabo.

I. Ad Rom. 8. inquit Paulus: Creatura vanitati ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe, quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus autem, quod omnis creatura congemiſcit, ſimulq; cum nobis parturit vſq; ad hoc tempus. Aſpicientes Solem, Lunam, Terram & alias creaturas ſeruientes tam malis quam bonis, cogitemus, eas non ideo eſſe creatas, vt impijs & malis ad malitiam & impietatem ſeruiant. Exempli gratia: Sol non ideo eſt creatus vt

*Idololatris, homicidis, furibus, impudicis, raptoribus, iniuſtis, ad eorum flagitia perpetranda luceat. Seruiunt autem creaturæ, ſed quaſi inuitæ in ſpe liberationis ab ea moleſta ſeruitute in libertatem filiorum gloriæ Dei. Neceſſe eſt igitur ſequi tempus illud liberationis, quando impij exterminabuntur, ſicut Pſal. 37. ſcriptum eſt.*

*II. Sequitur in eodem capite: non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi, qui primitias Spiritus habemus, in nobis ipſis gemimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis noſtri, hoc eſt, Spiritus ſanctus in omnibus pijs quotidianos gemitus & ſuſpiria exuſcitat, quibus exoptant aduentum nouiſsimi diei. Ergo certo ille dies veniet.* II

*III. Multi pij in hac vita perpetuò ſunt calamitoſi & ærumnoſi, vt Lazarus, Lucæ 16. & contra, multi impij in hac vita ſunt fœlices, quorum multi etiam ſine pœnitentia in impietate moriuntur vt diues epulo Lucæ 16. Ergo neceſſe eſt reſtare diem iudicij, in quo plene complebitur dictum Pſal. 37. Adhuc puſillum reſtat & non erit impius, tunc reſpicies ad locum eius, & non erit ibi, adflicti autem hæreditabunt terram & delectabuntur in multa pace. Hoc argumentum aliquo modo etiam mouit ſapientes Philoſophos, vt aliquas cogitationes de immortalitate animæ conciperent.* III



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

IIII. *Impios ſemper vexat & terret mala conſcientia, & tunc maximè, quando mortem ob oculos cernunt. Sentiunt ergò velint nolint reſtare iuſti iudicij diem.*

## DE TERTIO.

APOSTOLVS *Petrus non ſolum recitat obiectionem Epicureorum, ſed eam quoq; grauiſſime refutat, & monſtrat rationem, quomodo ad illorum Epicureas obiectiones & illuſiones ſit reſpondendum, 2. Petri 3. Illuſores ſic dicunt: vbi eſt promiſsio aduentus eius, ſiquidem ex quo die patres obdormiuerunt, ſic omnia permanent ab initio conditionis. Reſpondet Petrus, illud volentes neſciunt, quod cœli iam olim fuerunt ac terra ex aqua & per aquam conſiſtens Dei verbo, per quæ is qui tum erat mundus aqua mundatus perijt: at qui nunc ſunt cœli & terra, eiuſdem verbo compoſiti ſunt et ſeruantur igni, in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Vnum autem hoc non lateat vos dilecti, quod vnus dies apud Dominum perinde eſt vt 1000. anni & 1000. anni vt dies vnus, haud tardat Dominus, qui promiſit, quemadmodum nonnulli tarditatem exiſtimant, verum patiens eſt erga nos dum non vult vllos perire ſed omnes ad pœnitentiam recipere. Reſponſionis argumenta duo ſunt: Primum. Cœlum & terra tam diu manent, quia verbo Dei*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

creatoris & conſeruatoris conſiſtunt & conſeruantur donec Deus vult. Ergo quando Deus vult, etiam peribunt iuxta ipſius verbum: nam hoc quoq; verbum de perditione mundi impleri neceſſe eſt: Additur probatio ab exemplo diluuij ſumpta: ante diluuium etiam mundus diu ſtetit conſeruatus verbo Dei, ne aqua terram abſorberet, ſed creſcentibus peccatis dixit Deus etiam hoc verbum: Ego perdam mundum diluuio: hoc verbum etiam impletum eſt & mundus aquis ſubmerſus eſt: Secundum argumentum eſt quaſi inuerſio: Mora ſeu tardatio nulla eſt apud Deum, quia 1000. anni ſunt apud eum quaſi dies vnus, & dies vnus quaſi 1000. anni, nam in æternitate nulla eſt proportio 1000. annorum ad æternitatem. Mora autem ſeu tardatio ad nos eſt declaratio longanimitatis Dei non accelerantis ad pœnam ſed concedentis nobis tempus pœnitendi, Ergo ex hac tarditate ſeu mora non debet homo quærere occaſionem ad Epicureum contemptum nouiſsimi diei, ſed debemus omnes ea mora recte vti, ad veram pœnitentiam, & conuerſionem: imo Deus ipſos dies decurtabit propter electos.

## DE QVARTO.

SICVT nihil eſt certius morte, & nihil incertius hora mortis, ideo ſemper vigilemus & oremus atq; ad bene & pie moriendum ſimus parati,

ita

*ita nihil certius eſt die extremi iudicij: ſed diem & horam non vult Deus à nobis ſciri, vt ſemper ſimus parati in fide ſtare coram tribunali Chriſti. Ideo tã ſedulo admonet nos filius Dei, vt ſemper, hoc eſt ſingulis annis, ſingulis menſibus, ſingulis ſeptimanis, ſingulis diebus, ſingulis horis & momentis expectemus eum diem aduentus ipſius Matth. 24. Lucæ 21. Marci 13. De die illo ac tempore nemo nouit, ne Angeli quidem, qui in cœlis ſunt, nec ipſe filius ſed ſolus pater: Cauete, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit: ſicut homo qui peregre agit, relicta domo ſua, deditq; ſeruis ſuis poteſtatem, ac ſuum cuiq; opus, & ianitori mandauit vt vigilaret. Vigilate ergo, neſcitis enim quando Dominus domus venturus ſit, ſero, an medionoctis, an in gallicinio, an diluculo, ne ſi venerit, repente offendat vos dormientes. Cæterum quæ vobis dico, omnibus dico. Vigilate.*

## DE QVINTO.

*Etsi annum, diem & horam aduentus Chriſti ad iudicium neſcimus, tamen ex Prophetijs & ſignis cognoſcimus tempus illud non procul abeſſe. Addidit autem Deus ſigna ſuo verbo ſeu prædictionibus, vt illa ipſa ſigna & admoneant homines de pœnitentia ac nouiſſimo iudicio, & credentes ſeu pios conſolentur, vt erigant capita*

&

& corda expectantes redemptionem. Prophetia Danielis de Monarchijs oſtendit inſtare finem mundi. Teſtatur idem dictum domus Eliæ quod quidam tribuunt filio Sareptanæ reſuſcitato per Eliam. Sex millia annorum erunt tempus mundi, & poſtea deſtructio: Duo millia inane. 2000 lex. 2000 dies Meßiæ, & ſi quid deerit, hoc deerit propter peccata noſtra quæ multa ſunt, Sic autem Deus ordinauit, vt ſicut circa finem mundi Epicureus contemptus abundabit, ita quoq; manifeſta ſigna cum prædictionibus conſentientia abundent & volentes attendere & conſiderare conuincant de certitudine & propinquitate illius diei, ſicut Chriſtus in hoc Euangelio dicit: Videte ficum & omnes arbores, cum protrudunt iam gemmas cernentes ex vobis ipſis ſcitis, quod iam inſtet æſtas: ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quod inſtet regnum Dei. Sunt autem ſigna illa quadruplicia: Quædam accident in ipſis creaturis, in Sole, Luna, Stellis, aêre, ventis, terra & mari, ſicut dicit Chriſtus. Erunt ſigna in Sole, Luna & Stellis, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, Stellæ cadent de cœlo, reſonabit mare, & fluctus, erunt terræ motus, peſtilentiæ, fames, & turbationes, & virtutes cœli commouebuntur Matth. 24. Marci 13. Lucæ 21. Etſi autem non dubium eſt, omnes Eclipſes, terræ motus & ſimilia ſigna & ſignificaſſe & ſignificare

magnas

magnas mutationes & pœnas, quæ ſemper fuerunt & ſunt teſtes & prænunciæ vniuerſalis illius mutationis & pœnæ, quæ ſecutura eſt in fine mundi. Itaq; etiam tunc cum habent naturales cauſas illa ſigna: tamen vltima eorum ratio eo vſq; ſe extendit, quemadmodum oſtenditur in Apoc. cap. 6. quod ante finem ſeu nouiſſimum diem plane inuſitatæ obſcurationes & ſtellarum caſus & terræ motus accident, ſicut ſolis obſcuratio tempore paſsionis Chriſti planè inuſitata fuit. II. Quædam ſigna accident in politijs: turbabuntur imperia, inſurget gens contra gentem, regnum aduerſus regnum, audientur bella & rumores bellorum. Monarchia vltima inſiſtens pedibus partim ferreis partim fictilibus, amplius conſiſtere & cohærere vix poterit. Gog & Magog, Turcæ, Muſcouitæ & Tartaricæ gentes affligent Eccleſiam Ezech. 38. 39. Apoc. 20. III. Quædam erunt Eccleſiaſtica, vt ſeductio multorum per Pſeudoprophetas & Antichriſtos etiam facientes mendacia ſigna & prodigia: proditiones, afflictiones, & perſecutiones Eccleſiæ truculentiſsimæ, reuelatio filij perditionis, qui ſine omni dubio eſt papa. IIII. Præter hæc ſigna conſpicua etiam priuatim homines apud ſeipſos ſentient ſigna nouiſsimi iudicij & diei, nam erit in terris anxietas gentium & contabeſcent homines præ timore & expectatione eorũ quæ ſuperuenient orbi. Ex his ſignis quædam tempore

pore longiore præcedēt,ſicut de aliquibus ſignis di-
citur Mar. 13. Matt. 14. Et nondū finis: Item hæc
ſunt initia dolorum, & nondū finis,ſed inter dolo-
res quædam breuiſſime antecedent et quaſi coinci-
dent,de quibus ibidem dicitur:poſt afflictionem il-
lam Sol obtenebrabitur & Luna non dabit lumen
ſuum,et Stellæ cœli decident,et virtutes quæ in cœ-
lis ſunt concutientur,& tunc videbunt filium ho-
minis venientem. Et, Apoc. 6. Et vidi cum aperu-
iſſet ſigillū ſextum,et ecce terræ motus magnus fa-
ctus eſt,et Sol factus eſt niger, tanquam ſaccus Ci-
licinus,et Luna tota facta eſt ſicut ſanguis et Stellæ
de cœlo deciderunt ſuper terram,ſicut ficus abijcit
groſſos ſuos,cum à vento magno mouetur & cœlū
receſſit ſicut liber qui circumuoluitur, & omnis
mons et inſula de locis ſuis motæ ſunt,et reges ter-
ræ & principes & diuites & tribuni & fortes &
omnis ſeruus et liber abſconderunt ſe in ſpeluncis
& petris montium, & dicunt montibus & petris,
Cadite ſuper nos,et abſcondite nos à facie ſedentis
ſuper Thronum,et ab ira agni,quoniam venit dies
ille magnus,ira illius & quis poterit ſtare? Inficias
autem ire non poſſumus, quod hæc ſigna ſint facta
& quotidie fiant præter pauca quæ reſtant,et cum
ipſo mundi fine procul dubio ſubito ingruēt. Quare
cogitemus omnes eſſe tempus agēdi pœnitentiam,
& pij qui ſunt in afflictionibus et ærumnis erigant
cum gaudio capita et corda ſua expectantes illum
diem redemptionis & refrigerij.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

DE SEXTO.

QVOMODO filius Dei aduenturus ſit ſubito & cum magna maieſtate & gloria, & quæ futura ſit forma & proceſſus iudicij, de his rebus ordinata eſt concio ad 26. Dominicam Trinitatis ex Matth. cap. 25.

## DOMINICA TERTIA ADVENTVS EVANgelium Matth: 11.



Cum

*CVM AVDISSET IO-*
annes in carcere facta Chri-
ſti, miſsis duobus diſcipulis
ſuis, dixit illi: Tu es ille qui
venturus eſt, an alterum ex-
pectamus? Et reſpondens Ieſus dixit
illis: Ite & renunciate Ioanni ea, quæ au-
ditis & videtis. Cœci viſum recipiunt,
& claudi ambulant, Leproſi mundan-
tur, & ſurdi audiunt, Mortui excitan-
tur, & pauperes lætum accipiunt Euan-
gelij nuncium. Et beatus eſt quiſquis
non fuerit offenſus in me. Euntibus au-
tem illis, cœpit Ieſus dicere turbis de Io-
anne, Quid exiſtis in deſertum vt vide-
retis? Num arundinem, quæ agitatur
à vento? Age, quid exiſtis vt videre-
tis? Num hominem mollibus veſtibus
amictum? Ecce qui mollia geſtant, in
domibus Regum ſunt. At, quid exiſtis
videre? Num Prophetam? Certe dico
vobis, & excellentiorem Propheta. Hic
eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego
mitto nuncium meum ante faciem tu-
am, qui præparaturus eſt viam tuam
ante te,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

EVANGELIVM eſt deſcriptio legationis quam Baptiſta Iohannes miſit ex carcere ad Chriſtum & continet locos quinq;. I. De cauſa, cur hæc legatio miſſa ſit: II. De reſponſione Chriſti quæ monſtrat præcipuam cauſam finalem miraculorum ipſius, conſentientem cum Prophetijs. III. De dicto: pauperes Euangelizantur. IIII. De dicto: Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me. V. De officio Iohannis & ipſius commendatione.

DE PRIMO LOCO.

BAPTISTA Iohannes non ideo miſit legationem quod ipſe adhuc de Chriſto dubitaret: Nam ſuam fidem Iohannis 1. & 3. cum magna conſtantia & adſeueratione profeſſus eſt: quæ teſtimonia de fide Baptiſtæ hoc loco allegari debent, præcipue illi paragraphi ex cap. 1. Iohannis: Iohannes teſtimonium perhibet &c. Item: Et hoc eſt teſtimonium Iohannis, Item: Altera die vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe & ait, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, hic eſt, de quo dixi. Item: Altera die iterum ſtabat Iohannes &c. Hi paragraphi citandi ſunt, vt oſtendatur Iohannem de Chriſto non dubitaſſe. Nec dubium eſt, multos ex diſcipulis Iohannis firmiter crediſſe his concionibus Iohannis: ſicut ibidem ſcribitur, quòd duo diſcipuli Iohannis ſtatim poſt eam concionem ſunt

ſecuti

ſecuti Chriſtum, & ex illis Andreas ſine dubitatione fratri Simoni nunciauit dicens, Inuenimus Meßiam. Sed quia ſemper cum firmis etiam coniuncti ſunt infirmi, qui non debent negligi, ſed diligenter curari à bono paſtore, ideo Baptiſta ex carcere hanc legationem ad Chriſtum propter infirmos miſit, vt ipſius Chriſti voce & teſtimonio in fide confirmarentur: deinde, quia timuit, ne propter ſuam captiuitatem non ſolum infirmi ſed firmiores quoq; ſcandalizarentur, vt inciperent de ſuo teſtimonio ſubdubitare, ſicut Paulus de Epheſijs timuit ad quos cap. 3. ſcribit, peto ne deficiatis propter afflictiones meas. Ideo hæc legatio non tantum propter infirmos ſed etiam propter firmiores omnes diſcipulos facta eſt, & iudicemus Deo ſic volente & gubernante etiam propter nos ſeu totam Eccleſiam hanc legationem factam eſſe, Quia Reſponſio Chriſti ad hanc legationem, eſt doctrina pro tota Eccleſia, qua confirmatur fides de Ieſu Chriſto, videlicet eum eſſe qui venturus fuit, id eſt, verum Meßiam promiſſum, & non eſſe alium expectandum. Exemplum depingit curam boni paſtoris erga oues ſuas, quem non extinguit nec extinguere debet, afflictio, perſecutio, aut carcer, ſicut de ſe ſcribit Apoſtolus ad Philippenſes 1. Habeo vos in corde meo in vinculis meis. Declaranda autem eſt hæc cura tali vltimo officio, quale eſt hoc officium Iohannis, quòd ſuis diſcipu-

*lis pro teſtamento exhibet, videlicet vt mittantur oues ad ipſum ſummum & verum paſtorem animarum noſtrarum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt audientes ipſius vocem & verbum, & videntes ac conſiderantes fide ipſius opera certificentur de hac quæſtione, de qua non tantum Iudæi, ſed totus mundus cum Eccleſia diſputat: an videlicet Chriſtus ſit qui venturus eſt, aut an alius expectandus ſit, hoc eſt, an Chriſtus ſit ille verus ſaluator promiſſus, in quo ſolo eſt ſalus, nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Sic Apoſt: Paulus aliquot Epiſtolas ex vinculis ſuis ſcripſit, quibus ſuos diſcipulos ad Chriſtum mittit, vt de hac fide certificentur.*

## DE SECVNDO.

CHRISTVS *Reſponſionem ſumpſit ex re præſenti, ſicut Lucas ſcribit cap. 7. In ipſa hora Ieſus multos curauit à languoribus ſuis & plagis & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum, & reſpondens dixit illis: Euntes renunciate Iohanni quæ audiſtis & vidiſtis. Eſt autem affirmatiua Reſponſio, quæ nititur firmiſſimo fundamento ſeu demonſtratione verbi & operum Chriſti: Verbum Chriſti quod diſcipuli audiuerunt & opera quæ viderunt, hæc certum teſtimonium perhibuerunt & perhibent in omnem æternitatem,*

quod

quod hic Ieſus ſit verus Meßias & ſaluator mundi, & quod non ſit alius expectandus: Sic verbum Chriſti quod nos quoq; audimus è ſacra ſcriptura, Prophetarum & Apoſtolorum, & opera Chriſti quæ nos quoq; fide intuemur, ipſa nobis idem teſtimonium certißimum perhibent de Chriſto, quod ipſe ſit qui promiſſus fuit, nec alius ſit quærendus aut expectandus ſaluator. Extat ſimilis reſponſio Iohannis 10. Quando Iudæi interrogabant Chriſtum, Si tu es Chriſtus, dic nobis ingenuè. Reſpondit eis Ieſus. Dixi vobis & non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris, hæc teſtimonium reddunt de me: vos dicitis me blaſphemare, quia dixi filius Dei ſum: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſin vero facio, & ſi mihi non credatis, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quia pater in me eſt, & ego in patre. Hoc loco de fine miraculorum Chriſti dicendum eſt. Etſi autem fides præcipue & principaliter nititur verbo, vt proprijßimo obiecto ſuo: tamen agnoſcamus magnum beneficium Dei eſſe, quod miracula conſentiant cum verbo, & ad confirmationem fidei noſtræ coniungantur, vt quaſi omnes ſenſus noſtros conuincat, ſicut Paulus de miraculis creationis et conſeruationis dicit, Actorum 17. Moſis, Eliæ, Eliſæi vocationes & doctrina ſunt inſignibus miraculis confirmata, ſicut in ipſorum hiſtorijs legimus. Ita quoq; Chriſti mißio

*confirmata eſt multis magnis miraculis, de quorum fine principali inquit Iohannes cap. 20. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus eſt Chriſtus ille, filius Dei, & vt credentes vitam habeamus per ipſum, & ipſe Chriſtus in locis ante citatis ex cap. Iohannis 10. Item cap. 5. Iohannis, vbi ſimiliter operum ſuorum nominatione etiam miracula comprehendit, inquiens opera, quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipſa, inquam, opera quæ ego facio, teſtificantur de me, quòd pater miſerit me. Notetur autem, quod in hac reſponſione Chriſtus nominatim allegat miracula, quæ Eſaiæ 35. de Meſsia prædicta ſunt, ſic enim ibi ſcriptum eſt. DEVS ipſe veniet & ſaluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.*

## DE TERTIO.

*ESAIÆ 61. extat hæc Prophetia de Meſſia promiſſo, Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxit me, ad prædicandum miſeris miſit me, ad alligandum vulnera confractis corde, ad prædicandum captiuis liberationem & vinctis carceris apertionem, ad prædicandum annum Gratiæ Domini, & diem vltionis Dei noſtri,*

*noſtri, ad conſolandum omnes lugentes. Ad hanc Prophetiam reſpiciunt hæc verba Chriſti: Pauperes euangelizantur. Conſideretur autem & explicetur Antitheſis. Ante Aduentum Chriſti fermè fuit extincta concio & conſolatio Euangelij apud Iudæos: quia paucæ tantum reliquiæ ſupererant retinentes adhuc veram lucem Euangelicæ doctrinæ, hoc eſt, promiſsionum de Chriſto: de quibus reliquijs fuerunt Zacharias, Elizabeth, Maria, Ioſeph, Simeon, Anna, & pauci alij. Multitudo nullam audiebat conſolationem promiſsionis Euangelicæ in publicis concionibus, ſed affligebantur conſcientiæ doctrina Phariſaica, ſicut ante Lutherum in Papatu fiebat à Monachis. Prædictum autem fuit per Eſaiam, quod Meſſias venturus rurſus eſſet, accenſurus Euangelij lucem publica prædicatione & donatione Spiritus ſancti, illuminantis & accendentis fidem in nobis. Idcirco etiam Lux gentium appellatur. Eſaiæ 49. Quæ appellatio repetitur Lucæ 2. Iohannis 1. 8. 12. Itaque hoc teſtimonium quoque allegat* CHRISTVS *in hac reſponſione, qua demonſtrat ſe eſſe eum, qui venturus fuit, nec alium expectandum eſſe. Debentque huc accommodari ſimilia teſtimonia, quæ* MESSIÆ *officium, docendi*

*Euangelium tribuunt, vt Deut: 18. Propheta vocatur, & additur præceptum cum comminatione: ipſum audies, qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existo: Pſal. 110. Vocatur ſacerdos, ad cuius officium etiam docendi munus pertinet. Ioëlis 2. Vocatur Meſsias, doctor iuſticiæ ſcilicet Euangelicæ, quæ eſt remiſsio peccatorum, propter ipſum, & vocatur Iuſticia fidei à Paulo. Sic autem dicitur in Ioële. Filij Sion exultate & lætamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem Iuſticiæ. Et Zachariæ 9. dicitur, loquetur, id eſt, prædicabit gentibus vel docebit gentes pacem, id eſt, reconciliationem cum Deo, quemadmodum dicit Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Pſal. 2. dicitur de prædicatione, Prædicabo ſtatutum, Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. Itaq; , vt dixi, Chriſtus in ſua reſponſione hoc quoq; teſtimonium de prædicatione Euangelij allegat, Et confirmatur hæc allegatio voce patris repetentis mandatum, quod extat Deuter: 18. vt Chriſtus audiatur. Matth. 17. hunc audite. Item alijs dictis Chriſti: vt Lucæ 4. Chriſtus legens in Schola hanc Prophetiam Eſaiæ 61: Spiritus Domini ſuper me, expreſſe addit: hodie impleta eſt hæc Prophetia in auribus veſtris: Affirmat ergo ſe eſſe eum Euangelij prædicatorem, de quo Prophetia loquitur, & capite eodem dicit. Oportet me & alijs*

*ciuitatibus Euangelizare regnum Dei, nam in hoc miſſus ſum. & Iohannis 18. ad Pilatum inquit. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium feram veritati, Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Notetur autem hoc loco, quod Euangeliſta vocem, qua Chriſtus vſus eſt, per Euángelizandi verbum reddidit, ſicut etiam Lucæ 4. Amemus itaq; hanc dulciſsimam appellationem doctrinæ Chriſti, quæ vere eſt Euangelium ſeu annunciatio læta, magni gaudij, quod hic Ieſus eſt noſter ſaluator, ſicut Angelus inquit ad paſtores Lucæ 2. Nulla enim exhilarare poteſt annunciatio cor contritum agnitione peccatorum & ſenſu iræ Dei, quàm doctrina de Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro, quæ eſt conſolatio lætificans & viuificans, ſicut dicit Chriſtus Iohannis 6. Verba quæ ego loquor Spiritus & vita ſunt, & recte ibi dicit ad eum Petrus: Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quòd tu es Ieſus Chriſtus filius Dei. Hæc pars inſigniter & cum magno fructu auditorum poteſt amplificari. De pauperum appellatione tantum dicere ſatis eſt, quod etſi ſemper plures ex pauperibus & miſera plebe, quàm ex illis qui opibus & dignitate excellunt, ſolent amplecti Euangelium, quòd et tunc factum eſt. Et 1. Corinth. 1. expreſſe ſcribitur: non multi ſapientes &c: Tamen hæc appellatio intelli-*

gatur de omnibus, qui cognoſcunt ſe coram Deo eſſe pauperes & mendicos, hoc eſt, miſeros peccatores indigentes Dei gratuita miſericordia & gratia ad conſequendam remiſſionem peccatorum & vitam æternam, & hic intellectus poteſt confirmari collatione citatæ Prophetiæ Eſaiæ 61.

### DE QVARTO.

DICTVM: beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, neceſſariam admonitionem & præoccupationem continet. Viderunt legati Baptiſtæ Chriſtum in forma humilima & ſeruili, vt Paulus dicit Philipp: 2. & quidem adhuc inſtabat eius captiuitas, paſſio & mors ignominioſa. Præoccupatione itaq; admonet Chriſtus, ne vel ipſi, vel quiſquam alius idcirco in fide ſcandalizetur, vt de ipſo dubitet. Nam quod iſta humili forma Chriſti plurimi ſcandalizati ſint, et ſcandalizentur, id clare dicitur Eſaiæ 53. Vbi cogitationes Iudæorum recitãtur his verbis: Non erat ei forma, neq; decor, vidimus eum, ſed non erat ſpecies, quam deſiderabamus, deſpectiſſimus & indigniſſimus habebatur, plenus erat doloribus, & infirmitate, contemptus erat, vt quiſq; faciem auerteret ab eo, ideo nihil reputauimus eum. Sic omnibus temporibus ſatagit Diabolus, vt talibus cogitationibus homines ſcandalizet, & à fide Chriſti crucifixi eiusq; Euangelio auocet. De qua re etiam conqueritur Paulus 1.

Corinth.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Cor. 1. Sed in dicto Eſaiæ 53. opponitur huic ſcandalo, ſeu his cogitationibus cauſa, cur filius Dei Ieſus Chriſtus hanc humilitatē ſuſcepit: Vere iniquitates noſtras ipſe portabat, & dolores noſtros ipſe ferebat &c. Et cauſa copioſe & cum conſolatione auditorum explicari debet, allegatis concordantibus locis, vt 1. Corinth. 1. Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes, quoniam Iudæi ſigna petunt & Græci ſapientiam quærunt, nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.

## DE QVINTO.

CHRISTVS commendat & laudat Baptiſtam præcipue propter quatuor cauſas. I. Vt ſuo teſtimonio notum faciat Baptiſtam, vere eſſe illum præcurſorem ſeu Angelum, qui iuxta Prophetias præcedere Meſſiam debuit. Hæc cauſa pertinet ad principalem ſcopum Euangelij: Nam ſi Iohannes eſt ille præcurſor Meſſiæ, ergo Ieſus à Iohanne monſtratus, eſt vere Meſſias promiſſus. Huc pertinet teſtimonium ex cap. 1. Iohannis. II. Vt ſuum teſtimonium opponat iudicio Herodis & omnium perſecutorum & hoſtium Baptiſtæ, Item omnium calumniatorum iudicijs & comminationibus, vtq; confirmet autoritatem Baptiſtæ, ne diſcipuli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſcipuli ipſius propter eius cupiditatem de ipſius teſtimonio & concionibus dubitent. III. Vt hac laudatione Baptiſtæ proponat exemplum neceſſarium virtutum omnibus miniſtris Euangelij, in quo exemplo includitur ſimul admonitio illius virtutis, ſeu de imitatione. IIII. Hæc laudatio eſt teſtimonium, quòd Chriſtus non obliuiſcetur in omnem æternitatem fidelitatis ſuorum fidelium miniſtrorum, ſicut Daniel. 12. ſcriptum eſt. Qui ad iuſticiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et Matth. 25. Euge ſerue bone &c. Concluſio repetat ſummam de principali ſcopo Euangelij accommodatam ad dictum Petri, Actorum 10. Huic ſcilicet Ieſu omnes Prophetæ teſtimonium perhibent &c. Item Actorum 4. Nec eſt in alio quoquam ſalus, nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

## DOMINICA QVARTA ADVENTVS, EVANgelium Iohannis 1.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



HOC EST TESTIMONI-um Iohannis, quando miſe-runt Iudæi ab Hieroſoly-mis ſacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum, Tu quis es? & non negauit, & confeſſus eſt, inquiens, Non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dicit, Non ſum. Es tu Pro-pheta? Et reſpondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es? vt reſponſum demus ijs, qui miſerunt nos. Quid dicis de tei-

pſo?

pſo? Ait: Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini, ſicut dixit Eſaias Propheta. Et qui miſsi fuerant, erant ex Phariſæis: & interrogauerunt eum, ac dixerunt ei, Cur ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo aqua, Sed in medio veſtrum ſtat, quem vos neſcitis: ipſe eſt, qui poſt me venit, qui prior me eſt, cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam loꝛum calciamenti. Hæc in Bethabara facta ſunt trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat.

*SVMMA ſeu ſcopus huius Euangelij conuenit cum ſcopo Euangelij Dominici præcedentis, videlicet quod Deus Mariæ filius, quem Iohannes Baptiſta monſtrauit, dicens: Ecce agnus Dei &c. ſit verus Meſſias promiſſus, cui omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, Actor: 10. & conſentit cum Prophetarum teſtimonijs etiam Baptiſtæ teſtimonium, quod debemus magnifacere. Primo propter Chriſti commendationem Matth. 11. Quid exiſtis videre? num Prophetam? certe dico vobis & excellentiorem Propheta, hic eſt enim*

enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparaturus eſt viam ante te. Amen dico vobis, inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta, &c. Item Iohannis 5. Vos miſiſtis ad Iohannem & is teſtimonium perhibuit veritati, ille erat lucerna ardens & lucens. Secundo propter ſingularem reuelationem, quæ allegatur cap. 1. Iohannis: Et teſtificatus eſt Iohannes dicens: vidi Spiritum deſcendentem ſpecie columbæ de cœlo, & manſit ſuper eum, & ego non noueram eum, ſed qui miſit me vt baptizarem aqua, is mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat Spiritu ſancto, Et ego vidi & teſtificatus ſum, hunc eſſe filium Dei. Diuidemus autem Euangelium in duas partes.

Prima eſt, de legatione Iudæorum ad Baptiſtam, & ipſius reſponſione.

Secunda eſt, de Baptiſmo, quem Iohannes Baptiſta miniſter Chriſti in nouo teſtamento incœpit, vtraq; pars ad ſcopum principalem reſpicit, de quo dictum eſt.

## DE PRIMA PARTE.

REPETATVR ſumma hiſtoriæ de Baptiſta, quæ deſcribitur Matth. 3. & Lucæ 3. Anno 15. Tiberij Cæſaris accepit Baptiſta mandatum à Domino in deſerto, vt miniſterium ſuum inciperet. Venit ergo in omnem finitimam regionem prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, et egreſſa eſt ad illum tota Hieroſolyma & tota Iudæa, totaq; regio finitima vndiq; Iordani, & baptizabantur ab illo in Iordane, confitentes peccata ſua, atq; Iohannes non ſolum plebem, ſed etiam Phariſæos & Saducæos duriter obiurgauit vocans eos progenies viperarum, damnans eorum perſuaſionem de prærogatiua gentis Iudaicæ propter ſanguinem, & annuncians illis æternam maledictionem niſi agant pœnitentiam et baptizentur in remiſſionem peccatorum credentes in hunc Ieſum agnum Dei, quem ipſe prædicabat & monſtrabat. Hæc fuit manifeſta condemnatio doctrinæ, quæ tunc publice proponebatur in templis & Synagogis Iudæorum à ſacerdotibus ac Phariſæis. Cogitemus itaq; hanc mutationem doctrinarum & inchoationem nouæ ceremoniæ in deſerto per hunc doctorem, qui ſe à Leuiticorum cœtu ſegregabat, ſine magna commotione non eſſe factam. Nam mutationes in religione ſemper etiam in illorum animis, qui non ſunt mali, primum aliquas diſputationes & dubitationes gignunt, & nunquam fiunt ſine turbis propter contraria

iudicia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*iudicia & ſtudia hominum. Quare non mirum eſt tunc quoq; in eo populo magnas commotiones fuiſſe, quæ gubernatores Ecleſiaſticos & politicos permouerunt, vt hanc legationem non de vulgo, ſed de ſacerdotibus & leuitis ad Baptiſtam mitterent, quæſitum quis eſſet, quæ nam ipſius eſſet vocatio & officium? à quo eſſet miſſus? & qua autoritate, & cuius mandato hanc mutationem in religione inciperet? Etſi autem non dubium eſt, aliquos animo non malo conſenſiſſe, vt hæc legatio mitteretur: quia auditorum intereſt, vt de vocatione & miſsione ſuorum doctorum ſint certi, ſicut eam ob cauſam Paulus Apoſtolus in ſuis Epiſtolis vocationem ſuam allegat: & nota eſt repræhenſio eorum, qui ſine miſsione ſeu vocatione currunt & prædicant. Hierem: 23. Tamen Chriſtus Iohannis 5. allegans hanc legationem expreſſe de præcipuorum cogitationibus & intentione dicit: Iohannes erat lucerna ardens & lucens. Vos autē voluiſtis exultare ad tēpus in luce illius, quaſi dicat. Vos ſperaſtis, quòd Iohannes videns ſe honorari à vobis, tam honorifica legatione, audiēsq; vos de eo tàm magnificas perſuaſiones concepiſſe, quod aut Meſsias aut Elias, aut alius quiſpiam magnus Propheta eſſet, viciſsim vobis gratificaturus & adulaturus eſſet, vt ipſius apud vulgus autoritas, vobis viciſsim commendationem & potentiæ veſtræ confirmationem adferret.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Sed hæc exiſtimatio de Iohanne fefellit Iudæos, ſicut & ante octo dies Chriſtus de eo teſtatus eſt, quando ipſius conſtantiam prædicauit, & nunc ipſe Iohannes idem in ſua reſponſione declarat. Ordine itaq; quæſtiones & reſponſiones examinandæ & conſiderandæ ſunt. Nam licet ad vnum locum communem, dicta de vocatione referri poßint, qui extat ad Hæbr. 5. Nemo ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron: Tamen ſingulæ reſponſiones ſingulares admonitiones proponunt.*

## DE PRIMA QVÆSTIONE.

*PRIMA quæſtione quærunt Legati quis ſit? Etſi autem potuiſſet Ioannes ſimpliciter reſpondere de ſuo officio, ſicut ad quartam quæſtionem reſpondit: Ego ſum vox clamantis in deſerto: tamen magno conſilio id non facit, ſed prius negatiue reſpondet, quòd nō ſit Chriſtus. Hæc negatiua reſpōſio valde fuit neceſſaria, vt in illa commotione & varietate iudiciorū præoccuparentur cogitationes dubiæ, an fortaßis Baptiſta eſſet Meßias ſeu Chriſtus. Itaq; hanc reſponſionem negatiuam etiam allegat ad diſcipulos Ioh. 3. Ipſi vos teſtes eſtis quòd dixerim. Non ſum ego Chriſtus, ſed miſſus ſum ante illum. Locus communis huius reſponſionis vtilißimam & copioſißimam doctrinam continet. Tantum vnus eſt promiſſus & datus Chriſtus Ie-*

*ſus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſus Meßias & ſaluator mundi, videlicet, vnigenitus filius Dei, natus ex Maria virgine: ipſe vnus & ſolus eſt contritor capitis Serpentis, ſemen benedictionis, liberator à peccato, morte & inferno, Iuſticia, ſalus & vita omnium credentium, nec eſt in alio quoquam ſalus, nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos ſalues fieri. Actor. 4. Ergo ſicut Baptiſta dicit, Ego non ſum Chriſtus, ita dicamus & ſtatuamus nos de omnibus patribus, patriarchis, Apoſtolis, Martyribus & ſanctis: non ſunt illi Chriſti, ſeu Meſſiæ, ſeu ſaluatores noſtri: ſed crediderunt ipſi, ſicut & nos in hunc vnicum & ſolum Ieſum Chriſtum Deum & Mariæ filium agnum Dei tollentem peccata mundi. Et exiſtimemus hanc eſſe perpetuam vocem & profeßionem ſanctorum contrà impias perſuaſiones Monachorum & Idolatricos cultus, quibus ab hominibus inſanis & errantibus tribuitur fiducia et honor ſoli Chriſto debitus: Ac ſi audiamus ipſos è ſede beatorum clamantes: non ſumus Chriſti, ſed fuimus mißi vt Chriſtum promiſſum & exhibitum prædicaremus in eum credentes ſalui facti ſumus, ſicuti & vos: Sic iudicemus & cogitemus de omnibus ſanctis, Prophetis, Apoſtolis & Martyribus, & de ipſa Maria matre Domini, quæ non eſt Chriſtus noſter, ſed ad hoc fuit electa, vt eſſet mater Chriſti, in quem credidit ipſa, ſicut & nos credimus: Ita Paulus de



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ſe ad Corinth. ſcribit. 1. Corinth. 1. Num Paulus pro nobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis, id eſt, ego non ſum veſter Chriſtus ſaluator, ſed prædico vobis Chriſtum crucifixum, Repræhendantur itaq; errores Papiſtarum, qui ex ſingulis ſanctis, imo ex multis ignotis oßibus, & lapideis & ligneis ſtatuis Chriſtum faciunt. Item, quòd papam Romanum, qui eſt ipſus Antichriſtus, in Chriſti locum collocant, eiq; officium, autoritatem, & honorem Chriſti multipliciter tribuunt. Item, quòd doctrina de meritis operum & perſuaſione miſeros homines dementant, & ſeducunt, quòd & quiſq; ſuus Chriſtus & alter alterius Chriſtus eſſe poßit, quia ſibimet & alijs etiam ſuis operibus ſalutem poßit mereri. Hi errores ſunt hoc loco reprehendendi cum allegatione admonitionis Chriſti Marci 13. Videte, ne quis vos fallat, multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus: multosq; decipient. Item, ſi quis vobis dixerit, ecce hic Chriſtus, ecce illic, ne credatis. Surgent enim Pſeudoprophetæ & Pſeudochriſti &c. Et declarationis gratia ſumãtur & explicentur, proprius cultus, & propria officia & opera Chriſti ſeu Meßiæ, vt palã fiat auditoribus, ea non competere vlli homini, niſi ſoli & vnico Ieſu Chriſto Deo & homini. Exaggeretur quoq; hoc argumentum Baptiſtæ, quo non ſurrexit maior inter natos mulierum præter ſolum Ieſum*

*Chriſtum,*

*Chriſtum, Tam conſtanter negat ſe eſſe Chriſtum, ergo nemo hominum ſibi arrogare debet honorem & officium proprium Chriſti, neq; hæc ulli homini alij, ſiue uiuo ſiue mortuo tribui debent.*

## DE SECVNDA QVÆSTIONE.

SECVNDA *quæſtio ſumpta eſt ex Prophetia Malachiæ cap. 4. Ecce ego mittam uobis Prophetam Eliam &c. Hanc Prophetiam angelus Gabriel Lucæ 1. de Iohanne Baptiſta allegat, & cum angelo conſentit Chriſtus Matth. 11. & 17. Sed Iudæi male intelligebant Prophetiam, quod Elias Thesbites, qui 4. Regum 2. aſſumptus eſt in cœlum, in ſua perſona rediturus eſſet ante aduentum Meſſiæ. Ad hunc itaq; ſenſum reſpondet Baptiſta, ſe non eſſe Eliam, ſcilicet Thesbitem. Candoris & ſimplicitatis exemplum eſt, quæ in homine Chriſtiano requiritur, ſine omni fallacia & deceptione. Baptiſta ſi dixiſſet ſe eſſe Eliam, in ſuo ſenſu, & iuxta Prophetiam uere dixiſſet: ſed quia ſenſum legatorum nouit, ideo ad eorum ſenſum reſponſionem accommodauit, Sic Chriſtus qui uenit in mundum, ut ſit rex Eccleſiæ: tamen Iohan. 6. quando populus uolebat eum facere regem, non uoluit honorem regis accipere, ſecundum populi ſenſum. Iam concilietur negatio Baptiſtæ, cum affirmatione Chriſti, Matth. 11. quod Baptiſta ſit Elias, ſic enim ibi dicit Chriſtus, ſi*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*vultis recipere ille eſt Elias, qui venturus eſt, Et Matth. 17. Elias quidem veniet & reſtituet omnia, cæterum dico vobis, Eliam iam veniſſe, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt cum eo, quidquid voluerunt, ſic & filius hominis paſſurus eſt ab illis: & additur: tunc intellexerunt diſcipuli, quod de Baptiſta dixerat. Non eſt autem alia conciliatio quærenda quàm ea, quam monſtrat Angelus Gabriel, Lucæ 1. vbi ſic dicit de Baptiſta ad Zachariam patrem: ipſe præcedet ante illum, cum Spiritu & in virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum ad filios, & inobedientes ad prudentiam iuſtorum, vt paret Domino plebem perfectam. Negatio Iohannis vera eſt, quia Iohannes non fuit Elias Thesbites perſonaliter. Chriſti affirmatio etiam vera eſt, quia Iohannes fuit Elias Spiritu & virtute Eliæ, imo fuit Elias ille, qui præcurſor debuit eſſe Chriſti,*

## DE TERTIA QVÆSTIONE.

*TERTIA quæſtione quærunt legati an ſit Propheta? Ad hanc quæſtionem reſpondet negatiue, ſcilicet iuxta Iudæorum ſenſum, vel de Propheta promiſſo Deut. 8. vel de aliquo Propheta ex mortuis reſuſcitato, vel de perſona miſſa, vt vaticinaretur de Chriſto, poſt aliquot annos venturo, & retineret legem & cæremonias Moſis, & regeret aliqua conſilia politica, ſicut Eſaias, Ieremias,*

mias, Daniel, & cæteri Prophetæ in veteri teſtamento. Talis Propheta ſub veteri teſtamento non fuit, Sed Chriſtus Matth. 11. dicit eum fuiſſe plus quàm Prophetam, ſicuti lex & Prophetæ vſq; ad Iohannem prophetauerunt: ipſe vero prædicauit & monſtrauit Chriſtum præſentem, & incepit mutationem rituum & ceremoniarum Moſaicarum, ſegregans ſe à cœtu Leuitarum & ſacerdotum, & inchoans ceremoniam ſacramenti Baptiſmatis, & pro omnibus alijs ſacrificijs Leuiticis, monſtrans vnicum agnum Dei tollentem peccata mundi. Non fuit autem alijs Prophetis ſub veteri teſtamento conceſſum mutare ritus Moſaicos: ideò Chriſtus eum alijs Prophetis anteponit, & dicit, ſe vno excepto, inter natos mulierum non ſurrexiſſe maiorem Baptiſta, ſcilicet officio.

## DE QVARTA QVÆSTIONE.

QVARTA quæſtione petunt legati affirmatiuam reſponſionem. Reſpondet itaq; quis ſit, & quæ ſit ſua vocatio & officium, Ego, inquit, ſum vox clamantis in deſerto, parate viam Domino, ſicut dixit Eſaias Propheta. Hac affirmatiua reſponſione duo admonet, quorum vtrumq; teſtimonio Eſaiæ confirmat, videlicet quod primo ſit miniſter Chriſti promiſſi Meſſiæ, miſſus à Deo, per vocationem immediatam, iuxta Prophetiam, multis iam ſeculis ante prædictam, vt in deſerto



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

prædicaret pœnitentiam & fidem in Dominum
2 Ieſum Chriſtum. Secundo, quòd Dominus, id eſt,
Meßias promiſſus iam adſit, iuxta Prophetias, ſicut dicit, Stat in medio veſtrum &c. Ecce agnus Dei &c. hic eſt, de quo dicebam. Nam Propheta Eſaias, prædixit vocem ſeu prædicatorem clamantem in deſerto, fore certißimum ſignum illius deſiderati aduentus Domini, ſicut dicit: tunc reuelabitur Dominus, & omnis caro audiet os Domini loqui, quod Lucas ſic refert, omnis caro videbit ſalutare Domini. Sententia itaq; reſponſionis hæc eſt, Ego ſum præco ac præcurſor Chriſti Meßiæ promißi, de quo præcurſore prædixit Eſaias. Quare ſcrutamini Prophetias, & ſcitote adeſſe plenitudinem temporis, vt Paulus dicit, Et Meßiam coram adeſſe. Hoc loco allegari debet Prophetia Eſaiæ cap. 40. quam Euangeliſtæ vnanimiter de Iohanne Baptiſta citant. Vt Matth. cap. 3. Marci cap. 1. Lucæ cap. 3. Sed cur Eſaias vocat Baptiſtam vocem clamantis in deſerto? propter duas
1 cauſas præcipuè: primùm propter miniſterium docendi publicum, doctrinamq; vniuerſaliter pertinentem ad omnes homines, vbiq; terrarum, quos cœlum tegit: quia Euangelij concio eſt vniuerſalis, non alligata ad vnam ſaltem regionem vel
2 gentem, vel vnum templum tantùm. Secundo propter conſtantiam & zelum in officio prædicationis: & debet hæc ipſa vox etiam ſingulos, qui

ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ſunt in miniſterio, admonere, vt ipſi ſint voces clamantes doctrinam pœnitentiæ & fidei, non tacentes aut conniuentes ad peccata, nec portantes lucernam ſub meridie. Hunc cœtum requirit Deus Eſaiæ 58. Clama, ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam. Et Matth. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce, Et quod in aurem dico vobis, prædicate in tectis. Summam vero doctrinæ Iohannis complectitur Eſaias breuibus verbis: parate viam Domini: quibus vtitur quoq; Malachias & Zacharias pater Baptiſtæ Lucæ 1. Quid autem ſit parare viam Domini, docent Baptiſtæ conciones, et in primis verba ipſius Lucæ 1. pœnitentiam agite & credite Euangelio.*

## DE QVINTA QVÆSTIONE.

*IN quinta quæſtione produnt legati ſuam malitiam: audiuerunt quòd Iohannes ſuam vocationem & miſsionem probauit teſtimonio ſcripturæ itaq; contenti debebant eſſe, aut petere clariorem Prophetiæ citatæ accommodationem. Sed id omittunt, & noua quæſtione Iohanni intendunt crimen ſchiſmatis. Cur, inquiunt, baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Elias, neq; Propheta? id eſt, qua autoritate diſcedis ab ordinaria poteſtate & cœtu ſacerdotum, & incipis nouam illam ceremoniam Baptizandi, quæ in lege non eſt mandata, & ſic attrahis populum ad te, & facis ſchiſma in*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Eccleſia. Hæc quæſtio videtur continere argumentum valde graue. Non enim licet homini propria autoritate talem mutationem in Eccleſia facere, qualem Iohannes fecit in deſerto: ſed quia in argumento non eſt ſufficiens enumeratio, ergo per reſponſionem præcedentẽ baptiſtæ, in qua dicit ſe eſſe præconem aut vocem clamantem, id eſt, præconem Chriſti, hoc argumentum ſolutum eſt. Itaq; ex eo fundamento nunc reſpondet, ego Baptizo aqua: ſed in medio veſtri ſtat, quem vos neſcitis, qui cum me ſequeretur, anteceſsit me, cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calciamenti, id eſt, non inchoo hanc nouam ceremoniam propria autoritate, ſed ſum miniſter Chriſti æterni filij Dei, nunc incarnati ex Maria virgine, qui in medio veſtri adeſt, eius autoritate & mandato ego baptizo. Atq; ſic legatos per ipſorum quæſtionem conſtringit, per redargutionem, quaſi dicat: quæritis cur baptizem, cùm non ſim Chriſtus, Conceditis ergò Chriſto eam autoritatem inſtituendi Baptiſmum, id eſt, mutãdi ceremonias: Atqui ego ſum miniſter Chriſti ipſius autoritate & mandato baptizans, ergo me non debetis in meo miniſterio impedire. Extat autem Eſaiæ 4. prophetia de Baptiſmi inſtitutione per Meſsiam: Tunc abluet Dominus ſordes filiarum Syon, & ſanguines, id eſt, peccata Hieruſalem eijciet ex medio eius per Spiritum iudicantem & inflammantem. Procul dubio ad hanc*

*Propheti-*

Prophetiam reſpicit Baptiſta: ſicut hæc additio apud Matth. & Lucam, non obſcurè monſtrat, ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igne. Reſponſio baptiſtæ ad quintam quæſtionem includit inſignem doctrinam de Baptiſmo, quæ eſt ſecunda pars huius Euangelij.

## DE SECVNDA PARTE.

INTEGRA doctrina de Sacramento baptiſmi alio tempore proponitur. Si quis autem velit, poterit ſummam hoc loco ex Catechiſmi doctrina petere. Hoc autem loco explicanda eſt quæſtio, an ſit alius baptiſmus Iohannis, quam Apoſtolorum? Reſpondet Paulus ſimpliciter. Eph. 4. Vna fides, vnum baptiſma, vnus Dominus. Et in Symbolo Nicæno dicit Eccleſia, confiteor vnum baptiſma, in remiſſionem peccatorum. Iohannes baptizabat baptiſmo Chriſti, quia mandato & autoritate Chriſti in remiſſionem peccatorũ per mortem Chriſti, agni Dei baptizabat: eodem baptiſmate baptizauerunt Apoſtoli, et tàm Iohannis quàm Apoſtolorũ baptiſmus erat, & eſt lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, ad Titum 3. Item, mundatio à peccatis Epheſ. 5. Solet dici: Iohannes baptizabat in Chriſtum paſſurum & reſurrecturum, Apoſtoli in Chriſtum paſſum & reſuſcitatum, ſed vnus eſt baptiſmus omnium, quia ea relationis differentia, non mutat ſubſtantiam,

vel

*vel definitionem vel effectum Baptiſmi, cur autem dicit Iohannes: Ego baptizo vos aqua, & qui in medio veſtri eſt, ipſe baptizat Spiritu ſancto? Reſpondeo: non diſtinguit Baptiſta ſpecies, ſed diſcernit miniſtros ab ipſo Meſſia, & monet in Baptiſmo non tantùm eſſe conſiderandum externum elementum & actionem miniſtri fundentis aquam, cum pronunciatione verborum, ſed ſimul fide intuendum eſſe Chriſtum autorem Baptiſmi, qui per hanc actionem miniſtri Baptizat, efficaciter operatur mundans & abluens Baptizatum remiſſione peccatorum, & effundens ac donans ei Spiritũ ſanctum regenerantem & accendentem fidem. Ideo paulo poſt quoq; dicit, ſic ſibi à Deo reuelatum & dictum eſſe, ſuper quem videris deſcendentem Spiritum &c. hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto. Imo ſicut verba Baptiſmi ſonant, ita in totam Trinitatem intueri, & conſideratione Baptiſmi fidem noſtram confirmare debemus. Pater ſuper Baptizatum aperit cœlum, & de cœlo clamat ſe eum recipere in dilecto filio, filius ipſe mundat & abluit Baptizatum lauacro aquæ in verbo condonatione peccatorum, & induit eum veſtimento iuſticiæ ſuæ. Spiritus ſanctus à patre & filio mittitur in cor Baptizati, in quo quieſcit non ocioſus, ſed regenerans & accendens lucem cognitionis Dei, & filij eius Ieſu Chriſti & fidem & alios ſanctos motus. Hæc de dignitate, virtute*

*&*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

& efficacia Baptiſmi cogitare debemus, quoties hæc verba legimus. Admonent ſimul hæc verba de efficacia & virtute Baptiſmi, non iudicandum eſſe ſecundum dignitatem aut indignitatem miniſtri, ſicut eleganter inquit Auguſt: contra literas Petiliani cap. 2. Nec aqua noſtra inquinamur, nec veſtra mundamur, ſed aqua Baptiſmi in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, cum datur alicui, nec noſtra nec veſtra eſt, ſed illius, de quo Iohannis dictum eſt: ſuper quem videris Spiritum ſicut columbam deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto. Et tractatu quinto in Iohannem. Baptiſma tale eſt, qualis eſt ille cuius poteſtate datur, non qualis eſt ille, cuius miniſterio datur, Tale autem Baptiſma Domini, qualis Dominus, ergo Baptiſma Domini diuinum: Quia Dominus Deus. Similes multi ſunt loci in Auguſtino, quos ex hoc fundamento ſumpſit. Concluſio addi poteſt pro iudicio cuiuſq;.

## IN DIE NATIVITATIS CHRISTI, EVANgelium Lucæ 2.

Factum



FACTVM EST AVtem in diebus illis, exijt decretum á Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, Hæc deſcriptio prima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio, Et ibant omnes, vt deſcriberentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæá, de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid, vt deſcriberetur cum Ma

ria de=

ria deſponſata ſibi vxore, quæ erat prægnans.

Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret. Et peperit Filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit & reclinauit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diuerſorio.

Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis iuxta gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Domini circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus, Nolite timere, Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, poſitum in præſepi. Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax, hominibus beneplacitum.

ET factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cœlum, & homines paſto-

res loquebantur ad inuicem, Tranſea-
mus vſq; Bethlehem, & videamus hoc
verbum, quod factum eſt, quod Domi-
nus notum fecit nobis, Et venerunt feſti-
nantes, & inuenerunt Mariam et Ioſeph,
& infantem poſitum in præſepi. Viden-
tes autem notum fecerunt verbum,
quod dictum erat illis de puero hoc, Et
omnes qui audierunt mirati ſunt de his,
quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.
Maria autem conſeruabat omnia verba
hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi
ſunt paſtores, glorificantes & laudantes
Deum in omnibus, quæ audierant & vi-
derant, ſicut dictum eſt ad illos.

*FESTVM hoc pertinet ad articulum fidei de natiuitate filij Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti ex Maria virgine, & debet à Chriſtianis cum ſingulari gaudio & lætitia ſpirituali celebrari, ſicut concio ad paſtores facta, quæ eſt perpetua concio ad Eccleſiam, admonet: Diuidemus autem Euangelium in tres partes.*

*Prima pars de hiſtoria.*

*Secunda, de concione angeli ad paſtores.*

*Tertia, de hymno angelorum.*

DE

## DE PRIMA PARTE.

SPIRITVS ſanctus in ſacra ſcriptura multas hiſtorias ſanctorum deſcribit, quas homo Chriſtianus libenter et diligenter legere & cognoſcere debet: quia nulla eſt hiſtoria, quæ non propter aliquam vtilitatem ſcripta ſit, ſicut vniuerſaliter dixit Paulus de tota ſcriptura ad Rom. 15. Quæcunq; præſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Sed nulla hiſtoria debet nobis eſſe charior & notior, quam hiſtoria conceptionis, natiuitatis, vitæ, mortis, reſurrectionis, & aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti: quia huius hiſtoriæ longiſſimè maior eſt iucunditas, dulcedo, & vtilitas, quàm omnium aliarum hiſtoriarum: quæ tantùm proponunt exempla fidei, confeſſionis, doctrinæ & omnium virtutum Chriſtianarum, Item crucis & Spiritualium exercitiorum: Sed hiſtoria de Chriſto non tantùm proponit omnium illarum rerum ſummum & perfectiſſimum exemplum, ſed etiam ipſiſſimum fundamentum fidei noſtræ & totius Euangelicæ doctrinæ & conſolationis: quia Chriſtus eſt noſtra Iuſtitia, vita, reſurrectio & ſalus. Ideo Apoſtoli ſummam hiſtoriæ Chriſti fidei articulis, quos quotidie in Symbolo recitamus, ſunt complexi, vt ipſa quotidiana recitatio nos de cognitione & meditatione hiſtoriæ ad fidei confirmationem admoneat, &



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*primitiua Eccleſia de principalibus hiſtoriæ partibus iuxta fidei articulos ſingularia feſta ordinauit, vt in ſingulis feſtis ſumma hiſtoriæ, quæ ad eum articulum pertinet, cum promiſsionibus, Prophetijs, & vtili fidei doctrina ex ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis proponatur, & monſtretur vera ratio & vtilitas Spiritualis meditationis in fide. Summam autem hiſtoriæ de hoc feſto natiuitatis Lucas breuiſsimè quidem, ſed valde diligenter deſcripſit, recitatis omnibus circumſtantijs: quarum cognitio nobis Chriſtianis in hac hiſtoria ad confirmationem fidei de hoc puero Ieſu valde neceſſaria eſt, Eò enim illa circumſtantiarum annotatio & recitatio pertinet, vt admoneat has circumſtantias meditatione diligenti conferendas eſſe cum prædictionibus & Prophetijs, vt iſta collatio ſit firmiſsima demonſtratio, certificans nos in fide noſtra, quòd hic puer Ieſus ex Maria virgine in ciuitate Bethlehem eo anno natus, à quo nunc incipiemus numerare annum 1568. veriſsime & certiſsime ſit filius Dei ſemen mulieris promiſſum primis parentibus poſt lapſum in Paradiſo, & ſemen benedictionis promiſſum Abrahæ, Eſaiæ & Iacob, & ille filius ac rex æternus Dauidi promiſſus, & filius & puer ille, de quo Eſaias cap. 9. Prophetauit: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. In ſumma, quod ſit Meſsias & Saluator, quem prædicauerunt, & in quem ſperaue-*

runt

runt omnes ſancti patres, Patriarchæ & Prophetæ ab initio. Propter hanc certitudinis demonſtrationem, circumſtantiæ huius hiſtoriæ ordine conſiderentur.

## DE PRIMA CIRCVMSTANTIA.

PRIMO allegat Lucas circumſtantiam temporis. Factum, eſt, inquit, in diebus illis, Exijt decretum à Cæſare Auguſto, vt cenſeretur totus orbis: ac deſcriptio prima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio. Hæc circumſtantia demonſtrat tempus natiuitatis pueri Ieſu conſentire cum Prophetijs de Meſsia, ſicut Paulus ad Galat. 4. dicit. Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, id eſt, poſtquam impletum eſt tempus ad hanc natiuitatem à Deo præfinitum, & per Prophetas prædictum. Extant autem duæ claræ & valde manifeſtæ prædictiones de tempore natiuitatis Meſsiæ. Vna eſt Prophetia Iacobi Patriarchæ Geneſ. 49. In benedictione Iudæ. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat Silo: & ipſe erit expectatio gentium, hoc eſt, tunc naſcetur Meſsias contritor capitis Serpentis, victor Diaboli & mortis, liberator & ſaluator Eccleſiæ, quem omnes gentes expectant, quando Iudæi amiſerint ſceptrum & ducem de ſanguine ſuo. Altera prædictio temporis eſt Danielis cap. 9. de 70. Hebdomadibus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

annorum, propter Iacobi prædictionem dicit Lucas natiuitatem Chriſti factam eſſe eo tempore, quando Romanus Cæſar Auguſtus edictum ſuum de deſcriptione ſui imperij propter cenſum etiam ad Iudæos miſit: quæ res eſt manifeſtiſſimum teſtimonium, Iudæos tunc amiſiſſe & ſceptrum & ducem, & fuiſſe Romano imperio ſeu Cæſari ſubiectos. Propter Danielis Prophetiam inquit, hanc deſcriptionem fuiſſe primam, quando Cyrenius præſes Syriæ fuit, vt ex ipſa annorum computatione certitudo & demonſtratio fidei inquiratur.

DE SECVNDA CIRCVMSTANTIA.

SECVNDO allegat Lucas circumſtantiã generis ſeu familiæ Dauidis, propter promiſſionem factam Dauidi, quod Meſſias ex ipſius poſteritate naſci debuit: vnde filius Dauidis appellatur, Quia, vt Paulus ad Romanos primo, inquit, eſt de ſemine Dauid ſecundũ carnem. Promiſſio extat 2. Regũ 7. Cum completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſq; in æternum: ego ero ei in patrem, et ipſe erit mihi in filium &c. Et repetitur ea promiſſio Pſal. 132. Iurauit Dominus Dauidi veritatem, et non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam &c. Item, Eſaiæ 11. Egre-

ii. *Egredietur virga ex ſtirpe Iſai, & ſurculus ex radicibus eius fructificabit, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Commodè autem poterit breuibus verbis explicari, quare Chriſtus vocetur virga ex ſtirpe Iſai patris Dauidis egrediens, & ſurculus ex radicibus eius fructificans, nimirum quia arbor, id eſt, regia poſteritas Dauidis primum debuit areſieri vſq; ad ſtirpem vel radicem, id eſt, contemptas & obſcuras reliquias: ſicut verè fuerunt contemptæ & obſcuræ reliquiæ regiæ proſapiæ Dauidicæ: Ioſeph, faber lignarius, & Maria pauper virgo, ex qua hæc virga & hic ſurculus fructificans, videlicet Ieſus Chriſtus filius Dauidis & Rex æternus Eccleſiæ, quam ex vniuerſo orbe colligit, natus eſt.*

## DE TERTIA CIRCVMSTANTIA.

TERTIA *circumſtantia eſt virginitas puerperæ ſeu matris pueri Ieſu. Sunt enim valde notabilia hæc verba Euangeliſtæ: cum Maria deſponſa ſibi vxore, quæ erat prægnans. Vocat Mariam vxorem Ioſephi deſponſam & prægnantem. Singulari itaq; cautione negat nuptias coniugales factas eſſe. Fuit itaq; virgo prægnans: ſicut ipſa ad Gabrielem angelum annunciantem hanc conceptionem dicit: virum non cognoui: & angelus de virginali conceptione reſpondet, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obum-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

brabit tibi. Hæc itaq; circumſtantia propter eas promiſsiones ſeu Prophetias allegatur, quibus prædictum fuit, quod Meſsias promiſſus debuit naſci, ex virgine ſine patre, ſicut in Symbolo dicimus, Natus ex Maria virgine: & in Hymno canimus, Non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, verbum Dei factum eſt caro, fructusq; ventris floruit. Sunt autem hæ duæ prædictiones valde claræ, Geneſ. 3. Vocatur Meſsias ſemen mulieris, Ergo erit virginis filius: quod Lutherus dicit Iacobum patriarcham expreſsiſſe appellatione Silo, id eſt, fortis victor, gigas, contritor capitis ſerpentis Ein Heldt / ex virgine natus. Secunda prædictio eſt Eſaiæ 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen eius Emanuel. De meditatione cauſæ, cur voluerit Deus, vt vnigenitus filius ipſius promiſſus Meſsias naſceretur ex virgine, dicitur die conceptionis Chriſti.

## DE QVARTA CIRCVMSTANTIA.

QVARTA eſt circumſtantia loci ſeu oppidi Bethlehem, in quo puer Ieſus natus eſt. Hanc allegat Euangeliſta propter Prophetiam, quam etiam Matth. 2. Iudæorum pontifices & ſcribæ conſulti ab Herode citant ex cap. 5. Micheæ. Et tu Bethlehem Ephrata, quæ paruula es inter millia in Iuda, ex te egredietur mihi, qui ſit Dominus in Iſrael, cuius egreſsio fuit à principio & ab æternitate.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE QVINTA CIRCVMSTANTIA.

*QVINTA eſt illa miſerrima & pauperrima conditio, nimirum: quod mater puerpera propter paupertatem non potuit accipere locum in diuerſorio, ſed tanquam contempta mendica in ſtabulo puerum Ieſum peperit, eumq; faſcijs inuolutum in præſepi poſuit. De hac circumſtantia non tantùm natiuitatis, ſed totius vitæ Chriſti, à natiuitate vſq; ad mortem dicitur Eſaiæ 53. Vidimus eum, ſed non erat ſpecies, quam deſideraremus, deſpectißimus & indignißimus habebatur. Quæ autem ſit conſolatio in huius circumſtantiæ meditatione, id 2. ad Corinth. 8. dicitur, Noſtis beneficentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod propter vos pauper factus ſit, cum eſſet diues, vt vos ipſius paupertate diteſceretis, & in Germanico Hymno canimus,* Er iſt auff erden kommen arm/ etc. *Pertinet etiam huc locus de voluntaria exinanitione Chriſti propter nos Phil. 2. Pro concluſione huius partis ſeu loci de circumſtãtijs hiſtoriæ dicatur. Cum nullus vnquam natus ſit homo, cuius natiuitati hæ circumſtantiæ in Prophetijs prædictæ conueniant, niſi hic puer Ieſus Dei & Mariæ filius in Bethlehem natus. Ergo firmiter & ſine dubitatione credamus hunc puerum Ieſum verè & certò eſſe Meßiam promiſſum, cui*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

omnes Prophetæ teſtimonium perhibent Actorum 10. & in quo ſolo eſt ſalus Actorum 4.

## DE SECVNDA PARTE EVANGELII.

Concio Angeli ſummam Euangelicæ doctrinæ & conſolationis complectitur: ac docet qualis debeat eſſe in fide, meditatio natiuitatis pueri Ieſu, & quæ eius meditationis ſit vtilitas & effectus. Iacobus de dæmonibus inquit, quod credant et contremiſcant, quia nudæ hiſtoriæ de Chriſto noticia, non adfert conſolationem, ſed relinquit, imo etiam auget timorem. Sed ad paſtores & nos omnes ſuam concionẽ de natiuitate pueri Ieſu ſic ordítur angelus: nolite timere. Vult ergò vt ad cognitionem hiſtoriæ meditatio accedat & accommodatio ſeu applicatio fidei, quæ timorem ſeu terrorem per peccati conſcientiam & iræ Dei ſenſum incuſſum expellit, & in ipſa meditatione, accommodatione & applicatione accipit viuificam conſolationem ac læticiam huius lætiſsimi nuncij Euangelici: Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod futurum eſt omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid, Tres locos principales continet hæc concio angeli. Primus eſt definitio Euangelij, nimirum quòd Euangelium eſt annunciatio magni gaudij, quòd prædicatur omni populo, quia natus eſt

*nobis, & pro nobis eſt paſſus, mortuus & reſuſcitatus ſaluator noſter, qui eſt vnigenitus filius Dei incarnatus Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Hæc definitio copioſe poteſt explicari & amplificari expoſitione nominis ſaluator, & allegatione concordantium ſententiarum, qualis eſt illa Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. Item 1. ad Tim. 1. fidelis ſermo et omni acceptatione dignus, quod Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. In hac definitione monſtranda eſt conſolatio, quæ eſt in particula vniuerſali, qua angelus vtitur, inquiens, quòd omni populo futurum eſt. Deus non promiſit ſuum filium tantùm aliquibus, neq; tantùm aliquibus particulariter miſit eum, ſed promiſit, dedit & miſit eum toti mundo, ſicut etiam ipſe filius dicit. Sic Deus dilexit mundum vt omnis &c. Et Ioannes inquit, ipſe eſt propitiatio non tantùm pro noſtris peccatis, ſed etiam pro peccatis totius mundi. Ergo Euangelium eſt vniuerſalis concio annuncians & offerens omnibus hunc ſaluatorem puerum Ieſum, & illud gaudium magnum per ipſum: ſicut Chriſtus etiam vocat omnes, dicens Matth. 11. Venite ad me omnes, & Paulus inquit, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vtinam omnes homines hunc ſaluatorem, hoc magnum gaudium, hanc lætam & viuificam conſolationem & concionem angelorum amplecterentur*

ſide: qui eam non accipiunt, non Dei, ſed propria culpa ſe ex vniuerſali promiſsione Euãgelij excludunt per ſuam incredulitatem, ſicut dicitur, qui non credit condemnabitur, Item Ioannis 6. vos nõ vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Rom. 11. per
3. incredulitatem rami defracti ſunt. Secundus locus eſt deſcriptio veræ fidei, quæ in recta meditatione hiſtoriæ de Chriſto apprehendit Chriſtum cum ſuis meritis, operibus, paſsione & beneficijs, iuxta promiſsionem. Hæc deſcriptio eſt in his verbis, Natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Poſtulat igitur angelus, vt paſtores ſic firma fide credant, & in ſuo corde dicant: Natus eſt nobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus: Et vt ego in meditatione hiſtoriæ natiuitatis ſic vera fide credam & dicam, Natus eſt mihi Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, & vt tu ſic dicas, & ſinguli homines ſic dicant & credant. Hæc enim eſt vera fides, quæ in vera meditatione puerum Ieſum appræhendit iuxta promiſsionem. Sic Eſaias in Prophetia de natiuitate pueri Ieſu, ſimiliter fidei accommodationem ſeu applicationem, ſeu appræhenſionem docet & requirit, cum dicit, cap. 9. puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, quaſi dicat: ſic mecum dicant & credant omnes pij & fideles: hic puer mihi natus eſt, & hic filius mihi datus eſt, vt ſit meus ſaluator: & cum recitamus Symbolum, de

hac

hac ipſa fidei applicatione & apprehenſione dici-
mus, credo in Ieſum Chriſtum vnigenitum fili-
um Dei, conceptum, natum, paſſum &c. id eſt,
credo quod hic Ieſus Chriſtus pro me & propter
me eſt conceptus, natus, paſſus, vt ſit meus ſal-
uator, qui me ſua conceptione, natiuitate, paßione
liberauit à peccato & morte æterna, & acquiſiuit
remißionem peccatorum, ſalutem & vitam æter-
nam. Tertius locus eſt de huius fidei in medita- 3.
tione hiſtoriæ Chriſti, & iuxta promißionem ap-
plicationis, effectu. Fides hæc tollit terrorem iræ
Dei & maledictionis ſeu mortis, quem gignit co-
gitatio legis, ſicut dicitur: lex iram operatur: lite-
ra occidit: lex eſt miniſterium mortis: hunc in-
quam terrorem tollit & expellit fides in medita-
tione hiſtoriæ & promißionis de Chriſto appre-
hendens Chriſtum, & in Chriſto Dei miſericor-
diam, amorem & gratiam, & efficit hæc fides
gaudium magnum, ſeu lætitiam magnam in corde,
quæ eſt ipſa viuifica conſolatio Spiritus ſancti per
Euangelium Ieſu Chriſti, & quæ eſt ipſa inchoatio
vitæ & læticiæ æternæ adhuc in hac vita, quam
ſequetur certo certius conſummata reuelatio in
altera vita. Explicetur & amplificetur illud gau-
dium magnum Euangelicæ annunciationis ſeu
conſolationis, Non eſt illud gaudium tale, qualia
gaudia mundus impertit & quærit, quæ vt ha-
bent fluxa, caduca & vana fundamenta, ita ipſa
quoq;

*quoq; ſunt fluxa, caduca & vana, & vincuntur re leuiſsima: ſicut nullum eſt gaudium in toto mundo, quod non leuiſsimo dolore vnius digiti ſeu dentis vertatur & extinguatur: taceo quomodo ſenſus peccati & morſus conſcientiæ omnia gaudia mundi conuertat in triſticiam: imò quomodo mors impiorum vertat, & futurum iudicium conuerſurum ſit omnia gaudia, quæ impij habuerunt in mundo, in æternum eiulatum & ſtridorem dentium ac æternas pœnas. Talia itaq; ſunt gaudia mundana, quæ impij magnifaciunt, adeo vt propter ea hoc magnum gaudium Euangelij contemnant & negligant: hoc verò magnum gaudium non eſt gaudium caducum & vanum, quia habet certum & ſtabile fundamentum, promiſſam gratiam Dei in filio eius ſaluatore Ieſu Chriſto, imò ipſum filium Dei Ieſum Chriſtum, qui eſt nobis natus & datus, vt ſit noſter ſaluator, & in ipſo fruamur hoc magno gaudio in æternum. Et accenditur hoc gaudium à Spiritu ſancto, qui & effector eſt huius gaudij ſeu lætæ conſolationis per Euangelium, ſimul eſt & arrabo & pignus, quod hoc gaudium in poſſeſsione hæreditatis per Chriſtum nobis acquiſitæ erit æternum. Et hoc gaudium vincit non ſolùm dolores corporales, ſed etiam interiores tentationes, ſenſum iræ Dei, minas legis, peccati, mortis, & æternæ condemnationis, & per omnes tribulationes, anguſtias, tentationes,*

*dolores*

dolores in vita & morte, ouat & triumphat in Ieſu Chriſto Domino noſtro: cuius læti triumphi exempla apparent in martyribus, qui cum gaudio etiam ad mortem eunt, ſicut de Stephano dicitur: Ibat ouans animis & ſpe ſua damna leuabat. Et de Apoſtolis ſcriptum eſt Act: 5. Ibant gaudentes &c. Hic multæ inſignes ſententiæ de gaudio & tota conſolatione Euangelij poſſunt allegari.

## DE TERTIA PARTE EVANGELII.

SICVT Lucæ 15. inquit Chriſtus angelos gaudere in cœlo, quando vnus peccator agit pœnitentiam: ita multitudo angelici exercitus etiam in natiuitate Chriſti, publico hymno ſuum immenſum gaudium propter nos homines declarauit. Verè itaq; magnum gaudium eſt, quòd nobis per Euangelium Ieſu Chriſti annunciatur: quia propter nos ipſi beati angeli iam ſunt hilares & læti. Pudeat & in æternum pudeat omnes homines impios, & Epicureos, qui hoc gaudio non afficiuntur, & illud contemnunt. Digni enim ſunt, ſi non conuertantur, vt in æternum eiulent & fleant. Porro Hymnus Angelicus tria membra habet.

I. Membrum eſt gratiarum actio ad Deum. Nam beati Angeli laudant & glorificant Deum, & ei gratias agunt pro hoc immenſo beneficio humano generi præſtito, videlicet pro miſſione & dona-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*donatione vnigeniti Filij ſui. Et ſuo exemplo monent & hortantur, vt nos quoq; ſine intermiſſione pro hoc beneficio Deum glorificemus, & ei ex intimo corde læti & hilares gratias agamus, ſicut in hoc feſto canimus: Grates nunc omnes reddamus Domino Deo, qui ſua natiuitate nos liberauit, de Diabolica poteſtate. Nam hoc verè dignum & iuſtum eſt: et idcirco pio conſilio ordinauit Eccleſia, vt hic Hymnus Angelorum ſæpè repetatur: imò vt poſt omnes Pſalmos cantetur: Gloria patri & Filio, & Spiritui ſancto, vt non obliuiſcamur Deum glorificare, & ei gratias agere pro hoc beneficio. Simul autem hoc membrum complectitur admonitionem ſeu doctrinam, Deum ſic verè glorificari, ſi per contritionem & fidem Ieſu Chriſti filij ſui glorificetur: quia ſicut extra Chriſtum Deus non cognoſcitur: ita etiam ſine cognitione & fide Ieſu Chriſti non glorificatur.*

*II. Membrum Hymni gratulatio eſt, prædicans beneficium quod per natiuitatem ſeu incarnationem vnigeniti filij Dei, ſcilicet pueri Ieſu, terræ, id eſt, hominibus contigit, videlicet quod per hanc miſſionem & incarnationem Filij Dei, facta eſt in terra pax cum Deo. Hoc beneficium gratis & lætis mentib: conſiderare debemus: ſicut ad Colloſ. 3. dicitur: pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua vocati eſtis in vno corde. Hic locus valde copioſus eſt: Et pertinent huc multa dicta,*

vt 1. ad Timoth. 2. *Vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Ad Epheſ.* 2. *Chriſtus eſt pax noſtra.* 2. ad Corinth. 5. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Iohan. 14. *pacem meam do vobis.* Philip. 4. *pax Dei, quæ exuberat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & ſenſus noſtros in Chriſto Ieſu.* Et nobis inuicem hanc pacem precari debemus. Sicut Matth. 10. & Lucæ 10. dicit Chriſtus: Dicite, pax huic domui. Porro de hac pace plenius dicitur in feſto pentecoſtes de verbis: pacem meam do vobis. Hoc ſecundum membrum ſimul etiam admonet de pace mutua inter Chriſtianos.

III. Membrum Hymni etiam eſt congratulatio, quod per donationem, miſsionem & incarnationem Ieſu Filij Dei etiam hoc beneficium contingat hominibus, vt detur ipſis Spiritus ſanctus, regenerans & innouans, mortificans carnem, & accendens nouam lucem in mente, & bonam voluntatem in corde, ac inchoans nouam & ſpontaneam obedientiam actionum & paſsionum, quæ etſi eſt in hac vita adhuc imperfecta: tamen placet Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Huc pertinet dictum Pſal: 110. *populus tuus erit ſpontaneus in die victoriæ tuæ, in ornatu ſancto.* Et illuſtrari hic locus poteſt per Antitheſin malæ voluntatis per deceptionem Diaboli acquiſitæ & per peccatum originale propagatæ. Deinde

addatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*addatur concluſionis loco admonitio de noua obedientia, quæ includat argumentum, quod Chriſtus non venerit in mundum, aut non ſit promiſſus, vt confirmet regnum peccati, & concedat licentiam peccandi. Et in hac concluſione allegetur inſignis locus ex epiſtola ad Tit.cap.2. qui in hoc feſto etiam legi ſolet, videlicet: Illuxit enim gratia Dei ſalutifera omnibus hominibus &c. vſq;, & purificaret ſibi populum peculiarem ſectatorē bonorum operum. Item, ſimiles loci: vt ad Epheſ.2. ipſius factura ſumus. Ad Epheſ. 4. vos ſic non didiciſtis Chriſtum &c. ad Roma. 12. vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona &c. & beneplacens & perfecta.*

## *IN FESTO SANCTI STEPHANI, EVANgelium Matth. 23.*

ECCE EGO MITTO AD vos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & illorum aliquos occidetis, crucifigetiſq;, & illorum nonnullos flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos om-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter Templum & Altare. Amen dico vobis: venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta: Dico

F enim

enim vobis, haud quaquam me videbitis poſthac, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

*VETERES ſingulari conſilio feſto natiuitatis, in quo Eccleſia audit angelicam annunciationem magni gaudij, propterea quod natus eſt nobis ſaluator Ieſus Chriſtus, adiunxerunt feſta Stephani, Iohannis Apoſtoli, & Innocentium, vt hac ordinatione admonerent Chriſtianos de cruce, quæ confeſſionem Euangelij ſequitur, & cum Spirituali gaudio Euangelij eſt coniuncta, ſicut inquit Chriſtus Iohan. 16. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum: Eſt itaq; in hac ordinatione vtilis admonitio, vt conſiderantes hæc exempla quæ proponuntur, cogitemus nobis etiam patientia opus eſſe, vt tollamus crucem noſtram quotidie, & ſequamur Chriſtum: Lucæ 9. ſicut eum omnes Martyres, & confeſſores ab initio ſecuti ſunt, iuxta voluntatem Dei, alius ſic, alius aliter: Stephanus & infantes ſunt trucidati, Iohannes Apoſtolus graues perſecutiones paſſus eſt, ſed tamen in illis eſt ſeruatus à Filio Dei (iuxta dictum: Si volo eum manere &c.) vſq; ad extremam ſenectutem, & tandem placida morte obdormiuit: Sic voluntas Dei variè diſ-*

*tribuit*

tribuit crucem, ſed vnicuiq; in ſua cruce patientia opus eſt: ad Heb: 10. Lucæ 9.

LOCI EVANGELII.

PRIMVS LOCVS, eſt de miſsione Prophetarum & Apoſtolorum & concionatorum, atq; de eius miſsionis finali cauſa.

SECVNDVS LOCVS, eſt reprehenſio mundi, & querela de eius ingratitudine et malitia: quia non vult audire legatos Chriſti, ſed eos perſequitur & interficit: Hæc querela ſimul continet prædictionem de cruce & perſecutione concionatorum.

TERTIVS LOCVS, eſt conſideratio cauſarũ, cur Deus præcipuè concionatores cruci ſubijciat.

QVARTVS LOCVS, eſt de pœnis, quas Chriſtus comminatur perſecutoribus.

DE PRIMO LOCO.

HÆC verba: Ecce ego mitto ad vos Prophetas & ſapientes & ſcribas &c. expreſſe ſignificant concionatores mitti diuinitus: Etſi autem eſt duplex vocatio concionatorum Eccleſiæ, vna quæ fit immediatè à Deo, & vocatur Prophetica atq; Apoſtolica: Altera quæ fit mediatè per Eccleſiam: tamen ſciamus vtramq; vocationem eſſe diuinam, non tantum immediatam, ſed etiam mediatam, quando in ea ordinarie proceditur, iuxta verbum Chriſti Lucæ 10. Rogate Dominum meſ-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ſis, vt extrudat operarios in meſſem ſuam: Itaq; de vocatis per vtramq; vocationem dicitur ad Epheſ. 4. Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: hoc ſcire debent tum ipſi concionatores, tum etiam populus Eccleſiæ, vt neq; illi ſine vocatione & miſsione currant, neq; hi ſine inuocatione Dei, ſecundum ſuas affectiones concionatores eligant, vocent, aut etiam dimittant, ſicut Bubulcos aut Subulcos: ſed vt concionatores cogitent ſe fungi legatione Chriſti, & vt populus etiam ipſos pro legatis Chriſti habeat, amet & audiat: Deinde in hoc loco ſunt obſeruanda verba de cauſa finali miſsionis concionatorum, Nimirum: Ieruſalem Ieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat Gallina pullos ſuos ſub alas: Hæc eſt dulciſsima ſimilitudo, de qua ſæpe cogitandum eſt: Sicut Gallina ſua voce conuocat & congregat pullos, & congregatos alis ſuis fouet, tegit & cuſtodit: Ita filius Dei ſua & concionatorum ſuorum voce conuocat & congregat Eccleſiam ſuam, ſicut dicit Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos: & congregatam Eccleſiam ſub alis ſuis fouet, cuſtodit, & defendit, ſicut inquit etiam Iohan. 10. Ego æternam vitam do eis, & nemo rapiet*

*piet eos ex manu mea. Itaq; cum Pſal. 16. orat Eccleſia & quilibet pius: Cuſtodi me vt pupillam oculi, ſub vmbra alarum tuarum protege me: Et Pſal. 36. dicitur: Filij hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt: Item Pſal. 57. 61. & 63. Iterum hanc cauſam finalem conſiderare debent & concionatores & populus Eccleſiæ: concionatores quidem, vt cogitent ſe non eſſe miſſos vt ſint Eccleſiæ turbatores, diſsipatores & deſtructores, ſed congregatores, conuocatores & ædificatores, ſicut ad Epheſ. 4. dicitur: Dari concionatores in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: Populus autem, vt in miniſterio & voce concionatorum hanc ſuauiſsimam voluntatem filij Dei & æterni patris cum Spiritu ſancto conſideret, de qua hic dicit Chriſtus: Quoties volui congregare filios tuos, ſicut congregat Gallina pullos ſuos ſub alas? Et Matth. 11. Venite ad me omnes &c. Item Iohan. 6. Hæc eſt voluntas patris, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die: Matth. 18. Non eſt voluntas patris, vt pereat vnus de puſillis iſtis: 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire: Ezechiel. 33. Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, conuertimini, conuertimini, quare moriemini domus Iſrael.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

DE SECVNDO LOCO

REPREHENSIO & querela eſt in his verbis: Eorum aliquos occidetis & crucifigetis, & flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt, quoties volui congregare filios tuos? & tu noluiſti? Hæc reprehenſio & querela non tantum ad Iudæos, ſed ad totum mundum impium eſt accommodanda, & continet tria: Primo docet cauſam impietatis mundi non eſſe in Deo, qui mundum ſic dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: Iohan. 3. Et vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: 1. Timoth. 2. Neq; vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ezechiel. 18. & 33. Et filius Dei factus eſt propitiatio pro peccatis totius mundi 1. Iohan. 2. Et vocat omnes ad ſe Matth. 11. Secundo docet hæc querela, cauſam impietatis eſſe ipſam malam voluntatem in hominibus, ſicut inquit: tu noluiſti. Et Iohan. 5. Vos non vultis venire ad me, vt vitam habeatis: Itaq; dici non debet, quod ea malitia voluntatis à Deo ſit, vel per creationem, vel prædeſtinationem, vel præuiſionem. Deus enim nullo modo pec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*do peccati cauſa eſt, ſed eſt eius malitiæ prima cauſa Diabolus, deinde ipſa caro, hoc eſt, vetus homo corruptus in anima & corpore, Diabolo aſſentiens & obtemperans, ſicut inquit Christus Iohan.* 8. *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſiderio patris veſtri vultis obſequi: Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & eius rei pater: Et Paulus* 2. *ad Corinth.* 4. *Quod ſi opertum eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei: Sic itaq; intelligendæ ſunt omnes ſimiles querelæ de obduratione & repugnantia impiorum nolentium credere prædicationi Euangelij, quæ querelæ ſæpe repetuntur: nimirum ſunt intelligendæ non de creatione aut prædeſtinatione, aut alia actione Dei efficace: Nam Deus neq; creatione neque prædeſtinatione, neq; alio quocunq; modo eſt cuiquam cauſa peccati, ſicut dilucide dicitur* 1. *ad Theſſ.* 5. *non conſtituit nos Deus, vt iram nobis concitemus, ſed vt ſalutem conſequamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis: Sed ſunt omnes illæ querelæ intelligendæ de veris cauſis peccati, quas recenſui: vt Ieremiæ* 7. *Hoc verbum præcepi eis dicens:*

*Audite vocem meam, et ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis: Ipſi vero noluerunt audire & inclinare huc aurem ſuam, ſed abierunt in conſilijs ſuis, & ſecundum opinionem praui cordis ſui, & miſi ad vos omnes ſeruos meos, Prophetas quotidie, ſed ipſi nolunt audire, & inclinare huc aurem ſuam. Ieremiæ 17. Non audiunt neq; inclinant huc aurem ſuam, Imo indurant ceruicem ſuam, ne audiant me & ſinant ſe erudiri.*

## DE TERTIO LOCO.

*CVM omnia exempla Eccleſiæ & ſanctorum doceant & monſtrent, Eccleſiam ſubiectam eſſe cruci, Ideo doctrina de cruce Eccleſiæ ſæpe repetenda eſt, in qua doctrina primò proponenda eſt admonitio de paterno conſilio Dei, ſicut ad Heb. 12. dicitur: Quem Dominus diligit, caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recepit: In diſciplina perſeuerate, tanquam filijs vobis offert ſe Deus. Quis enim Filius, quem non corripit pater? quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergò ſpurij & non filij eſtis: Item ad Tobiam inquit Angelus cap. 12. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te: Secundo dicendum eſt de diſtinctione ſeu differentia afflictionum, vt conſiderentur cauſæ: Solent autem*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

autem afflictiones diuidi in 4. genera: Vnum eſt λύτρον, videlicet ſola obedientia, paſsio, mors, & ſatisfactio Domini noſtri Ieſu Chriſti: Secundo quædam afflictiones ſunt τιμωρίαι, id eſt, pœnæ delictorum: Sicut enim pater in ſua familia non tantum punit ſeruos, ſed etiam filios caſtigat propter tranſgreſsionem: Attamen in ipſa pœna ſeu caſtigatione oſtendit filio paternum animum: Ita Deus non tantum Gentes extra Eccleſiam, ſed etiam illos, qui ſunt in Eccleſia caſtigat propter peccata, ſed tamen in ipſa caſtigatione oſtendit Eccleſiæ paternum animum, ſicut Pſal. 30. dicitur: Ad momentum durat ira eius, & vita eſt in voluntate eius, id eſt, caſtigat, non vt occidat, ſicut Dauid dicit: Caſtigans caſtigauit me Dominus, ſed morti non tradidit me: Ideo dicitur in Pſalmo: Vita eſt in voluntate eius, id eſt, quærit ſua caſtigatione emendationem & conuerſionem ad vitam: Sic etiam Pſal. 89 dicitur: Quod eorum, qui ſunt membra Eccleſiæ, peccata velit viſitare virga, ſed miſericordiam ſuam non velit ab illis auferre: Hæc meditatio vtilis eſt cum oramus illas orationes Dauidis: Domine ne in furore tuo arguas me. Tertium Genus eſt, quod quædam afflictiones ſunt δοκιμασίαι, id eſt exercitia, probationes & tentationes, quibus Deus Chriſtianos exercet & probat, vt exempli gratia: Bonus pater exercet liberos ſuos in domo ſub diſciplina, &

*retinet eos in exercitio virtutum & laborum: Sic facit quoq; Deus, exercens cruce & afflictionibus ſuos Chriſtianos: tales afflictiones fuerunt Iobis, Tobiæ, Ioſephi carcer, Pauli Apoſtoli ſtimulus, 2. Corinth. 12. De his exercitijs dicitur Eſaiæ 28. Vexatio dat intellectum: Sirach. 27. Vaſa Figuli probat fornax: & homines iuſtos tentatio tribulationis: Pſal. 119. Bonum eſt mihi Domine, quod humiliaſti me, vt diſcerem iuſtificationes tuas: Eſaiæ 26. Domine in anguſtia quærunt te, quando caſtigas eos anxie clamant: In hoc genere afflictionum conſiderandæ ſunt 4. cauſæ principales, cur Deus per afflictiones Eccleſiam exerceat. Prima: Etſi multi ſunt in Eccleſia, qui non habent externa flagitia, qualia habuit Dauid, quemadmodum Iobo ipſe Deus teſtimonium perhibet, quod non ſit externis flagitijs obnoxius: Tamen Deus illis quoq; crucem imponit, vt agnoſcant ſe coram Deo eſſe peccatores, coram quo innocens non eſt innocens. Ideo dicitur: affligam te ne videaris innocens tibi. Secunda, vt ſint mortificationes carnis & exercitia pietatis, in quibus exercitijs creſcunt Chriſtianæ virtutes & præcipuè fides, ſpes, & inuocatio, ſicut dicitur, Eſaiæ 28. Vexatio dat intellectum & 26. In anguſtia quærunt te Domine, quando caſtigas eos, anxie clamant. 2. ad Corinth. 12. Virtus mea in imbecillitate perficitur.*

tur.

tur. Ad Rom. 8. *Afflictio patientiam parit, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes non pudefacit &c.* Tertia cauſa, Quia Deus vult per crucem nos facere conformes filij ſui: ad Rom. 8. Et ita potentiam filij ſui contra Diabolum oſtendere in infirmis: 2. Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus mea in infirmitate perficitur: Item: cum infirmus ſum, tum robuſtus ſum, capite eodem: Quarta cauſa, vt afflictiones admoneant nos, de æterna vita: Huc totum caput 12. ad Heb. pertinet, & dictum: ſi compatimur, etiam vnà glorificabimur: Quartum genus afflictionum ſunt μαρτύρια de quibus præcipuè dicitur in hoc Euangelio: Vocantur autem Martyria afflictiones, quæ ſunt teſtimonium doctrinæ & confeßionis, vt dicitur Matth. 10. fiet vobis in teſtimonium: Paulus ad Galat. vltimo vocat στίγματα Domini Ieſu, inquiens: de cætero nemo mihi moleſtus ſit, ego enim στίγματα Domini Ieſu in corpore meo porto: Hic conſiderandæ ſunt cauſæ, cur Deus præcipuè velit concionatores ſuſtinere Martyria: Prima cauſa eſt: Quia vult hoc teſtimonium eſſe adiunctum doctrinæ, videlicet, vt ſemper aliqui ex præcipuis doctoribus Eccleſiæ teſtentur ſuis paßionibus, morte, & ſanguine ſe ex animo ſic ſentire, ſicut docent, & non eſſe Mercenarios, ſed veros paſtores, docentes veram doctrinam et amantes oues:



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Secunda: vult extare teſtimonia et ςίγματα ſeu notas, quibus diſcernantur veri concionatores à falſis Prophetis, qui fugiunt crucem & afflictiones, & doctrinas ſuas ad fauores populi accommodant: Tertia cauſa: vult vt hæc Martyria ſint ſingularia teſtimonia, quod reſtet alia vita. Quarta cauſa: vult conſpici in his Martyrijs argumentum illuſtre futuri iudicij, Nimirum: multi ex Prophetis & Apoſtolis ſunt in hac vita trucidati, ergo neceſſe eſt reſtare iudicium: Quinta cauſa, quia vult Deus, vt præcones iuſticiæ, quemadmodum Petrus dicit, relinquant auditoribus exempla patientiæ & conſtantiæ: Huc pertinet illud inſigne exemplum Eleazari in libris Machabeorum: Ita cogitemus omnia Martyria eſſe nobis exempla, ſicut Chriſtus dicit: Sic perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Ad hunc locum pertinet etiam meditatio præcipuarum conſolationum, de quibus dicitur Dominica 2. poſt Paſcha. Sed præcipuè in hoc Euangelio annotetur ea conſolatio, quæ eſt in Chriſti prædictione: Certo enim teſtatur prædictio, quod afflictiones crucis non accidunt Eccleſiæ & eius miniſtris caſu & fortuitò, ſed ſciente & gubernante Deo euentum: Hæc eſt inſignis conſolatio, de qua Iob dicit: Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum: Et Chriſtus Iohan. 15. Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: Addatur etiam*

*conſo-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Conſolatio, quæ eſt in meditatione exemplorum Chriſti, Prophetarum, Apoſtolorum & aliorum Martyrum, inter quos eſt D. Stephanus: Item dicatur de illa conſolatione fidei, quam expertus eſt moriens Stephanus, ſicut inquit: Ecce ego video cœlos apertos & filium Dei ſtantem à dextris patris: Hæc eſt enim magna conſolatio in afflictionibus, cruce, perſecutionibus, cruciatibus & morte, videre per fidem cœlos apertos & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſtantem à dextris Patris ſui.*

## DE QVARTO LOCO.

*QVARTVS locus eſt de pœnis, quas Chriſtus comminatur perſecutoribus ſeu hoſtibus Eccleſiæ & omnibus impijs nolentibus agnoſcere diem viſitationis ſuæ, id eſt, negligentibus tempus gratiæ conceſſum ad pœnitentiam, & ea neglectione per duritiam cordis coaceruantibus ſibi iram Dei, ſicut ad Rom. 2. ſcriptum eſt: Comminatio autem eſt in his verbis: Ecce relinquetur domus veſtra deſerta, & veniet ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & Altare: Amen dico vobis: venient hæc omnia ſuper generationem iſtam: Complectitur hæc comminatio pœnas temporales & æternas: Et pertinet ad hanc*

commi-

*comminationem Parabola Matth. 22. vbi expreſſe dicitur: Iratus rex miſsis exercitibus, perdidit homicidas illos, & ciuitates illorum ſuccendit. Et Abdiæ 1. dicitur: propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum: Item capite eodem: Iuxta eſt dies Domini omnes gentes, ſicut feciſti, ſic fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Ieremiæ 30. Propter ea omnes, qui comedunt te deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur, & omnes qui te vaſtant, vaſtabuntur, cunctoſq; prædatores tuos dabo in prædam. Porro in hoc loco ſingulari diligentia obſeruetur aſſeueratio Chriſti, quod ſuper illos, qui ſe adiungunt ſocietati hoſtium Eccleſiæ, veniet non tantum ſanguis eorum, quos ipſi perſequuntur & occidunt: Sed ſanguis omnium Martyrum ab initio mundi ad Abel vſq;. Hæc eſt admodum dura ſententia, qui omnes homines dehortari debet, ne ſe cum hoſtibus Eccleſiæ coniungant. Nam tota illa ſocietas ſimul rea eſt omnis ſanguinis iuſti ab initio mundi effuſi, & qui ſe ei ſocietati miſcet, ille etiam fit eius reatus particeps, ſicut in nouiſsimo die ad totam illam ſocietatem dicetur: Diſcedite maledicti in ignem æternum Matth. 25. Cogitemus itaq; quantum malum ſit eſſe ſocium vel membrum eius cœtus, qui perſequitur Eccleſiam: &*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*…ram ſocietatem ſinguli fugiamus. De Zacharia, cuius facit hic Chriſtus mentionem, annotatio Baſilij retineatur, fuiſſe ſermonem traditum à maioribus, quod Zacharias pater Iohannis Baptiſtæ cum teſtificaretur de filio Mariæ virginis eum eſſe Meſsiam, interfectus ſit à Sacerdotibus.*

## IN DIE IOHANNIS APOSTOLI, ET EVANGE-liſtæ Euangelium Iohan. 21.



Dicit

DICIT IESVS PETRO: Sequere me. Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in Cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine: quis eſt ille qui te tradit? Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dicit Ieſu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Si velim eum manere, donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quòd diſcipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Ieſus: non moritur: Sed, ſi eum velim manere, donec veniam, quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus quòd verum eſt teſtimonium eius.

*AD huius Euangelij intellectum pertinet præcedens colloquium Chriſti cum Petro, in quo Chriſtus ter interrogat Petrum, an ipſum amet? et poſt ſingulas reſponſiones ipſi mandat, vt ſit paſtor Eccleſiæ: Continet itaq; Euangelium 6. locos ad vocationem & officium paſtorum Eccleſiæ pertinentes.*

*Primus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Primus locus eſt, in miniſtro Eccleſiæ requiri amorem Chriſti.*

*Secundus locus, miniſterium Eccleſiæ non eſſe dominium, ſed paſtorale officium.*

*Tertius locus, paſtor Eccleſiæ debet Chriſtum ſequi non tantum officio docendi, ſed etiam per patientiam crucis ac Martyrij, iuxta Chriſti voluntatem.*

*Quartus locus eſt inſignis admonitio contra æmulationem.*

*Quintus locus eſt conſolatio dicti: Si eum volo manere.*

*Sextus locus eſt, teſtimonium de Apoſtolicæ doctrinæ veritate.*

## DE PRIMO LOCO.

*SINGVLARI attentione obſeruanda eſt trina Chriſti interrogatio ad Petrum: Petre amas me? Admonet enim Chriſtus trina interrogatione, præcipuè requiri in Paſtore Eccleſiæ amorem Chriſti: Ideò ſimiliter Matth. 10. vbi 12. Apoſtolos vocatos, inſtruit longa concione, etiam de hoc amore eos admonet inquiens: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, Et Paulus 1. ad Corinth. 16. in genere dicit: Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit Anathema: Conſideranda eſt autem*

*ratio interrogationis nimirum quia amans Ieſum, etiam propter Ieſum amat oues ſeu Eccleſiam Ieſu, ſicut Paulus ſæpe de ſuo amore erga Eccleſiam ſcribit: vt 1. Corinth. 4. tanquam filios dilectos vos moneo. Ad Philip. 1. Habeo vos in corde meo: & talis etiam propter Ieſum ex charitate Ieſu præſtat officia paſtoralia fideliter Eccleſiæ. 1. Corinth. 4. Requiritur vt fidelis quis inueniatur.*

DE SECVNDO LOCO.

NOTANDVM *eſt mandatum, paſce Oues meas: in quo mandato non eſt ſignificatio Dominij, ſed ſignificatio officij paſtoralis erga illas Oues, quæ ſunt Oues Chriſti emptæ ſanguine Chriſti: Itaq́ Petrus ipſe hoc verbum* PASCE *viciſſim omnibus miniſtris Eccleſiæ proponit addita inſigni declaratione 1. Pet. 5. Presbyteros qui inter vos ſunt obſecro, & ipſe presbyter ac teſtis paſſionum Chriſti & particeps gloriæ, quæ reuelabitur: Paſcite gregem Chriſti apud vos, & curam eius agentes, tractate ſine coactione, ſed vltrò, non affectantes lucrum, ſed officioſo animo, nec tanquam Dominium exercentes aduerſus ſuam quiſq́ partem, ſed facti forma gregis: & cum apparuerit princeps paſtorum, accipietis immarceſſibilem gloriæ coronam: Repræhendatur itaq́ hoc loco Tyrannis Papiſtarum, qui paſtorale officium*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

conuertunt in politicum dominium & in Tyrannidem ſuper conſcientias, contra expreſſa dicta Mat. 20. Scitis, quia principes gentium dominantur, et qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos: non erit ita inter vos: ſed quicũq; voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter, et qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus, ſicut filius hominis nõ venit vt ſibi miniſtretur, ſed vt miniſtret, et det animam ſuam in redemptionem pro multis: Et 2. ad Corinth. 1. Non dominamur fidei veſtræ. Reprehendantur etiam alij, qui pro cura paſtorali potius conſcientiarum tyrannidem exercent, atq; de paſtorali cura citentur loci Act. 20. Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos &c. Ezech. 34. Iere. 23. & 25.

## DE TERTIO LOCO.

PASTOR Eccleſiæ debet ſequi Chriſtum 1. Obedientia vocationis, ſicut Matth. 8. ad Petrum petentem veniam ſepeliendi patrem dicit: Sequere me, et dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: Exo. 4. Moſes vocationem renuit prætendens excuſationẽ, quod eſſet impeditæ et tardæ linguæ: Sed Dominus reſpondit: Quis fecit os hominis, aut quis fecit mutum, et ſurdum, videntem et cœcum, nonne ego? Perge igitur, & ego in ore tuo ero, doceboq; te quid loquaris: Cumq; ille iterũ renueret, iratus eſt ei Dominus. Ionas quoq; naui aufugit, cum Dominus eũ

*vocaret, vt magnæ ciuitati Niniue pœnitentiam prædicaret: Sed Dominus eum naufragio & inſigni miraculo ad inuocationem retraxit: Secundo: paſtor debet ſequi Chriſtum doctrina, hoc eſt, non fingere debet nouam formam doctrinæ, Euangelium & doctrinam Eccleſiæ proponere, ſicut Matth. & Marc. vltimo præcipitur, vt Apoſtoli prædicent Euangelium, et doceant ſeruare omnia, quæcunq; præcepit Chriſtus: Et Iohan. 8. inquit Chriſtus: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis: Matth. 23. Vos nolite vocari Rabbi, vnus enim Magiſter veſter. Iacob. 3. Nolite plures Magiſtri fieri, fratres mei ſcientes quod maius iudicium accipietis. 2. Iohan. 1. Omnis qui credit & non manet in doctrina Chriſti, Deum non habet: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite eum recipere in domum, neq; aue ei dixeritis: Huc pertinet inſigne dictum Eſaiæ 51. Poſui verba mea in ore tuo. vmbra alarum mearum protexi te, vt plantes cœlos: Iohan. 16. De meo accipiet & annunciabit vobis, id eſt, non erit autor nouæ doctrinæ. Tertio, Paſtor debet Chriſtum ſequi dilectione ouium, vt non ſit Mercenarius, Iohan. 10. Huc pertinent aliqua loca in Epiſt: Pauli, vbi ſuum amorem erga Eccleſiam prædicat: Quarto, Paſtor debet ſequi Chriſtum ſtudio innocentis vitæ, quantum in hac imbecillitate fieri poteſt 1. Timoth. 3.*

*Oportet*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe: Quinto, Paſtor debet Chriſtum ſequi patientia & tollerantia crucis & Martyrij, quando volente Deo imponitur, ſicut Chriſtus ad Petrum in hoc capite dicit: Cum ſenueris, extendes manus tuas & alius te cinget & ducet quo non vis: & obſeruetur additio: hoc autem dixit, ſignificans qua morte glorificaturus eſſet Deum. Martyrijs ſanctorum glorificatur Deus, Hæc eſt inſignis commendatio et laus Martyrij: Huc itaq; pertinent exempla omnium Prophetarum, Apoſtolorum & Martyrum, qui Chriſtum ſecuti ſunt: Item dicta de cruce: Matth. 10. Ecce ego mitto vos, ſicut Oues in medio Luporum: Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum, neq; ſeruus ſupra Dominum ſuum: Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut Magiſter eius, & ſeruo ſicut Dominus eius: Ioh. 15. Si me perſecuti fuerint, & vos perſequentur: Matth. 6. in genere dicitur: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me: Heb. 12. per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamē reſpicientes in ducē fidei & conſummatorē Ieſum.

## DE QVARTO LOCO.

DVPLEX eſt æmulatio: vna eſt bona, quæ eſt ſtudioſa imitatio pietatis & virtutum, quam Apoſtolus optat Iudæis Rom. 11. vt videntes conuerſionem gentium imitentur &c. Et



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

1. ad Corinth. 9. inquit: veſtra æmulatio prouocauit plurimos: Alia eſt praua æmulatio, quæ eſt coniuncta cum adfectu inuidiæ: Naſciturq; propterea quod videt alium præcellere vel donis vel fortuna: Contra hanc erudit Chriſtus Apoſtolum Petrum, & nos omnes, inquiens: Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te, tu me ſequere, id eſt, quid tua refert, quòd ego pro mea voluntate aliter ago cum alijs quàm tecùm, tu debes obedire in tua vocatione, & in ea contentus eſſe mea voluntate: Hæc eſt inſigniter vtilis doctrina non tantum in communi vita, ſed etiam in Eccleſia. Multa mala oriuntur ex praua æmulatione: Ideo cogitandum dona & beneficia Dei ſiue corporalia ſiue Spiritualia diſtribui ſecundum Dei voluntatem, ſicut Matth. 20. dicitur: An non licet mihi facere, quod volo in meis rebus? Et 1. Corinth. 12. de donis Spiritus ſancti expreſſe dicitur: Omnia hæc operatur vnus atq; idem Spiritus diuidens ſingulis prout vult: Quare vnuſquiſq; ſuo dimenſo rerum corporalium, ſuo curriculo vitæ, ſua conditione & fortuna, ſuo talento & ſuis donis debet eſſe contentus, & illis rectè vti ſine inuidia & æmulatione, vt in eis obediat Deo & ſilio eius Ieſu Chriſto, ſicut docet Parabola de Talentis Matth. 25. Non ſit noſter oculus nequam ideo quod Deus bonus eſt: Matth. 20.

Huius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Huius doctrinæ inſigne exemplum extat Num. 11. Ioſuà indicat Moſi quod Eldad & Medad in caſtris prophetent & poſtulat vt Moſes prohibeat, ſed ipſe reſpondet: Quid æmularis pro me: quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſuum Spiritum: Adeo prohibet Deus hanc inuidentiæ æmulationem, nolens ſanctos æmulari malignantes, propter eorum bonam fortunam, qua ad tempus fruuntur. Pſalmo 37. Et eadem doctrina ibi traditur contra æmulationem, quam Chriſtus hic tradit: Hanc doctrinam aliquo modo videlicet Ethici etiam Philoſophi proponunt, ſicut Prouerbium teſtatur: Spartam nactus es, hanc orna.*

## DE QVINTO LOCO.

*INSIGNIS eſt conſolatio in hoc dicto: Si eum volo manere. Docet enim Chriſtus ſe ſingulorum vitam & curſum in vocatione ſeruare donec ipſe vult, ſicut ſcriptum eſt Deut. 21. ipſe eſt vita tua & longitudo dierum tuorum & Matth. 6. inquit Chriſtus: Non cadere paſſerem in terram ſine voluntate Dei: Cogitemus itaque inæquales longitudines vitæ, & inæquales curſus in vocationibus gubernari & regi voluntate Dei: Patriarchis ante diluuium longus curſus datus eſt: Elias poſtea docuit circiter*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*annos 20. antequam in cœlum aſſumptus eſt: Elias 70. poſtea ſerra diſſectus eſt à nepote ex fratre. Ieremias 40. poſtea abductus eſt in captiuitatem & interfectus ab Aprye Tyranno: Daniel 70. Iohannes Baptiſta biennium, Chriſtus triennium poſt reſurrectionem Chriſti: Iohannes Euangeliſta docuit annos 67. vſq; ad Traiani tempora, & obdormiuit annos natus 89. Frater eius Iacobus Maior triennium: Iacobus Minor 30. Philippus annos circiter 20. Marcus annos circiter 30. Petrus annos 36. Paulus 35. Timotheus 18. Simon 77. Hanc inæqualitatem conſiderantes cogitemus de hoc dicto: Si eum volo manere: ac curſum vitæ ac vocationis noſtræ ſinguli Chriſto commendemus.*

## DE SEXTO LOCO.

*TESTIMONIVM de Apoſtolica doctrina in hoc Euangelio obſeruandum eſt, ne de doctrina in Biblijs nobis præſcripta dubitemus, ſicut hic dicit Iohannes: Scimus, quod teſtimonium eius verum eſt: de hoc loco dicitur in feſto Pentecoſtes.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# IN DIE CIRCVMCISIONIS EVANGElium Lucæ 2.



ET POSTQVAM CONſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, Quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur.

*Euangelium tres locos continet.*

*I. De Circumciſione.*

*II. Cur Chriſtus circumciſus ſit.*

*III. De nomine Ieſu.*

## DE PRIMO.

REPETATVR ſumma hiſtoriæ de inſti-
tutione & mandato Circumciſionis, in qua ex-
plicentur hæ circumſtantiæ in inſtitutione expreſ-
ſæ: videlicet prima circumſtantia, quod circumciſ
tantum fuit mandata populo Iudaico & quidem
tantū ſexui maſculino in eo populo. Ergo illa ſen-
tentia: Maſculus cuius præputij caro circumciſ
non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, qu
pactum meum irritum fecit: non obligauit ali
gentes extra populum Iudaicum, ideoq; Prophet
alijs gentibus neceſsitatem circumciſionis non im-
poſuerunt, vt Nebucadneſar, Darius, Cyrus, Na
man non ſunt circumciſi, ſed per fidem vniuerſ
lis promiſsionis Euangelicæ de Meſsia in quo b
nedicendæ eſſent omnes gentes, ſaluatæ ſunt ſi
circumciſione quæ ipſis mandata non fuit. Secun
circumſtantia durationis: quod circumciſio tantu
eſt mandata vſq; ad Chriſtum authorem nouæ g
nerationis, qui etiam Iudæos à neceſsitate circum
ciſionis liberauit: ſicut de hac libertate totius E
cleſiæ diſputatur grauiſsimè Act. 15. & in Epiſ
ad Gala. Atq; notanda ſunt illa vniuerſalia ve
ba, contra illos, qui vrgebant neceſsitatem circum
ciſionis ad ſalutem ad Galat. 5. Ecce ego Paul
dico vobis, quoniam ſi circumcidamini, ſci
cet opinione neceſsitatis ad ſalutem, Chriſtus vob
nihil proderit. Tertia circumſtantia eſt temp
ris, quo

*tiis, quod circumciſio fieri debuit octauo die à na-
tiuitate infantis, cuius circumſtantiæ obſeruatio
admonet infantes ante octauum diem mor-
tuos, & Deo fideli inuocatione commenda-
tos, non fuiſſe damnatos propter carentiam cir-
cumciſionis. Non enim fecerunt Dei pactum
irritum, cuius obligatio illos nondum attige-
rat. Sicut etiam de noſtris infantibus, qui in
ipſo partu aut ante præueniuntur morte, vt ba-
ptiſmum conſequi non poßint, piè credimus, quos
ij parentes ſuis precibus miſericordiæ Dei com-
mendant, qui etiam in vtero matris dedit Iohan-
ni Baptiſtæ Spiritum ſanctum & agnitionem
ad fidem Chriſti. Et tenenda eſt regula: Sacra-
menta eſſe data ad ſalutem illis qui ea conſequi
poſſunt, non eſſe data ad condemnationem eorum
qui non poſſunt conſequi. Sicut patres etiam de
Martyribus non baptiſatis rectè docent. Poſt cir-
cumſtantias dicatur etiam de cauſis finalibus
circumciſionis. Prima eſt quam in inſtitutione ex-
plicant hæ duæ appellationes: quod videlicet cir-
cumciſio vocatur & pactum Dei, & ſignum fœ-
deris inter Deum & Iudæos. Vtrumq; verißi-
mum eſt: circumciſio eſt ſignum fœderis ratione
ceremoniæ, quæ eſt promißioni fœderis addita,
& quidem non tantum eſt ſignum ſignificans,
ſed exhibitiuum, quia Deus in ſignis & per ſi-
gna ſacramentalia efficaciter operatur iuxta ſuum*

*verbum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

verbum. Ideo etiam Circumciſio erat pactum Dei
ratione inſtitutionis cum promiſsione: non enim
tantum erat abſciſio pelliculæ, ſed tota illa or-
dinatio Dei cum verbo & promiſsione fœde-
ris, ſeu cum ipſo pacto & fœdere. Ideo Ste-
phanus Actorum 7. vocat Circumciſionem te-
ſtamentum ſcilicet promiſsionis. Hæc ad noſtra
Sacramenta noui teſtamenti etiam accommoden-
tur, quæ non ſunt tantum ſigna, ſed etiam pa-
ctum Dei nobiſcum, ſicut expreſſe de Calice Eu-
chariſtiæ dicit: Hic calix eſt nouum teſtamen-
tum in meo ſanguine. Secunda cauſa finalis
quod voluit Deus gentem Iſraeliticam, ex qua
oriundus erat Chriſtus, diſtinctam eſſe ab omni-
bus alijs gentibus hac Ceremonia, quæ & ob-
ſignatio & memoriale erat vniuſcuiuſq; promiſ-
ſionis datæ Abrahæ, & publicum Symbolum ſeu
nota profeſsionis, religionis & fidei. Tertia cau-
ſa, quod voluit Deus vt Circumciſio eſſet admo-
nitio tum de peccato, quod per generationem pro-
pagatur & non niſi per ſemen benedictionis pro-
miſſum Abrahæ tolli potuit: tum etiam de ſpiri-
tuali Circumciſione cordis, quæ admonitio eſt v-
niuerſalis, & extat Deutero: 10. Circumcidite
præputium cordis veſtri. Et Hieremiæ 4. Cir-
cumcidimini Domino et auferte præputia cordium
veſtrorum. Et de hac ſpirituali Circumciſione cu-
ius admonitio vniuerſalis ſemper debet proponi

Eccle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

…cleſiæ, dicitur Deutero: 30. Circumcidet Do…nus Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui, …t diligas Dominum Deum tuum ex toto corde …, & in tota anima tua, vt poſſis viuere. …m ad Roma. 2. Non is, qui in manifeſto eſt Iu…us, Iudæus eſt, nec quæ in manifeſto eſt carnis …cumciſio, circumciſio eſt, ſed qui in occulto Iu…us eſt, is Iudæus eſt, & circumciſio cordis cir…ciſio eſt, quæ Spiritu conſtat, non litera, cuius …s non ex hominibus ſed ex Deo eſt.

## DE SECVNDO LOCO.

QVÆSTIO cur Chriſtus conceptus & natus ſine peccato, circumciſionem in carne ſua ac…it, pertinet ad generalem explicationem doctri… & cauſarum, cur Chriſtus ſe legi ſubiecit: Quia …cumciſio quoq; ad legem pertinet, ſicut in lege …uit: 12. ſcriptum eſt. Die octauo circumcide… infantulus. Prima et principalis cauſa explica… à Paulo ad Gala. 4. Cum venit plenitudo tem…is, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere …tum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redime…, vt adoptionem filiorum reciperemus, hoc eſt, …riſtus pro ſua perſona non erat ſub lege, ſed nos …ſeri peccatores eramus & ſumus natura ſub le… hoc eſt, obnoxij legi ad æternam condemnatio… propter peccata. Itaq; miſericors pater ex …nenſa dilectione dedit nobis filium ſuum, & eum

eum pro nobis legi ſubiecit, & filius Dei Ieſ
Chriſtus ex immenſa dilectione exinaniuit ſeme
ipſum, & volens formam ſerui aſſumpſit &
pro nobis legi ſubiecit, factus obediens vſq;
mortem crucis, vt nos ſua obedientia & ſub
ctione & ſatisfactione à maledictione legis re
meret. Ad hanc itaq; obedientiam, quæ eſt cau
& meritum & precium noſtræ redemptionis e
am circumciſio Chriſti pertinet. Si enim circu
ciſus non fuiſſet, totam legem non impleuiſſ
quia lex dicit Leuit. 12. Octauo die circum
detur infantulus. Secundo circumciſio Chriſti p
tinet ad declarationem, quod ipſe ſit verus M
ſias promiſſus patribus, qui in circumciſo Iſrae
tico populo naſci debuit, & debuit eſſe finis
gis. Sicut Eſaiæ 40. de fine militiæ legalis præ
ctum fuit. Finita eſt militia eius. Has duas ca
ſas complectitur Paulus vno dicto ad Roma. 1
Illud autem dico, Chriſtum Ieſum miniſtrum fu
ſe circumciſionis propter veritatem Dei ad co
firmandas promiſſiones patrum. Tertio Chriſt
voluit in ſuo corpore vnire populum veteris
ſtamenti & noui teſtamenti, & interſtitium in
Iudæos & Gentes diruere: ergo in ſuo corpore
trumq; Sacramentum circumciſionem veteris
ſtamenti & baptiſmum noui teſtamenti accep
Quia vnus eſt Chriſtus mediator & redemp
& ſaluator omnium cum Iudæis circumciſus,

ca

um gentibus baptizatus, & vna eſt omnium
m Iudæorum quàm gentium credentium cum
hriſto ſocietas & coordinatio in vno corpore &
r vnam fidem. De hac cauſa poteſt copioſe dici,
accommodari huc poſſunt loci ad Epheſ. 2.
ſe eſt pax noſtra, qui fecit ex vtriſq; vnum, &
terſtitium maceriæ diruit, ſimultatem per car-
m ſuam: legem mandatorum in decretis ſitam
rogans, vt duos conderet in ſemetipſo in vnum
ominem, faciens pacem, vt reconciliaret ambos
vno corpore &c. Item per illum habemus adi-
m vtriq; in vno Spiritu ad Patrem. Item: quod
ſe ſit angularis lapis, in quo ſtructura coagmen-
tur. Item ad Gala. 3. de baptiſmo. Quicunq; ba-
izati eſtis, Chriſtum induiſtis: non eſt Iudæus
neq; Græcus, non eſt ſeruus neq; liber, non eſt
aſculus neq; fœmina: Omnes enim vos vnum
ſtis in Chriſto Ieſu.

## DE TERTIO LOCO.

ORIMVM de nomine Ieſu obſeruetur hæc admo-
nitio, quod hoc nomen non humana volun-
te aut arbitrio eſt huic puero impoſitum.
cut parentes aut amici infantibus pro arbitrio
omina imponunt. Sed quod hoc nomen datum eſt
uic infanti ab angelo, priuſquam in vtero conci-
retur, ſicut Lucæ 1. ad Mariam dicit Gabriel:
ocabis nomen eius Ieſum. Et Matth. 1. hoc

mandatum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*mandatum de nomine ad Ioſephum repetitur ad- ta expoſitione nominis & cauſa. Vocabis nom- eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet popul- ſuum à peccatis eorum. Obſeruetur itaq; hæc co- firmatio fidei noſtræ. Deus ipſe dedit huic fi- Mariæ hoc nomen Ieſus, & explicationem addi- per angelum, quia ipſe ſaluum faciet popul- ſuum à peccatis eorum. Ergo non debemus qu- rere alium Ieſum ſeu ſaluatorem à peccatis. Ite- non debemus dubitare hunc eſſe verum noſtru- Ieſum, qui nos à peccatis noſtris verè ſaluos f- cit. Sic ad Roma: 3. dicit Paulus: Chriſtum Ieſu- eſſe propoſitum propiciatorem ab ipſo Deo. Et - ctorum 4. dicitur. Non eſt in alio quoquam ſalu- nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum inter hom- nes, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Hic locus d- bet amplificari antitheſi Idololatrarum, qui ſibi - ne verbo eligunt alios mediatores & ſaluatore- & hunc Ieſum à Deo datum, propoſitum & nom- natum relinquunt. Item eorum antitheſi & repr- henſione, qui in operibus ſuis fiduciam, quæ huic I- ſu debetur, collocant, de quibus Paulus dic- ad Gala. quod talibus Chriſtus nihil proſit. Mo- ſtrentur etiam conſolationes quomodo hoc dul- nomen Ieſu in fide omnibus tentationibus opponi debeat.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## *DE FVGA IOSEPHI AC MARIÆ CVM PVE-ro Ieſu, Matth. 2.*



D*EFVNCTO AVTEM* Herode, ecce angelus Do- mini apparuit in ſomnis Io- ſeph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum &

matrem eius, & vade in terram Iſrael,
defuncti ſunt enim, qui quærebant ani-
mam pueri. Qui conſurgens, accepit pu-
erum & matrem eius, & venit in Ter-
ram Iſrael. Audiens autem quod Ar-
chelaus regnaret in Iudæa, pro Herode
patre ſuo, timuit illò ire : & admonitus
in ſomnis, ſeceſsit in partes Galilææ. Et
veniens habitauit in ciuitate, quæ vo-
catur Nazareth : vt adimpleretur quod
dictum eſt per Prophetas : Quoniam
Nazaræus vocabitur.

*HISTORIA fugæ Chriſti in Ægyptum, ſæpe cogitanda eſt, propterea quòd continet inſignes locos, qui Eccleſiam in perſecutionibus erudiunt, & conſolantur iuxta dictum: Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, neq; ſeruus ſupra Dominum: Sufficit Diſcipulo, vt ſit ſicut Magiſter eius, & ſeruo, vt ſit ſicut Dominus ipſius.*

*Primus itaq; locus eſt de perſecutione Chriſti & Eccleſiæ, atq; de eius perſecutionis cauſa in hoſtibus, quæ in hoc exemplo præcipuè conſiderari debet. Herodes, vt inquit angelus, quæſiuit puerum Ieſum ad perdendum eum. Sed cur infantem tantopere odit & perſequitur Herodes? Hic nulla*

*vera*

*vel minima ſuſpicio eſſe poteſt, de aliqua cauſa odij, & perſecutionis, cuius culpa in infantem Ieſum transferri poſſet. Sed neceſſe eſt cauſam odij, & tyrannidis tantum eſſe in Herode & Diabolo inſtigatore Herodis. Sic itaq; poſtea de omnibus perſecutionibus Chriſti iudicandum eſt, ſicut ipſe dicit, Pſalm. 69. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis, id eſt, ſine mea culpa. Et Iohan. 8. Vos quæritis me interficere hominem, qui veritatem locutus ſum vobis, quam audiui à Patre meo, Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris vultis facere, Ille homicida erat ab initio &c. Quis arguet me de peccato? Item, Paulus Acto. 13. Nulla cauſa mortis inuenta petierunt à Pilato, vt interficerent eum. Huc pertinet admiratio Pſalmi 2. quem in ſimili admonitione citant Apoſtoli Actorum 4. & 13. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ & Principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius &c. Quæ res itaq; eſt, quare Herodes ita irritatur contra innocentem infantem Chriſtum? Ea eſt, quod audiuit ex Magis natum eſſe Regem Iſrael, propter hoc nomen, & officium Chriſti, in quo ſolo poſita eſt ſalus mundi, ſicut Actorum 4. dicitur: Non eſt in alio quoquam ſalus, neq; eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri: Pro-*

*pter hoc inquam nomen, & officium Chriſti, Dia-
bolus ita incitat & inflammat Herodem faſcina-
tum hac perſuaſione, quod ſi ad ætatem veniret
erepturus ſit ipſi regnum, vt quærat hunc infan-
tem perdere: Qui fuit inanis timor: Non enim ve-
nit Filius hominis miniſtrari, ſed miniſtrare &
dare vitam ſuam pro mundo. Neq; regnum quæ-
ſiuit mundanum, qui venit, vt credentibus daret
regnum cœleſte & æternum. Sicut Eccleſia in
Hymno canit: Non arripit mortalia, qui regna
dat cœleſtia, Hic locus de cauſa perſecutionis
Chriſti, copioſè explicari, & aptiſſimè accommo-
dari poteſt allegato dicto Pſalmi 2. Ego conſtitui
Regem meum ſuper Sion montem ſanctum me-
um, prædicabo decretum, quod Dominus dixit ad
me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ideo
nimirum gentes, Iudæi, Cæſares Romani, Turcici,
Papa, Cardinales &c. perſecuti ſunt & perſe-
quuntur Chriſtum, & eius Euangelium. Deinde
dicendum eſt etiam de perſecutione innocentium
puerorum, in quorum perſecutione etiam hæc do-
ctrina, de cauſa perſecutionis Eccleſiæ in hoſtibus
declaratur. Cur Herodes ita contra omnes pue-
ros exardeſcit, vt innocentes infantes tam crude-
liter necari iubeat? vt etiam Ethnici illam cru-
delitatem repræhenderint: Dixit enim Auguſtus
ſe malle eſſe porcum Herodis, quam Filium, Quia
filium infantem cum alijs pueris interfeciſſe ſcri-
bitur.*

*ſcribitur: Nulla in Infantibus culpa fuit tantæ crudelitatis. Quid enim infante, quod ad actualia delicta ad homines attinet, eſt innocentius? qui nondum neq; cogitatione, neque actione quicquam mali aduerſus alios fecit: Cauſa autẽ tantæ crudelitatis et immanitatis, in hoc Euangelio manifeſta eſt. Videlicet, odium Diaboli, & Herodis obſequentis Diabolo, erga infantem Ieſum Chriſtum, Filium Dei, Regem Iſrael, quem vnicum & ſolum in omnibus his infantibus innocentibus perſecutus eſt Herodes: quia vt angelus inquit, Quæſiuit puerum Ieſum ad perdendum eum. Sic de omnibus perſecutionibus Eccleſiæ, & piorum membrorum Chriſti iudicandum eſt: Etſi enim coram Deo, nemo hominum innocens eſt, Sicut ſcriptum eſt: Innocens coram te non eſt innocens: Tamen ad Tyrannos & hoſtes, eſt Eccleſia innocens in perſecutione: ſicut hi infantes ad Tyrannum Herodem innocentes erant. Sic Dauid ad Saulem innocens erat, quia nihil mali contra eum fecerat, quo tantam iram Saulis commeruiſſet. Sic Daniel ad Regem, qui eum in ſpeluncam leonum coniÿci iuſsit innocens erat, quemadmodum dixit: Coram te Rex malum non feci. Sic dicit etiam Dauid de ſua innocentia: Domine Deus meus, ſi feci hoc, ſi eſt iniquitas in manibus meis: ſi reddidi retribuentibus mihi mala, perſequatur inimicus animam meam, & compræhendat, & concul-*

*cet ad terram vitam meam, & gloriam meam in pulverem collocet. Iudica me Domine ſecundum iuſticiam meam, & ſecundũ innocentiam meam ſuper me. Quòd itaq; Tyranni Eccleſiã perſequuntur hæc eſt cauſa: Quia Diabolus & Tyranni a Diabolo incitati, & ipſi obedientes innocentem Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ Dei, & regem Eccleſiæ in membris ipſius, & in Eccleſia perſequuntur. Sicut ad Saulẽ perſecutorẽ de cœlo clamat Chriſtus: Saule Saule quid me perſequeris? Et Ioh. 15. inquit Chriſtus ad diſcipulos: Si mundus vos odit, ſcitis quod me prius quàm vos odio habuerit. Hoc dictum non tantum de ordine, ſed etiam de cauſa intelligendum eſſe ſequentia declarant: addit enim Chriſtus: Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuũ eſt diligeret. Quia verò de mundo nõ eſtis, Sed ego ſelegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Item hæc omnia facient vobis propter nomen meũ, quia non nouerunt eum, qui miſit me. Item, oderunt non ſolum me, ſed etiam patrem meum, vt adimpleatur ſcriptura: Odio habuerunt me gratis: Sic etiam Roma. 8. ex Pſalmo 44. dicit Paulus: Propter te morti tradimur tota die: Habiti ſumus velut oues deſtinatæ mactationi, Quemadmodum reuera hi infantes innocentes ab Herode æſtimati ſunt, tanquam oues mactationi deſtinatæ. Obſeruetur itaq; hic locus & ſemper repetatur, cum de perſecutionibus Eccleſiæ dicendum eſt.*

DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS locus eſt conſideratio cauſarum, cur Deus volens permittat perſecutiones Filij ſui & Eccleſiæ, ſicut Actorum 4. inquiunt Apoſtoli: Conuenerunt verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerant. Hoc loco primo diſcernendum eſt inter conſilium & voluntatem Dei, ac inter odia, conſilia, voluntates & actiones perſecutorũ. Eſt autem regula: quod cauſæ impulſiuæ, & finales diſcernant actiones. Atq; de cauſis perſecutionum, & paſſionum Chriſti, copioſe dictum eſt in paßionis hiſtoria, Permittit etiam Deus perſecutiones Eccleſiæ, non ex odio, ſed ex dilectione Eccleſiæ, non vt perdatur Eccleſia, ſed vt probetur, excerceatur, & creſcant dona in ipſa, ſeu in ſingulis, ſicut ad Paulum dicitur, 2. Corinth. 12. Virtus mea in infirmitate perficitur. Item, vt conformetur imagini Filij Dei, cum quo in æternum viciſſim debet conglorificari. Item, vt ſemper ſint conſpicua exempla confeßionis in Eccleſia confirmantia alios, illa obſignatione per martyria. Item, quia ſic etiam mirabiliter propagatur Eccleſia, & augetur, ſicut dicitur: Sanguis martyrum eſt ſeminarium Eccleſiæ. De his & ſimilibus cauſis aliàs ordinè dixi: Diaboli au-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tem & Tyranni perſequuntur Chriſtum & Eccleſiam, vt Chriſtum cum Eccleſia, Regem cum regno, verbum Euangelij cum auditoribus perdant & extirpent. Sicut hoc loco dicitur: Herodes quærit puerum ad perdendum eum. Et in Actis de Saulo perſecutore adhuc, dicitur. Saulus ſpirans minas &c. Hoc loco dicatur de gloria Martyrij, qua hi infantes propter Chriſtum occiſi ſunt coronati, qui locus valde eſt copioſus.

Tertius locus eſt teſtimonium, quod infantes in Eccleſia placeant Deo, & ſint templa Spiritus ſancti, & hæredes vitæ æternæ, qui colliguntur à Deo ad capeſſendam illam hæreditatem regni cœleſtis. Quia hi infantes ſine vlla dubitatione fuerunt ſancti, & laudantur tanquam ſancti per dictum, quod citat Apoſtolus, de verè ſanctis: Quia filij Rachael, ſunt filij Eccleſiæ, & hæredes vitæ æternæ, Et vbi eſt hæreditas vitæ æternæ ibi eſt Spiritus ſancti pignus & arrabo illius hæreditatis. Ergo vt in his infantibus, ita in noſtris infantibus adductis ad Chriſtum baptiſmo et oratione, Spiritus ſanctus eſt efficax. Damnentur itaq; Anabaptiſtæ in illis locis, vbi eorum errores noti ſunt: quia ſine fide impoßibile eſt placere Deo. Hi infantes primi Martyres à natiuitate Chriſti placuerunt Deo. Ergo Spiritus ſanctus in ipſis fidem operatus eſt.

*Quartus locus eſt de lamentatione Eccleſiæ, ſeu Eccleſiæ dolore in perſecutionibus, ſicut dicitur: Rachael deplorat filios ſuos. Itaq; in hoc loco dicendum eſt de veris conſolationibus, quæ illi dolori & lamentationi opponuntur, de quibus dicitur tertia Dominica poſt Paſcha, nimirum de illis verbis: Vos plorabitis & flebitis, mundus autem gaudebit. Vos verò triſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

*Quintus locus eſt conſolatio: quod ſicut manet Chriſtus per omnes perſecutiones Rex Eccleſiæ, ita manet, & conſeruatur etiam Eccleſia regnum Chriſti, Licet aliqua membra patiuntur in hac vita. Et quod ſicut Deus infanti Filio ſuo curat hoſpitium in Ægypto, quo ducitur à Ioſepho, donec pertranſeat perſecutio Herodis in Iudæa: Ita ſemper etiam curat Deus Eccleſiæ aliquod hoſpitium, & aliquos patronos, & ſubinde poſt afflictiones, reddit aliquam tranquillitatem, tanquam halcyonia, vt Eccleſia rurſum nidificet & colligatur. Item, Sicut ad filij ſui miniſterium mittit Deus Angelum, qui Ioſephum monet, ducit & reducit, ita ſemper addit Deus Eccleſiæ Angelos cuſtodes. Nicephorus ſcribit, quod eo tempore Eliſabeth cum Iohanne, trans Iordanem fugit, & abdita fuit in montis ſpelunca. Ita mirabiliter ſeruat Deus illos, quos vult ſeruare in per-*

ſecutionibus. Sicut mirabiliter ſeruauit Eliam & alios.

VI. *Sextus locus eſt de fuga in perſecutione.* Iubet Deus, vt Ioſeph infantem Chriſtum cum matre ob perſecutionem Herodis ducat in Ægyptum. Similia exempla Chriſti & Sanctorum extant in ſcriptura Vt Paulus ſporta ex vrbe dimiſſus eſt & fugit. Et illa exempla in ſimilibus caſibus ſunt noſtra inſtructio, videlicet, quando Dominus nobis aperit viam fugiendi ſine læſione conſcientia & confeſſionis. Iuxta dictum Chriſti: Si vo perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.

VII *Septimus locus eſt de pœna Herodis,* quæ eſt exemplum, quomodo puniantur impij Eccleſiæ perſecutores. plerunq; etiam in hac vita manifeſtis exemplis Herodes putreſcentibus inteſtinis, & carne vermibus per totum corpus ſcatente, tandem violentia morbi auctis doloribus animi extinctus eſt. Nam factus erat inuiſus omnibus, itaque moriturus etiam inſignem crudelitatem addidit reliquis facinoribus. Comprehenſos enim aliquot Primates iuſſit ſe mortuo mox interfici, ne ſine luctu moreretur. Accommodetur huc inſignis locus Pſalmi 37. Adhuc puſillum reſtat, & non erit impius, Tunc reſpicies ad locum eius, & ipſe non erit ibi. Afflicti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multa pace. Im-

pius

…ius minatur iuſto, & frendet ſuper eum denti-
…us ſuis: Dominus autem irridet eum, proſpicit
…nim quod venit dies eius. Item, Inimici Domini
…tiamſi fuerint, vt pratum amœniſſimum, tamen
euaneſcunt vt fumus. Huc accommodentur exempla perſecutionum Eccleſiæ.

## IN EPIPHANIA DOMINI EVANGELIum Matth. 2.



CVM AVTEM NATV
eſſet Ieſus in Bethlehem Iu
dæ in diebus Herodis re
gis, Ecce Magi ab Orient
venerunt Ieroſolymam, dí
centes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæo
rum? vidimus enim ſtellam eius, in O
riente, & venimus adorare eum.

Audiens autem Herodes rex, turba
tus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. E
congregans omnes Principes ſacerdo
tum et ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis
vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerun
ei. In Bethlehem Iudæ. Sic enim ſcrĩ
ptũ eſt per Prophetam. Et tu Bethlehen
terræ Iuda, nequaquam minima es in
Principibus Iuda, Ex te enim exibit mih
dux, qui regat populum meum Iſrael.

Tunc Herodes clam vocatis Magi
diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ
quæ apparuerat, & mittens illos in Beth
lehem, dixit, Ite & exquirite diligente
de puero, & cum inueneritis, renunciat
mihi, vt & ego veniens adorem eum.

Qui cum audiſſent Regem, abie

runt

unt. Et ecce ſtella, quam viderant in O-
riente, antecedebat eos, vſq; dum veni-
ens ſtaret ſupra, vbi erat puer. Videntes
autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno
valde. Et intrantes domum, inuenerunt
puerum cum Maria matre eius, & proci-
dentes adorauerunt eum, Et apertis the-
ſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum,
Thus & Myrrham. Et oraculo admoni-
ti in ſomnis ne redirent ad Herodem,
per aliam viam reuerſi ſunt in regionem
ſuam.

*FESTVM hoc vulgò à tribus regibus denominatur, quia Papiſtæ finxerũt Magos fuiſſe tres reges, quorum corpora dicunt conſeruari Coloniæ. Hanc fictionem ſi quis ſcire cupit, legat Legendam, vt vocant, trium Regum. Vetus autem appellatio Feſti τῆς ἐπιφανείας ex hiſtoria Euangelij ſumpta eſt, quia natiuitas infantis Ieſu per ſtellam etiam gentibus eſt reuelata. Quæ cauſa & appellatio feſti nobis, qui non ex Iudæis, ſed ex gentibus oriundi ſumus, valdè dulcis eſt. Admonet enim eſſe feſtum gentium, quod ideò præcipuè celebratur ab Eccleſia, vt doceatur de vocatione gentiũ ad conſortium Euangelij & meritorum filij Dei Ieſu Chriſti, iuxta promiſſionem A-*

*brahæ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

brahæ factam: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, & vt admoneantur omnes gentes vt hunc puerum Ieſum cum Magis in fide adorent, & pro donatione huius pueri Ieſu agant Deo gratias, Quemadmodum Paulus Roma. 15. etiam admonet: illud dico, Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis pro veritate Dei ad confirmandas promiſſiones patrum. Cæterum vt gentes pro miſericordia glorificent Deum, ſicut ſcriptum eſt propter hoc confitebor tibi in Gentibus & nomini tuo canam. Et rurſum dicit: Gaudete gentes cum populo eius. Et rurſum, Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi & c. Quod autem ad Magorum nomen attinet, teſtantur hiſtoriæ, & ſcripta veterum, quod Magi dicti fuerunt apud Orientales populos, Perſas & vicinos viri in primis docti, quales apud Græcos fuerunt Philoſophi, ex quibus præcipui adhibiti ſunt ad conſilia regum. Conſentaneum eſt autem, in Perſia & Oriente manſiſſe apud aliquos doctrinam Danielis de Meſſia, quam etiam hi Magi amplexi ſunt procul dubio, Et quia apparitio huius nouæ ſtellæ cum Prophetia Danielis de tempore aduentus Meſſiæ æterni Regis congruit: ideo conſentaneum quoq; eſt, quod non clàm, ſed multis ſcientibus hanc legationem ad explorandam rei veritatem, et quærendum illum regem æternum ſuſceperint, Porro Euangelium continet quatuor locos

Primus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Primus eſt de vocatione gentium.*

*Secundus de fide Magorum adorantium puerum Ieſum, & de muneribus quæ offerunt puero.*

*Tertius de Herodis tyrannica hypocriſi.*

*Quartus de diuina admonitione ad Magos, ut non reuertantur ad Herodem.*

## DE PRIMO LOCO.

*ROM. 3. mouet Paulus quæſtionem, an Iudæorum Deus tantum, an non & gentium &c. Reſpondet, imo & gentium. Quandoquidem vnus Deus, qui iuſtificat circumciſionē ex fide, & præputium per fidem. Hæc reſponſio firmiter tenenda eſt: ſumpta eſt enim ex ipſo fundamento, videlicet vniuerſali promiſsione Euangelij de Meſsia, in qua promiſsione nulla fit diſtinctio populorum aut nationum, ſed vniuerſaliter dicitur: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ: & Chriſtus vniuerſaliter dicit: Sic Deus dilexit mundum. Et Baptiſta: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et Iohannes Apoſtolus: Ipſe eſt propitiatio pro peccato totius mundi. Itaq; Paulus etiam ad Gal. & Rom. repetit, nō eſt, inquiens, diſtinctio Iudæi vel Græci, nam idem Dominus omniū diues in omnes inuocantes ſe. Roma. 10. Nec cogitemus hanc vniuerſalitatem tantum poſt reſurrectionē Chriſti promiſsioni additam fuiſſe, quando ipſe Apoſtolis mandatum dedit eundi in vniuerſum orbem*

orbem &c. prædicandi Euangelium omnibus gentibus. Sed ſciamus ſemper ab initio promiſsionem Euangelij fuiſſe, eſſe & manere vniuerſalem ante circumciſionem, ſub circumciſione, & ſub politia Moſaica, & poſt circumciſionem & Moſaicam politiam. Itaq; extant etiam exempla illuſtria in ſcriptura vocationis gentium, durante circumciſione & Moſaica politia. Ioſephus promiſsionis doctrinam in Ægyptum adduxit: Daniel in Babyloniam & Perſiam, & vicina loca Orientis: quia quatuor Reges ad agnitionem veri Dei & promiſsi Meſsiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti conuertit, Regem Nebukadnezarem Babylonicum, filium eius Euilmerodah, Darium Medum & Syrum Perſam. Et prodeſt legere ipſa publica edicta de adoratione veri Dei. Cum his exemplis coniungatur hæc hiſtoria de apparitione ſtellæ nouæ in Oriente, qua Deus gentibus illis impletionem promiſsionis de miſsione Filij ſui, & natiuitatem huius Meſsiæ, videlicet pueri Ieſu Chriſti, reuelauit. Quidam exiſtimant fuiſſe apparitionem Angeli in forma ſtellæ, ſed tamen non diſcedamus à ſimplici ſententia de ſtella noua, quæ & propior fuit terræ, quam aliæ ſtellæ, quæ propter altitudinem non poſſunt indicare vnam certam domum: & habuit ſingularem motum ſeu progreſſum, ad hoc officium deſtinatum vt præeundo ducerent Magos ad domum, in qua Meſsias erat, ſi-

cut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſicut Iſraelitæ in deſerto ducebantur de die per co-
lumnam ignis, Exod. 13. Ad hunc locum de vo-
catione gentium citari poterunt quædam inſignes
ſententiæ ex vtroq; teſtamento. In Pſalmis plu-
rimæ ſententiæ extant. Item, Eſaiæ 49., Parum
eſt, vt ſis mihi ſeruus ad erigendas tribus Iacob,
& ad reducendum neglecta in Iſrael, ſed dedi ti-
bi, vt ſis lux gentium & ſalus mea vſq; ad fines
terræ. Sic dicit Deus Iſrael ad contemtam animam
ad populum, qui eſt abominatio ad ſeruum ſub ty-
rannis preſſum. Oſeæ 2. Vocabo non populum po-
pulum meum &c. Matth. 8. Dico vobis quod
multi ab Oriente & Occidente venient &c. Io-
han. 10. Habeo alias oues &c. Rom. 9. 10. &
11. Epheſ. 3. ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis
Apoſtolis eius & Prophetis, per ſpiritum eſſe
gentes cohæredes, & concorporales & conparti-
cipes promiſſionum Chriſti per Euangelium,
Acto. 15. &c. Oſtendi autem debet in huius lo-
ci explicatione, quod gentium vocatio firma de-
monſtratione ſeu argumento declaret veritatem
doctrinæ Euangelicæ, de gratuita iuſtificatione ſi-
ne operibus legis, cuius argumenti tractatio ſu-
mitur ex 3, cap. ad Rom. item de ſtella monſtre-
tur etiam ſignificatio, quod hic Rex ſeu Meſſias
Ieſus ſit lumen gentium ſeu lux mundi, quæ ap-
pellatio etiam Euangelio conuenit.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE SECVNDO LOCO.

IN profectione Magorum, item in eorum adoratione & oblatione conſideretur ipſorum fides. Sicut enim de ſacrificijs & profectionibus patrum dicitur ad Hebr. 11. Fide obtulit Abel. Item Fide peregrinatus eſt Abraham &c. Ita rectè etiam de Magis dicimus, quod fide profecti ſunt ex Oriente vſq; Bethlehem, fide quæſiuerunt natum Ieſum, fide inuentum adorauerunt, & fide obtulerunt munera Aurum, Thus & Myrrham. Sine fide enim impoſsibile eſt placere Deo. Magi fidem ſuam declarauerunt manifeſtis actibus. Primùm confeſsione? eſt enim confeſsio hæc Magorum: Vbi eſt ille, qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim Stellã eius in Oriente, & venimus adorare eum. Hæc inquam eſt valdè illuſtris cõfeſsio Magorum de Ieſu, qua confitentur ſe credere natum eſſe Meſsiam, æternum illum Regem promiſſum quidem Iudæis, ſed pro omnibus gentibus, vt eum omnes gentes adorent. Manifeſtum itaq; eſt, quod Magi appellationem Regis in Prophetijs de Meſsia rectè intellexerunt non de rege & regno mundano, ſed ſpirituali & æterno: & quod prophetias de adoratione huius regis quoq; rectè intellexerunt de inuocatione. Secundo, Itaque etiam adoratione, quæ non fuit tantum externus ſeu ethicus cultus, & honor geſtibus exhibi-

mus, ſed fuit vera inuocatio, qua fidẽ ſuam declarauerunt. Tertio, declarauerunt eam oblatione munerum, quæ non niſi per fidem accepta fuerunt, & in quibus etiam eſt ſingularis fidei ſignificatio. In auro eſt ſignificatio, quod crediderunt hunc Infantem eſſe Regem ſuum. In Thure eſt ſignificatio, quod crediderunt hunc Infantẽ verũ Sacerdotem, oblaturum ſacrificium Deo patri, benè olens, placens ac placans ceu propiciatorium. In Myrrha eſt ſignificatio fidei, de paßione huius infantis, de morte & conſeruatione in morte ad reſurrectionem. Hîc itaq; citentur Prophetiæ & præcipuè prophetia Eſaiæ 60. quæ pro epiſtola hodierni feſti ordinata eſt. Et prophetia Pſal. 72. Vbi Meßias vocatur Rex, & deſcribitur eius regnum, officium & dominatio eius &c. à mari vſq; ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ. Et de adoratione ac oblatione expreßè additur: Coram eo flectent genua, qui ſunt in deſertis, Reges maris & Inſularum munera offerent, Reges Arabum & Sabæorum dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Viuet & dabitur ei aurum ex Arabia, & orabitur coram eo iugiter. Quotidie ipſe prædicabitur &c. Ad explicationem ſignificationis Thuris, de ſacerdotio & ſacrificio poſſunt citari teſtimonia ex Pſal. 110. & Epiſt. ad Hebræos. Porrò exemplum oblationis accommodetur



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*etiam ad admonitionem, vt miniſterium Euangelij & pauperes imitentur. Talia enim dona eleemoſynarum etiam offeruntur puero Ieſu. Sicut inquit Matth. 25. Eſuriui, & dediſtis mihi cibum &c. Item, quod minimo feciſtis, mihi feciſtis &c. Non incommodè etiam exemplum Magorum opponi poteſt Papiſticæ Idolatriæ: Nam Magi non Mariam matrē infantis, ſed ipſum infantem Ieſum adorauerunt, ſicut Matthæus inquit: Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & proſtrati adorauerunt illum. Crediderunt ergo Infantem hunc eſſe Deum, cui debetur honor inuocationis ſolius Dei proprius, & non ſunt offenſi illa infantuli miſera ſpecie: quæ conſideratio etiam ad deſcriptionem fidei ipſorum pertinet. Contra inuocationem Mariæ extant notabiles loci in Epiphanio, contra hæreſes, lib. 3. Tomo. 2. hæreſi 78. contra Antidicomarianitas. Et hæreſi 79. contra Collyridianos, inquit enim. Reuera virgo erat ipſa Virgo Maria & honorata, ſed non ad adorationem nobis data, ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſa carne genitus eſt: De cœlis vero & ſinu Patris acceſſit. Sic in honore Mariæ, Pater, Filius & Spiritus ſanctus adoretur, Mariam nemo adoret, non dico mulierem, imo neq; virum Deo dabitur hoc myſterium, neque Angeli capiunt talem glorificationem.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE TERTIO LOCO.

HERODES eſt tyrannus & hoſtis Ieſu, ſicut ſequentibus fructibus declarat: Quia quærit hunc Infantem interficere, & propter eum multa millia infantium crudeliſsimè necat, vt etiam Auguſtus illam crudelitatem reprehendiſſe dicatur hac voce, Se malle porcum eſſe Herodis quam filium. Et tamen malo animo ſimulat inſignem pietatem, conuocans concilium Sacerdotum & Scribarum, vt de natiuitate nati Regis doceatur, & dicens ad Magos: Profecti illuc, accuratè inquirite de puero, vbi vero inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam, & adorem illum. Talis hypocriſis fuit etiam Iudæ, oſculo prodentis Filium hominis: Et pleriq; ſummi hoſtes Chriſti, & fuerunt & ſunt tales hypocritæ, De quibus Dauid ſæpè in Pſalmo conqueritur, quòd amicè loquantur, ſed venenum aſpidum & gladium acutum ſub lingua occultent. Hoc loco dicendum eſt etiam de Herodis & omnium peccatorum perturbatione, cum audiuerunt de hoc nato Rege Ieſu Chriſto. Ea perturbatio eſt terror cum fremitu, de quo fremitu dicitur Pſal. 2. Quare fremuerunt gentes &c. Et hic terror cum fremitu eſt cognatus terrori illi Diabolorum, de quo Iacobus dicit: Dæmones credunt & contremiſcunt.

## DE QVARTO LOCO.

*QVARTVS locus duas doctrinas continet, Prior eſt de cura Dei pro illis qui amant puerum Ieſum: Nam cum Magis in ſomno loquitur Angelus Domini, & eis mandat, vt non reuertantur ad Herodem. Sic Petrus dicit: Nouit Deus eripere ſuos. Secunda doctrina eſt dictum: Non tentabis Dominum Deum tuum. Poterat Deus defendere Magos etiamſi fuiſſent reuerſi ad Herodem: ſicut poterat cuſtodire Ieſum, etiamſi dimiſiſſet ſe de Templo, Sed non exercenda ſunt temerè pericula, cum ea cum bona conſcientia, & ſine impietate deuitari poſſunt, iuxta dictum, Eccleſiaſt. 3. Qui amat periculum peribit in illo.*

*Tantum pro ſumma huius Euangelij.*

## *HISTORIA DE BAPTISMO CHRISTI,* *Matth. 3.*

*TVNC AVTEM ACCE*dit Ieſus à Galilæa, ad Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab illo. At Iohannes prohibebat illum, dicens:

dicens: Mihi opus eſt, vt abs te baptizer, & tu uenis ad me? Reſpondens autem Ieſus dixit ad illum. Omitte nunc, ſic enim decet nos, ut compleamus omnem iuſtitiam. Tunc omittit illum. Et baptizatus



Ieſus, aſcendit protinus ab aqua: & ecce aperti ſunt illi cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem tanquam Columbam, & venientem ſuper ipſum. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE BAPTISMO

HISTORIA de Baptiſmo continet duos locos.

*Primus eſt de Baptiſmo.*

*Secundus eſt illuſtre teſtimonium trium perſonarum in Diuinitate.*

*ANTEQVAM autem ad locorum explicationem veniamus, dicendum eſt de cauſa, cur Chriſtus à miniſtro ſuo Iohanne baptizari voluit, Ad hanc quæſtionem ſic reſpondet Chriſtus: Decet nos ſic implere omnem iuſticiam. Monet hæc Chriſti reſponſio, ſe non venire & petere Baptiſmum à Iohanne. quaſi comica actione ludens: ſed oportere ſic fieri, vt vterq́;, & Iohannes & ipſe ſuo officio & vocationi ſatisfaciat. Quare non dubitemus hanc baptiſationem Chriſti neceſſariam fuiſſe ad eius obedientiam, ad quam miſſus fuit, quæ Chriſti obedientia noſtra eſt completa iuſticia. Addamus etiam has cogitationes:*

*Primo quod in baptiſmo ſuo Chriſtus manifeſto ſigno & teſtimonio declaratus eſt, quod ipſe eſſet Filius Dei, ſaluator & donator Spiritus ſancti, Sicut Iohan. 1. dicit Baptiſta: Qui me miſit baptizare aqua, is mihi dixit, ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, ille eſt, qui baptizat Spiritu ſancto, & ego teſtatus ſum, quod ipſe eſt Filius Dei.*

Secun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Secundò, quod Chriſtus in corpore ſuo acceſſit circumciſionem veteris Teſtamenti, & baptiſmum noui Teſtamenti, quia ipſe eſt pax noſtra ad Epheſ. 2. faciens ex vtriſq; vnum in ſemetipſo. Et reuera hæc cogitatio magnam adfert conſolationem, nimirum quod cum Filius Dei Saluator noſter nobiſcum, & nos cum illo vno baptiſmo, quem ipſe non tantum inſtitutione ſua, ſed in corpore ſuo ſanctificauit, baptizati ſumus, vt ſimus certi nos cum ipſo eſſe vnitos in vnitatem, vnius corporis ſpiritualis, & vnius ſocietatis ad communionem & cohæreditatem omnium bonorum ipſius, quæ vnitas ac ſocietas amplius confirmatur communicatione corporis & ſanguinis ipſius in vſu ſanctæ cœnæ.

## DE PRIMO LOCO.

DE Baptiſmo quinq; principaliter obſeruari & teneri debent.

Primo debet ſciri inſtitutio Baptiſmi, hoc eſt, à quo & quibus verbis hoc Sacramentum ſit inſtitutum. Eſt autem Baptiſmus non humanum inuentum, ſed Sacramentum à Deo ordinatum & inſtitutum. Sicut Iohannes 1. Qui me miſit baptizare aqua, is mihi dixit. Extat autem expreſſa inſtitutio Baptiſmi, in qua forma verborum præſcripta eſt, Matth. vltimo, & Marc. vltimo, Vbi Filius Dei ad diſcipulos dicit: Euntes, docete om-

*nes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.* Hæc de inſtitutione ſæpe cogitari debent, vt Baptiſmi Sacramẽtum magni faciamus, & non propterea quod ſine magnifica pompa paucis verbis in Elemento aquæ diſpenſatur contemnamus, ſicut de Phariſæis & Scribis, Lucæ 7. ſcriptum eſt. *Phariſæi & Legisperiti ſpreuerunt conſilium Dei contra ſemetipſos non baptizati ab ipſo, ſcilicet, Iohanne.* Accommodetur exemplum circumciſionis, cuius inſtitutio videtur prorſus ridicula ratio, ſed contemnentibus grauis pœna propoſita eſt. *Maſculus cuius præpucij caro non fuerit circumciſa, eradicabitur anima eius de populo ipſius.* Ita contemnentibus baptiſmum grauis etiam pœna propoſita eſt, Iohan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei.* Quare Lucæ 7. dicitur, *Contemnentes baptiſmum, contemnunt conſilium Dei contra ſemetipſos,* id eſt, ad ipſorũ pernitiẽ & perditionem. Tractetur itaq; regula de diuinis ordinationibus: iudicandum eſſe ſimpliciter iuxta verbum & inſtitutionem Dei, non iuxta ſenſus & rationem noſtram. Nam vt Pſalm. 111. dicitur: *Quicquid Deus ordinat illud eſt magnificum & glorioſum.* Repræhendatur etiam error & contemptus Anabapti-

*aptiſtarum in illis locis, vb ab Anabaptiſtis*
*ſt periculum, & vbi ipſorum errores noti ſunt.*
*Secundo ſciri debet pro quibus ſit inſtitutus*
*ptiſmus. Id indicant verba: Baptizate eos, ſci-*
*et omnes gentes. Non itaq; pro vna gente tan-*
*m, neque pro vno ſexu tantum eſt inſtitutus*
*ptiſmus, ſicut circumciſio vni tantum genti*
*daicæ, & vni tantum ſexui fuit mandata,*
*que inſtitutio baptiſmi eſt ad certum annum*
*diem ætatis alligata, ſicut Circumciſioni pue-*
*rum octauus dies deſtinatus erat. Sed pro omni-*
*s hominibus ſine diſcrimine ætatis & temporis*
*ſtitutus eſt Baptiſmus. Hæc itaq; vniuerſalis*
*ſtitutio indiſcriminata (vt ſic dicam) accom-*
*odetur ad generalem doctrinam de conſolatione*
*uangelicæ promiſsionis, quæ vniuerſaliter om-*
*bus hominibus ſine reſpectu perſonarum offert*
*ei gratiam. Eſt enim illuſtris demonſtratio:*
*briſtus iubet baptizari omnes homines. Ergo*
*omiſsio gratiæ, cuius ſigillum eſt Baptiſmus, ve-*
*eſt vniuerſalis. Vult enim Deus omnes homi-*
*s ſaluos fieri, & non eſt voluntas patris, in-*
*it Chriſtus, vt vnus de puſillis pereat. Item,*
*es baptizatus iuxta mandatum & inſtitutio-*
*em Chriſti. Ergo non debes dubitare ad te quoq;*
*rtinere promiſsionem, Qui crediderit & bapti-*
*atus fuerit, ſaluus erit. Huius conſolationis*
*agna eſt efficacia in tentationibus de particula-*
*ritate*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ritati, cui tentationi quilibet ſuum baptiſmu
opponere debet, tanquam certiſsimum ſigillu
Dei, ſe quoq; ad promiſsionem Euangelij pertin
re, quæ in baptiſmo vnicuilibet baptizato offe
tur, & applicatur & conſignatur. Deinde et
am accommodetur hæc indiſcriminata inſtitut
ad refutationem Anabaptiſtarum in illis loc
vbi eorum errores noti ſunt.

*Omnes homines ſunt baptizandi,*
*Infantes ſunt homines,* *Ergo*
*Infantes ſunt baptizandi.*

Hæc eſt demonſtratio firma, quæ non pote
refutari. Exceptio autem de ætate idonea, quan
fingunt Anabaptiſtæ, refutanda eſt communi re
gula. Quod nihil ad Dei verbum addendum, ve
ab eo detrahendum eſt. Item, exemplo circumci
ſionis, quæ octauo die fiebat iuxta mandatu
Dei. Quando Infans non magis ad accipienda
doctrinam & edendam confeſsionem oris idoneu
eſt quam primo die. In primis verò refutetur eti
am ea exceptio manifeſtis verbis & mandat
Chriſti: Sinite pueros ad me venire, & nolit
prohibere, talium eſt enim regnum cœlorum, &
non eſt voluntas patris, vt pereat vnus de pu
ſillis iſtis. Prohibent autem pueros ad Chriſtum
venire, qui eos à baptiſmo arcent, in quo ver

Chri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

riſtus cum Patre & Spiritu ſancto eos accipit, ulatur, & eis benedicit. Eſt quoq; firmum hoc theri argumentum: Si Baptiſmus datus infanus non eſt verus baptiſmus, tunc omnes in intia baptizati, non acceperunt verum baptiſm: Sed quod acceperint verum Baptiſmum denſtrant præclari fructus Spiritus ſancti in ltis. Ergo baptiſmus qui datur infantibus ſiomni dubitatione eſt verus Baptiſmus.

Tertio debet ſciri cauſa, cur baptiſmus ſit eſſarius. De ea dicit Chriſtus Iohan. 3. od natum eſt ex carne, caro eſt. De quo dicto lixius dicendum erit Dominica Trinitatis.

Quarto ſciri debet aliquot loci inſignes ſcriræ, quæ definitionem Baptiſmi proponunt, & n explicant, vt teneatur vera Baptiſmi defini- & verus intellectus verborum, quæ in Bapno pronunciantur, & conſiderentur, ac noti veri effectus baptiſmi. Talia dicta ſunt an. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ritu. Titum 3. Secundum miſericordiam ſal- nos fecit per lauacrum regenerationis & reationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos lenter per Ieſum Chriſtum Dominum noum, vt iuſtificati ipſius gratia hæredes ſimus ta ſpem vitæ æternæ, fidelis ſermo eſt. Ad heſi. 5. Chriſtus mundat Eccleſiam lauacro æ in verbo. Acto. 2. Pœnitentiam agite & bapti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſ Chriſti, in remiſſionem peccatorum, & accipiet donum Spiritus ſancti. 1. Pet. 3. In arca pauci, i eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. C figuræ nunc reſpondens baptiſmus, & nos ſalu facit, quo non ſordes carnis abijciuntur, ſed qu fit vt bona conſcientia reſpondeat apud Deu per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Hæc dicta definitione & virtute Baptiſmi explicentur & accommodentur ad verba baptiſmi: Baptizo te i nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Docen enim hæc dicta, quod verba illa ſimul & de præ ſentia & operatione totius Trinitatis in baptiſm intelligi debeant. Id demonſtretur etiam accom modatione hiſtoriæ & apparitionis, quæ in bapti mo Chriſti facta eſt, nam nos eodem baptiſm baptizati ſumus, & baptizantur eodem baptiſm omnes Chriſtiani, quo Chriſtus eſt baptizatu Sicut Paulus dicit: Vnum eſſe baptiſmum. Ita ſicut tota Trinitas in baptiſmo præſens eſt & ope ratur: Filius vnit ſe cum baptiſato, mundat eu ſuo ſanguine, veſtit eum ſua innocentia, obedien tia & iuſticia, donat illi ſua omnia merita, & cõmunicat illi omnia ſua bona. Pater aperit ſupe baptizato cœlũ, recipit eum in gratiam & hæred tatem vitæ cœleſtis æternæ, & dicit de ipſo ex cœ hæc dulciſſima verba. Hic eſt puer meus dilectu qui mihi placet in dilecto Filio meo Ieſu Chri*

ſto/

co. Spiritus ſanctus effunditur in baptiſatum per
ſum Chriſtum, vt quieſcat in eo, regeneret, re-
nouet & ſanctificet eum, & ſibi, imo toti Trini-
tati templum & habitationem in ipſo faciat. Hæc
toq; de virtute baptiſmi, & de Trinitatis præ-
ntia & operatione opponenda ſunt calumnijs
nabaptiſtarum in illis locis, vbi hoc opus eſt.
uo ore enim quis negare auſit, infantibus non
odeſſe Baptiſmum, & infantes baptizatos non
ſſe credere, qui his teſtimonijs cõuictus fatetur,
ptiſmum non tantum eſſe aquæ lauacrum, ſed
e renouationem & regenerationem Spiritus
ncti, qui effunditur & datur in baptiſmo &
baptiſmo diuinam Trinitatem præſentem eſſe
efficaciter operari.

Quinto ſciri debent etiam dicta de ſignifi-
tione & admonitione baptiſmi, quæ tamen ſig-
ficatio etiam ad eius virtutem ſimul referenda
. Nam Spiritus ſanctus in baptiſmo eſt autor
effector mortificationis carnis & nouæ vitæ,
Roma. 6. Sepulti ſumus vnà cum Chriſto per
ptiſmum in mortem, vt quemadmodum exci-
us eſt Chriſtus ex mortuis per gloriam Patris,
& nos in nouitate vitæ ambulemus.

## DE SECVNDO LOCO.

E Trinitate & perſonarum diſtinctione ma-
nifeſtiſsima apparitio eſt, quæ in Baptiſmo
Chriſti

*Chriſti facta eſt: Pater dicit de cœlo, Hic eſt Fil-
us meus dilectus, Filius aſſumpta carne baptiza-
tur, Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit
& requieſcit ſuper Chriſto: Itaq; in articulo fi-
dei de tribus perſonis ſemper ad hanc appari-
tionem reſpiciendum eſt, ſicut pro-
lixius dicitur Domini-
ca Trinitatis.*

## DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIA DOmini, Euangelium Lucæ 2.



ET

ET IBANT PARENTES eius quotannis in Ieruſalem, in die feſto Paſchæ. Et cum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem feſti, conſummatiſq; diebus cum redirent illi, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, et non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos, Et non inuenientes eum regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eum, Et factum eſt poſt triduum, inuenerunt illum in templo, ſedentem in medio Doctorum & audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper intelligentia & reſponſis eius.

Et uidentes eum ſtupebant. Et dixit Mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis, quod in his, quæ Patris mei ſunt, opor-

tet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt eis. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Mater autem eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

*EVANGELIVM hoc poſt hiſtoriam de natiuitate pueri Ieſu, ideo ordinatum eſt in Eccleſia, vt exemplum pueritiæ Ieſu proponatur Chriſtianæ iuuentuti, ſeu pueris, tanquam abſolutiſsima & perfectiſsima & ſanctiſsima imago virtutum, quæ puerilem ætatem decent. Nam etiam ad pueros pertinet admonitio Christi: Diſcite à me. Item, Apoſtoli vt imitentur veſtigia Ieſu.*

*Loci Euangelij ſunt quinq; præcipuè.*

*Primus, de pueritia Ieſu, cum accommodatione, quæ continere debet laudem obedientiæ.*

*Secundus, de officio parentum in educandis liberis.*

*Tertius, exemplum negligentiæ non adfectatæ, qua etiam ſanctiſsimi & diligentiſsimi parentes ſæpe præoccupantur.*

*Quar-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Quartus de neceſsitate & ordine obedientiæ ſingulis vocationibus.*

*Quintus, Verba Chriſti cuſtodienda eſſe in corde, etſi plenè & perfectè non intelligamus.*

DE PRIMO LOCO.

*APVD Papiſtas circumfertur liber de pueritia Chriſti continens pueriles ludos: ſed nos cogitantes de Chriſti pueritia reſpiciamus ad Prophetiam Eſaiæ: Butyrum & lac comedet. Item ad dictum Pauli ad Philip. 2. Habitu inuentus eſt vt homo: & ad hiſtoriam huius Euangelij atque ad illa duo dicta in hoc capite: Puer autem creſcebat & corroborabatur Spiritu, & implebatur ſapientia & gratia DEI erat ſuper illum. Item, Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud DEVM, & apud homines. Sic itaque cogitemus de pueritia Ieſu ſecundum carnem ſeu humanitatem aſſumptam, quod nutritus eſt lacte & butyro, hoc eſt communibus cibis, ſicuti alij pueri, & quod in actionibus fuerit ſimilis alijs pueris, ſed ſine peccato, quod creuit ætate & robore ſicut alij pueri, quod in domo parentibus, in Schola Præceptoribus fuit obediens, quod libenter adfuit in Synagogis & Templo, in congregationibus Eccleſiaſticis libenter audiuit & legit ver-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

bum Dei, & de verbo Dei libenter cum parenti-
bus & alijs contulit: vt omnes homines conſpicuè
cernerent hunc puerum non tantum creſcere
ætate & robore corporali, ſed etiam corroborari
Spiritu, & proficere ſapientia ſpirituali & gratia
apud Deum & homines. Hæc de pueritia Ieſu
traduntur in locis allegatis. Et Lucæ 4. dicitur
expreſſè de ipſo. Intrauit ſecundum conſuetudi-
nem ſuam die Sabbati in Synagogam & ſurrexit
legere. Conſentaneum quoq; eſt ex cap. 6. Mar-
ci, quod in adoleſcentia à Ioſepho fabricandi ar-
tem didicerit eamq; exercuerit. Sic enim ibi dici-
tur: Nonne hic eſt faber ille filius Mariæ &c.
Addatur iam accommodatio de exemplo ſeu imi-
tatione pueri. Qui in Chriſtum baptizati ſunt, &
ſunt Chriſtiani, debēt ſtudere, vt ſe à pueritia ad
imitationem Chriſti componant, vt ipſi ſimiliter
non ætate tantum & robore corporis, ſed etiam
ſapientia & doctrina ſpirituali creſcant & con-
firmentur, ac apud Deum & homines proficiant
gratia. Decent autem pueros Chriſtianos præci-
puæ hæ virtutes.

Prima virtus eſt, vt pueri ſint pij & aſſi-
duè adſint in congregationibus Eccleſiaſticis ad
audiendum verbum Dei, & dicendas & cantan-
das preces ad Deum, & Hymnis gratiarum actio-
nis & laudis. Non debent autem eſſe ſomnolen-
ti auditores, ſed attenti, ſicut Chriſtus attente au-

diuit

audiuit doctores in Templo, & cum illis etiam de
doctrina contulit.

2 Secunda virtus eſt, vt ſint obedientes parentibus, iuxta præceptum quartum, Honora patrem &c. Dicatur hoc loco de mandato & ordinatione obedientiæ, et de promiſſione præmiorum, ſicut Paulus extollit promiſſionē quarto mandato additam, ad Epheſ. 4. Filij obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt, honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. Commendatio obedientiæ amplificetur, exemplo Chriſti, qui in ſua humiliatione non tantum fuit obediens patri cæleſti vſq; ad mortem, ſed etiam matri Mariæ & Ioſepho fuit obediens, ſicut in hoc Euangelio dicitur. Deſcendit cum eis, venitq; in Nazareth, eratq; illis ſubditus. Nulla itaq; percellentia indolis, generis, ingenij, ſapientiæ & ſimilium eximit puerum ab obligatione obedientiæ, quam ſuis parentibus debet. Sic Dauid etiam vnctus in Regem, obedit patri ſuo mandanti humile officium, vt fratribus cibum ferat, 1. Regum 17. De hac virtute copioſè dici poteſt, & in concluſione debent citari comminationes Dei contra filios inobedientes, Deut. 27. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam, & dicet omnis populus Amen. Item, Exodi 13. Prouer. 19. 20.

*Leuit. 20. &c. & extat Lex Deut. 21. præci-
piens vt contumax filius lapidibus obruatur, quæ
lex oſtendit Deum velle, vt Magiſtratus ſint cu-
ſtodes huius legis, Honora patrem tuum & ma-
trem tuam.*

*Tertia virtus puerorum eſt, vt ſint fre-
quentes in Scholis, in quibus iuuentus inſtituitur
in doctrinis bonis, & præcipuè in pietate. Hæc
conſuetudo prædicatur in Chriſto, Lucæ 4. vbi
obſeruandum eſt, quod Filius Dei cum adoleuiſ-
ſet etiam legendi officio in Synagoga functus eſt: ſi-
cut ibi dicitur: ſurrexit legere.*

*Quarta virtus puerorum eſt, vt non ſint o-
tioſi, ſed ſemper ſint occupati honeſtis exercitijs,
ſicut Chriſtus exercitio fabricationis quoq; occu-
patus fuit. Hinc commendentur omnia honeſta
exercitia, ſiue literaria, ſiue manuaria, vel me-
chanica, Et ad mechanicarum artium commenda-
tionem allegari poſſunt exempla Beſeleel & Oo-
liab, & aliorum artificum, Exod. 35. & 36. de
quibus ibi dicitur, quod Deus illos impleuit Spi-
ritu, & erudijt ſapientia & doctrina ad faci-
enda opera artificioſa: addatur quoque vitupera-
tio ocij, ſicut Paulus 2. ad Theſſal. 3. reprehen-
dit nihil operantes. Et Chriſtus Matth. 20. Quid
ſtatis ocioſi? Et Eccleſiaſt. 33. ſcriptum eſt, mul-
tam maliciam docuit ocium. Et Ambroſius in*

quit, Otium eſt puluinar Satanæ. Ad has 4. Virtutes referri poſſunt officia puerorum.

## DE SECVNDO LOCO.

PRÆCEPTVM de honore & obedientia liberorum correlatiue quoq; mandat, vt parentes in educatione liberorum ipſis ea quæ ſunt pia & honeſta præcipiant, docendo ſcilicet & mandando, ſicut ad Ephe. 6. Paulus illud correlatiuum mandatum expreſſè addit: Et vos Patres educate filios veſtros in diſciplina & correptione Domini.

Primùm autem officium parentum in educandis liberis eſt, vt ſicut Ioſeph & Maria puerum Ieſum in Synagogam & Templum duxerunt: Ita ipſi quoque liberos ſuos à teneris annis ad pietatem inſtituant, & in Scholas ac Templa ducant, vt doctrinam fidei & pietatis diſcant. Sic Deut. 6. præcipitur: narrabis ea filijs tuis, Et Deut. 1. Docete filios veſtros. Et Pſalm. 78. Mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis, vt cognoſcat generatio altera, filij qui naſcentur & exurgent narrabunt filijs ſuis, vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Exemplum Tobiæ extat in hiſtoria ipſius. Item, Samuelis in 1. lib. ipſius. Huc etiam accommodentur alia dicta de pueris, vt Matth. 15. Non eſt voluntas Pa-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tris veſtri in cœlis, vt pereat vnus de puſillis iſtis. Item, Pſalm. 8. & Matth. 21. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem tuam. Item, hiſtoria de pueris, qui offeruntur Chriſto, Matt. 19. Marci 10. & Lucæ 18. quos Chriſtus cum ſingulari delectatione accipit, amplectitur & impertit ipſis benedictionem, addens quoque grauiſſimam obiurgationem ad Apoſtolos volentes adductionem puerorum impedire: Sinite pueros ad me venire, & nolite prohibere: Talium eſt enim regnum cœlorum. Hæc obiurgatio vniuerſalis præceptum continet pertinens ad omnes parentes, & ad quoſcunque, ad quos puerorum ſeu iuuentutis cura pertinet: prohibent autem illi quoq; venire pueros ad Chriſtum, qui eos negligunt, vt non diſcant doctrinã Chriſtianæ fidei & pietatis. Neceſſe eſt vt hoc loco grauiter reprehendantur illi parentes, & puerorum Curatores, qui non ſolum non negligunt pueros, Sed etiam illis mala exempla præbent contemptus Dei & verbi ipſius, periuriorum, maledictionum & aliorum flagitiorum. His proponatur comminatio Dei, Matt. 18, Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria de collo eius, & demergatur in profundum maris &c. Item, Comminatio, quæ extat Ezechiel: 16. contra illos, qui liberos ſuos idolis offerunt, id eſt, tradunt ad idolomaniam, aſſuefa-*

*ciunt*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

unt ad Idolatricam doctrinam & cultus, & ſuis
andalis datis etiam ad ſeruitutem peccati &
Diaboli aſſueſaciunt.

Secundum officium parentum & eorum qui-
us puerorum cura committitur eſt, vt pueros in
edientia contineant & regant, ſicut in hoc Eu-
gelio ſingulariter de obedientia Chriſti, qui ta-
en fuit immunis ab omni mala inclinatione, &
b omni peccato, dicitur: Erat ſubditus illis. Præ-
piant itaque parentes & alij Curatores, pueris
a & honeſta officia & mores bonos, & quia in
o alij pueri ſunt diſsimiles Ieſu, quod ſunt procli-
es ad peccata, à quibus Ieſus immunis fuit, ideo
andatur parentibus, & omnibus puerorum Cu-
toribus etiam diſciplinæ correptio ſeu caſtiga-
o: quam Paulus ad Epheſ. 6. præclaro titulo
nat, vocans eam diſciplinam & correptionem
Domini. Quia hæc diſciplina & correptio manda-
& ordinata eſt à Domino, & placet ei. Et con-
enit cum ipſius exemplo, ſicut ſcriptum eſt ad
Hebræ. 12. Quem diligit Dominus caſtigat &c.
Huc pertinet dictum Prou. 19. Qui parcit vir-
æ, odit filium ſuum. Qui autem diligit illū inſtan-
r erudit. Item cap. 7. Syra. Filij tibi ſunt, eru-
i illos, & curua illos à pueritia ipſorum. Filiæ
bi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas
ilarem faciem tuam ad illas. Et 30. cap. Lacta
lium tuum, & pauentem te faciet: Lude cum il-

 lo, &

*lo, & contriſtabit te: ne corrideas illi, ne condo-as te. Citetur concluſionis loco exemplum Heli, qui filios ſuos indulgenter educauit, & poſt cum filijs punitus eſt. 1. Reg. 4.*

*Tertium officium parentum eſt curare, ut liberi diſcant honeſtam artem ſiue literariam, ſiue aliam, unde ſe honeſte alant, ne ob deſperatio-nem & mendicitatem animum ad res inhoneſtas & malas adijciant, ſicut Salomon inquit, Prouer. 30. Ne egeſtate compulſus furer & periurem no-men Dei mei. Huc non incommode poterit cita-exemplum Athenienſium, qui hanc legem hab-bant à Salone latam, quod filius non deberet al-menta patri, à quo nullam artem didiciſſet.*

## DE TERTIO LOCO.

*TANTA eſt humanæ naturæ fragilitas ut etiam diligentiſsimi & vigilantiſsimi ſæp-aliquẽ negligant & omittant neſcientes. Quare neceſſaria eſt diſtinctio inter omiſsionem & negli-gentiam adfectatam & contumacem, cum qui-ſciens & volens negligit ea quæ facere debet, de-qua negligentia dicitur Iere. 48. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & inter negli-gentiam ſeu omiſsionem non adfectatã, cum qui-habẽs proæreſin ſeu voluntatẽ & ſtudium omni-diligenter faciendi, tamen quædam omittit au-*

negli-

eglıgit quæ non fuiſſet omiſſurus aut neglectu-
us contumaciter. Talis negligentia etſi ſæpe ma-
nis doloribus implicat homines, ſicut Maria in
oc Euangelio dicit: Pater tuus & ego dolentes
uærebamus te: Tamen non excutit fidem &
piritum ſanctum, ſed pertinet ad orationem Da-
udis, in Pſalmo 19. Delicta quis intelligit, ab oc-
ultis meis munda me: atq; pijs & fidelibus paren-
bus meditatio huius exempli Mariæ & Ioſephi
onſolationem in ſimilibus caſibus adfert. Admo-
et etiam hic locus illuſtri exemplo, Coniugalem
itam & educationem liberorum non eſſe ſine
uce & doloribus, Si enim tantus dolor accidit
nctæ virgini Mariæ, & Ioſepho in educatione
nctiſsimi pueri Ieſu, multo magis nobis in no-
rorum liberorum educatione id accidit.

## DE QVARTO LOCO.

NOTANDA ſunt verba Chriſti: An neſcie-
batis quod in his quæ ſunt patris mei oportet
me eſſe? Docent hæc verba Chriſti, neceſſariam
ſſe obedientiam in vocatione cum obſeruatione
rdinis, Ut Deo magis obediatur quam homini-
us, & quidem opera vocationis propria omnibus
lijs operibus anteferenda eſſe. Neceſſaria eſt
bedientia parentibus & Præceptoribus, & Ma-
iſtratibus debita, Sicut inquit Paulus ad Roma.
13. Opor-

13. *Oportet obedire non ſolum propter iram, ve-*
*rumetiam propter conſcientiam. Sed hoc oporte*
*ſeu hæc neceſſitas in ordine obedientiæ eſt prim*
*& ſuprema, de qua hic dicit Chriſtus, oportet m*
*eſſe in his quæ ſunt Patris mei: Et Acto.* 5. *O-*
*portet Deo magis obedire quam hominibus. Hun*
*ordinem & ſuperiores, qui alijs imperant, & in-*
*feriores, qui alijs obtemperant, obſeruare & non*
*violare debent: nec ſunt inferiores ideo punien-*
*di, quod ſuperiorem obedientiam præferunt infe-*
*riori, ſicut Chriſtus admonet, inquiens: Quid eſt*
*quod quærebatis me, an neſcitis quod in his quæ*
*ſunt patris mei oportet me eſſe? Et Daniel obiur-*
*gatus à Rege, quod contra ipſius mandatum inuo-*
*caſſet Deum ſuum, inquit: Coram te Rex delictum*
*non feci. Daniel* 6. *Hoc loco repræhendenda eſt*
*perſuaſio vulgaris, quod ſit adiaphoron, vel in-*
*differens facere vel omittere opera vocationis*
*ſiue generalis, quæ ſunt omnium Chriſtianorum*
*ſiue ſpecialis, vt ſunt opera ſingularum vocatio-*
*num propria, de quibus Paulus dicit,* 1. *ad Theſ.*
4. *Propria agite. Et Prouerb.* 12. *Non eſt à dia-*
*phoron facere opera vocationis, ſed eſt neceſſitas,*
*ſicut Chriſtus dicit: Oportet me eſſe in his quæ*
*ſunt Patris mei. Et Apoſtoli dicunt Actorum*
5. *Oportet magis obedire Deo &c. Item, Pau-*
*lus ad Roma.* 13. *cap. Oportet obedire. Et ad*
*Roma.* 8. *Debitores ſumus &c. Atq; hæc dicta*

*anifeſte neceßitatem operum, quæ ſunt ſingu-rum inuocationum propria exprimunt. Ieremiæ 8. Maledictus qui fecerit opus Domini frau-lenter. Et 1. Corinth. 9. Neceßitas mihi in-mbit. Væ autem mihi ſi non Euangelizem.*

DE QVINTO LOCO.

RETETANTVR *ea quæ de ſimili loco Euangelij ante octiduum dicta ſunt, ſcilicet in primo co.*

## DOMINICA II. POST EPIPHANIA IOhannis 2.

ET DIE TERTIA NVptiæ fiebant in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus, ac diſcipuli eius ad nuptias. t vbi defeciſſet vinum, dicit mater Ieſu d eum: Vinum non habent: dicit ei Ieſus: Quid mihi tecum eſt mulier? nonum venit hora mea. Dicit mater eius d miniſtros: Quodcunque dixerit vobis faci-

facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ
ſex poſitæ, ſecundum purificationem
Iudæorum, capientes ſingulæ metretas
binas aut ternas.



Dicit eis Ieſus: Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas vſq; ad ſum-
mum. Et dicit eis: Infundite nunc, &
ferte Architriclino: & tulerunt. Poſt-
quam autem guſtaſſet Architriclinus
aquam in vinum verſam, neque ſciret
vnde eſſet, ſed miniſtri ſciebant, qui

hau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

uſerant aquam, vocat ſponſum, & di-
ei: Omnis homo primo loco bonum
num ponit, & cùm inebriati fuerint,
nc id quod deterius eſt. Tu ſeruaſti
onum vinum uſq; ad hoc tempus.

Hoc edidit initium ſignorum Ieſus
Cana Galilææ, & manifeſtauit glori-
ſuam, & crediderunt in eum diſcipu-
eius.

*EVANGELIVM eſt hiſtoria nuptialis, & de primo miraculo, quod Chriſtus fecit poſt actum Baptiſmum à Iohanne: & continet locos ...*

*Primus eſt de coniugio ſeu nuptijs, & de donis ad coniugium pertinentibus.*

*Secundus locus de miraculis, & de principa- ne miraculorum.*

*Tertius, Refutatio Sophiſtici argumenti de rietate.*

## DE PRIMO LOCO.

*HISTORIA Euangelij pertinet ad commendationem coniugij & nuptiarum: Eſt enim illu- e teſtimonium, coniugalem vitam Deo placere, Chriſtianos cum bona conſcientia in coniugio*

*poſſe*

*poſſe viuere, retinentes conſolationem: vbicunque duo aut tres congregati ſunt in nomine meo ibi ſum in medio eorum. Nam hæc promiſſio etiam de ſocietate in Oeconomijs, hoc eſt, coniugum & familiæ intelligi debet. Hanc doctrinam ſæpe in Eccleſia repeti neceſſe eſt, non tantum contra Diabolicam prohibitionem Papæ. Sic enim eam appellat Apoſtolus 1. ad Timoth. 4. ſed præcipuè ideo, vt vnuſquiſq; de coniugali vita rectè inſtituatur, & in ſua conſcientia certus ſit, ſe in coniugio vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, 1. ad Theſſa. 4. hoc eſt, cum bona conſcientia in coniugio viuere, propterea quod coniugium non eſt impura vitæ conditio, vt Antichriſtus docet; ſed ſicut ſenex Paphnutius in Nicena Synodo dixit. Eſt vita & conſuetudo caſta. Eſt enim caſtitas viuere cum bona conſcientia iuxta Dei ordinationem, & vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, ſiue extra coniugium, ſiue in coniugio. Virgo aut homo cælebs vel viduus, extra coniugium caſtè viuit, qui in tali vita ſeruat bonam conſcientiam, ſic etiam coniuges caſtè viuunt in coniugio cum in ea ordinatione ſeu vita ſeruant bonam conſcientiam. Itaque eleganter dixit Epiphanius in refutatione Montani: Sancta Eccleſia & virginitati ſuam gloriam tribuit, & viduitatem laudat, & coniugium honore afficit. Scortationem vero & adulterium & impudicitiam damnat.*

Primo

*Primò itaque dicatur de coniugij definitio-*
*ne.*

## *Quid eſt coniugium?*

*Eſt diuina, legitima & indiſſolubilis coniun-*
*io & connexio vnius viri & vnius mulieris,*
*ſtituta à Deo, vt ſit in genere humano ordina-*
*& caſta ſocietas & copulatio ſexuum creato-*
*um, ad mutuum auxilium, & vt ſit ordinatus &*
*ſtus vſus potentiæ generatiuæ, ad procreatio-*
*m humani generis, ex quo colligitur Eccleſia,*
*vt vitentur inordinatæ libidines, & immun-*
*turpitudines, ac libidinum & turpitudinum*
*enæ.*

*Secundo, Dicatur quis ſit autor huius ordi-*
*tionis ſeu coniugij: Autor coniugij eſt Deus, ſi-*
*t Moiſes in hiſtoria creationis dicit: Gene. 1.*
*aſculum & fœminam creauit eos, benedixitq́;*
*is Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, &*
*plete terram, Et cap. 2. expreſſè dicit: Creatio-*
*m vxoris ad coniugium cum deliberatione toti-*
*Trinitatis factam eſſe, quia non eſſet bonum*
*minem eſſe ſolum. Et addit notabilem deſcri-*
*onem copulationis primorum parentum, ſeu*
*imorum coniugum, Dixit Deus non eſſe bo-*
*m hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutori-*
*m, quod coram eo ſit, Immiſitq́; Dominus Deus*
*orem in Adam, cumq́; obdormiuiſſet, tulit v-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*nam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam: dixitq́ Adam: Hoc eſt os ex oſsibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Hæc tota deſcriptio proponenda eſt, & breuiter explicanda, quia ad dignitatem coniugij pertinet. Dicit Moiſes, maſculum & fœminam creauit eos, benedixitq́ illis Deus, & ait, creſcite &c. Item, Dixit Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium. Ergo ſexus à Deo ſunt creati ad coniugium, & coniugiũ eſt ordinatio bona à Deo facta, & benedicta ad procreationem humani generis, Ideoq́ non tantum apud Chriſtianos coniugium ſemper fuit, & eſt in honore, ſicut Paulus inquit ad Hebræos 13. Honorabile coniugium apud omnes & thorus immaculatus, Scortatores autem & adulteros puniet Dominus: Sed etiam apud omnes Gentes viuentes iuxta rationem fuit, & eſt in honore, quemadmodum hiſtoriæ docent, quod omnes ſanæ, & non barbaricæ gentes, honorificè obſeruauerunt coniugium, & puniuerunt violatores, propterea quod in ipſa creatiõe hæc noticia indita eſt hominibus ſexus non ad beluinam commixtionem, ſed ad coniugium duarum perſo-*

narum

arum creatos eſſe. Cuius noticiæ inſigne teſtimonium eſt naturalis pudor, omnium qui hunc ordinem violant. Nam pudor ille teſtimonium eſt, quod contra conſcientiam & contra ordinem à Deo inſtitutum, & contra noticias à Deo inſitas agant. Hic exaggeretur dictum 1. Timoth. 4. contra Papam, quod exaggerari ſatis non poteſt, nimirum Spiritus certè dicit, quod in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus impoſtoribus, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium & cauteriatam habentium conſcientiam, prohibentium nubere. Dicit præterea Moiſes: Deum de coſta Adæ ædificaſſe mulierem, & quanquam erat mulier ex Adæ coſta facta, nec erant in tota terra alij homines, quam hi duo ſoli, tamen etiam in innocentiæ ſtatu nõ voluit Deus eos committere, ſicut alia animãtia ſed voluit eſſe diſcrimen, inter coniugium hominum et commixtiones animaliũ. Itaq; cum hi duo homines nec parentes nec amicos haberent, ipſe Deus Euam adduxit ad Adamum, & Spiritu ſuo impleuit Adamum, vt Euam ex ipſa origine agnoſceret, quod eſſet caro de carne ipſius, & os de oſſibus ipſius, atq; eam ad ſe acciperet in indiſſolubilem, & perpetuam ſocietatem pronunciata per Spiritum ſanctum perpetua lege coniugij. Quapropter relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Hanc legem vocat Chriſtus,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Matth. 19. Non hominis ſed Dei verba. Et de omnibus in coniugio copulatis addit. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod autem Deus coniunxit, homo non ſeparet, id eſt, coniugium eſt diuina & indiſſolubilis coniunctio. Admonet autem hæc obſeruatio, quod coniugium humanum non debet eſſe beluinus concurſus, ſed velle Deum, vt coniugia honorifice contrahantur. Sic enim noluit in Paradiſo vnum virum, & vnam mulierem cohabitare, niſi antecedente ceremonia adductionis ſponſæ ad Sponſum, quæ fuit ipſa copulatio coniugalis in conſpectu Dei. Ergo multo minus nunc in tanta hominum multitudine vult Deus, vt coniugia ſint clandeſtini concurſus, raptus, deſponſationes & cohabitationes, ſed vult vt hæc diuina ordinatio honorificè peragatur: fiat adductio per parentes, aut eos, qui ſunt loco parentum: accedat conſenſus: & fiat copulatio coniugalis, in conſpectu Dei & Eccleſiæ iuxta perpetuam legem coniugij: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Nec dubitetur talia coniugia eſſe non humanas, ſed diuinas coniunctiones. Sicut dicit Chriſtus, Quod Deus coniunxit. Matth. 19. In Gene. cap. 6. repræhenduntur expreſſè illi qui hunc ordinem in contrahendis matrimonijs violant & contempto Deo, pietate & parentibus concurrunt, Sic enim ibi*

*dici-*

*icitur: cum cepiſſent homines multiplicari ſuper errram, & filias procreaſſent, videntes filij Dei, filij nati in Eccleſia) filias hominum, quod eſſent ulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas legerant. Hæc contumacia inter cauſas diluuij ecenſetur, quod liberi Sanctorum ſine volunta- parentum tantum ardore cæcæ libidinis vxores cceperunt, de filiabus Impiorum. Quare hoc lo- o moneantur liberi vtriuſq; ſexus, vt in contra- endis matrimonijs reuereantur Deum, Hono- ent patrem & matrem, eoſq; qui ſunt loco paren- um, & viciſſim, vt parentes non ſint neglectores berorum, nec ſint tyrannici coactores, ſed ſpon- neum conſenſum etiam liberorum requirant. ectè enim intelligi debent verba vſitata. Con- nſus facit matrimonium. Conſenſus ille non de- et eſſe cæcus furor libidinis contra Dei ordinati- nem, & parentum autoritatem: nec debet eſſe onſenſus coactus, vel dolo, vel violentia ex- ortus, ſicut rectè dicitur, à conſenſu coniugali ab- ſſe debet error & violentia, ſed debet eſſe con- nſus legitimus, conueniens cum ordinatione Dei, & legibus pijs & honeſtis, ſiue Eccleſiaſti- is, ſiue ciuilibus.*

*Tertio dicatur de cauſa finali, In Geneſi icit Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, iciamus ei adiutorium: Ergo etiam in ſtatu inno- entiæ ordinatio coniugij ad hunc finem facta eſt,*

 *vt*

Vt in illa ſocietate vxor ſit viri adiutorium. Sed nunc dicimus de coniugio ſecundum eam conditionem, qualis nunc eſt.

Prima itaque cauſa finalis eſt, vt ſit ordinata ſocietas, & cohabitatio ſexuum, ad procreationem & educationem ſobolis, quæ eſt ſeminarium Eccleſiæ, politiarum & œconomiarum.

Secunda cauſa finalis eſt, vt inter coniuges ſit fidelis communicatio mutuorum officiorum, & ſit fidelis adminiſtratio Oeconomiæ, De his duabus cauſis rectè intelligitur verbum: ædificauit Dominus coſtam in mulierem, id eſt, facta muliere ordinauit ſimul, vt eſſet ædificatio œconomica per ordinatam procreationem & fidelem adminiſtrationem, in qua ædificatione vxor ſimul cum viro debet facere opera ædificationis œconomicæ. In explicatione huius ſecundæ cauſæ, reprehendi debēt, ſiue mariti, ſiue vxores infideles in œconomica ædificatione. Nam in coniugio debet eſſe mutuum auxilium coniugum, maritus laboret, & agat curam rei familiaris, & vxor ſit auxiliatrix, non deſtruat quæ maritus ædificat: Sicut Pro. 14. dicitur. Sapiens mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoque manibus deſtruit.

Tertia cauſa finalis eſt, vt coniugium ſit ordinatum remedium contra immundas turpitudines, & vt vitentur pœnæ, quibus Deus libidines

nes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tes punit. Sciant itaq; omnes, qui non habent do-
um cœlibatus, quod Deus hoc remedium ordi-
auit, ſicut 1. ad Corinth. 7. dicit. Propter for-
icationem vitandam vnuſquiſq; vxorem ſuam
abeat, & vnaquæq; ſuum maritum. Item, Con-
eniatis, ne tentet vos Satan, propter incontinen-
am veſtram. Item, Qui ſe non continẽt, nubant,
elius eſt enim nubere quam vri, Ad has tres
uſas finales poteſt etiam addi quarta, quia ſig-
ificationes ſolent etiam ad cauſas finales referri.

Sit itaq; quarta cauſa finalis myſterium, hoc
ſt, quia Deus vult vt coniunctio & vinculũ, &
cietas, & amor coniugalis admoneat nos de con-
unctione, vinculo, ſocietate et amore, qui eſt inter
hriſtũ ſponſum & ſponſam ipſius Eccleſiã. Sicut
d Ephe. 5. dicit Apoſtolus. Qui ſuam vxorem di-
igit, ſemetipſum diligit, nemo enim vnquam
rnem ſuam odio habuit, ſed nutrit ac fouet eam,
ut & Dominus Eccleſiam ſuam, quia membra
mus corporis eius de carne eius, & de oſſibus
us, Propter hoc relinquet homo patrem & ma-
em, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in
rne vna, Sacramentum ſeu myſterium magnum
ſt, Ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. De
oc myſterio dicit Chriſtus, Oſeæ 2. Sponſabo te
ibi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi in iuſti-
a, & in iudicio, & in miſericordia & miſeratio-

 nibus,

*nibus, & ſponſabo te mihi in fide, & in æternum. Et Matth. 22. Simile eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Quæ itaq; de hoc myſterio amplius dicenda ſunt, quærantur in explicatione Euangelij Dominicæ 20. Trinitatis.*

*Singulæ autem cauſæ finales, monſtrant inſignia argumenta ad commendationem coniugij idonea. In Scholis de cauſis finali bus coniugij ſolet dici, Tria eſſe bona coniugij. Officium, Remedium & Myſterium. Ad officium pertinent duæ primæ cauſæ.*

*Quarto dicitur de exemplo Euangelij huius, quod admonet, quomodo coniugium inchoandum ſit: videlicet in inuocatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſicut hi Sponſus & Sponſa Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ inuitauerunt ad nuptias. Et ſicut angelus Raphael admonet Tobiam Cap. 6. vt oratione coniugalem vitam inchoet cum ſua ſponſa Sara, & addit ſuper illos Dæmonium poteſtatem habere, qui ita coniugium incipiunt, vt Deum à ſua mente excludant, & libidini vacent, ſicut Equus & mulus. Citantur etiam exempla orationum Tobiæ & Saræ, Cap. 8. Nec incommodè poterit etiam citari exemplum ſerui Abrahæ. Qui antequam incipiat actionem de Iſaaci ſponſalibus inſigni oratione Deum inuocat, Geneſis 24. Hæc exempla non tantum Sponſi & Sponſæ, ſed etiam ipſorum parentes, Tutores & amici imitari de-*

*...nt. Multum .n. valet deprecatio iuſti : Eam ob
...uſam quoq; inuitentur homines pij et Chriſtiani
...l nuptias, cum quibus ipſe Chriſtus præſens eſt,
... ſimul cum ipſo ſancti Angeli. Sicut ad has
...uptias vnà cum matre & Diſcipulis ſuis acceſ-
..., Et Tobiæ nuptijs viſibiliter interfuit Ange-
...s Raphael, ſuis ſanctis conſilijs omnes actiones
...uptiales gubernans. Sintq; nuptiæ non contu-
...rnia helluationum, & ingurgitationum, & ob-
...œnorum colloquiorum ac geſtuū, ſed ſint ſancta
...nuiuia, in quibus conuiuæ in nomine Chriſti
...ngregati ad teſtimonium diuinæ ordinationis,
...niungant ſuas preces, & ſint læti, non ad ebrie-
...tem & luxuriam, ſed ad laudem & glorifica-
...onem Dei, conſeruantis hanc ſanctam ordina-
...onem ſuam. Sicut de conuiuis in Tobiæ nuptijs
...riptum eſt. Epulati ſunt benedicentes Deum.
...ic locus amplificetur citatione dulciſſimæ pro-
...iſſionis, cuius ſemper in omnibus congreſſibus
... ſocietatibus hominum Chriſtianorū debet fieri
...entio. Matthæi 18. Si duo conſenſerint ex vobis
...uper terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet
...llis à patre meo, qui in cœlis eſt, Vbicunq; enim
...uo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi
...um in medio eorum. Addatur etiam Antitheſis
...uod ex illis nuptijs, in quibus homines tantum
...rophani conueniunt ad crapulam, ebrietatem,
...obſcœnos & laſciuos ſermones & geſtus, Chri-*

ſtus diſcedat cum Angelis ſuis, & dominentur ibi Diaboli, ſicut angelus Raphael dicit ad Tobiam. Porro inuitatio Chriſti ad nuptias per inuocationem non deſinat cum conuiuio nuptiali, ſed ſit quotidiana, aſsidua & perpetua per totum coniugium.

V Quinto dicatur de mutuo amore Coniugum. complectitur autem amor omnia officia dilectionis & fidei coniugalis, ſicut de charitate docet Paulus, 1. ad Corinth. 13. Non eſt, neque eſſe debet inter homines arctior coniunctio, & maior dilectio quam coniugum, quia hæc dilectio vincere debet etiam eam charitatem, quæ eſt inter parentes & liberos. Et ratio eſt ea, Coniuges ſunt duæ quidem perſonæ, ſed vna caro. Ea eſt arctiſsima deuinctio, ad mutuam dilectionem, ſicut dicitur, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Item, 1. Corinth. 7. Qui vxorem ſuam diligit, ſemetipſum diligit, Nemo carnem ſuam vnquam odio habuit, & exemplum eius dilectionis debemus conſiderare in Chriſto, & Eccleſia, quo nullum illuſtrius exemplum proponi poteſt. Chriſtus ſemetipſum in Eccleſia ex dilectione tradidit in mortem, & viciſſim Eccleſia, hoc eſt, vera membra Eccleſiæ ita ei adhærent, vt malint omnis generis cruces, imò ipſam mortem perpeti quam Chriſtũ Sponſum de-

ſere-

ere. Hoc exemplum & conſiderandum & pro-
nendum eſt. Itaq; ad huius loci de dilectione
iugali, & mutuis dilectionis officijs, decla-
ionem citentur dicta ad Ephe. 5. Mulieres vi-
ſubditæ ſint, ſicut Domino, quoniam vir caput
mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Vi-
diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit
cleſiam & ſemetipſum tradidit pro ea, ita &
ri debent diligere vxores ſuas, qui ſuam vxo-
n diligit, ſemetipſum diligit, Nemo enim car-
m ſuam vnquam odio habuit, ſed nutrit & fo-
t eam, ſicut & Dominus Eccleſiam, quia mem-
i ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſi-
s eius. 1. Pet. 3. Mulieres ſubditæ ſint viris &c.
ri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam,
aſi cum infirmiori vaſculo muliebri, impartien-
honorem tanquam cohæredibus gratiæ vitæ,
t non impediantur orationes veſtræ.

Sexto dicatur de cruce Coniugum in coniu- VI.
o, & de conſolationibus. Poſt lapſum Gene. 3:
poſuit Deus primis coniugibus crucem, eam
nes in eo genere vitæ ſentimus, nec cogitan-
m eſt crucem coniugum ſemper eſſe vniuſmo-
nam ſunt multa genera crucis, quibus Deus
rumq; ſexum & ſimul & ſigillatim in coniugio
ercet, ſicut inquit ad mulierem: Multiplicabo
umnas tuas, & ad virum: In dolore come-
s diebus vitæ tuæ &c. Hæc dicta non de vna
cru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*cruce aut vna ſpecie crucis. ſed de multis loquuntur, ſicut Pſalm. 34. dicit. Multæ ſuut tribulationes iuſtorum. Et Matth. 6. inquit Chriſtus: Sufficit diei malicia ſua. Recitetur autem integer locus, ex cap. 3. Geneſis de cruce vtriuſq; ſexus, & addantur exempla ſacræ hiſtoriæ, vt Iobis, Tobiæ & ſimilia, ad quæ exempla etiam huius Euangelij exemplum pertinet. Incipit enim in ipſis nuptijs, crux paupertatis, vt non habeant vinum, quod conuiuis ſuis adponant: Hic defectus vini ſignificat rerum neceſſariarum in coniugio defectum & penuriam, cùm qua ſæpe miſerè conflictantur pij coniuges in Oeconomia & educatione liberorum. Quare etiam doctrina & conſolatio huius exempli in genere ad exempla penuriæ in coniugio accommodari debet. Sponſus & Sponſa proculdubio gemunt ſub illa cruce. Sancta virgo Maria etiam afficitur, & Filio Ieſu Chriſto penuriam indicat: in qua indicatione ipſa quoq; gemuit: & habẽt tales magnã vim & indicãt motus Spiritus S. in corde, ſicut de gemitibus Sanctorũ ſcribit Apoſtolus, Rom. 8. Sicut cum puer parentibus ſuis penuriam & inopiam ſeu defectum cum gemitu indicat, Illa ipſa indicatio & gemitus eſt petitio. Oſtendit autem hoc exemplum, quod in hac vita debet eſſe inter pios mutua affectio & ſenſus calamitatum & mutua coniunctio gemituum & precationum. Et quamuis Chriſtus*

ò vt probet fidem duriter etiam ad propriam
atrem reſpondet, opemq́ ad tempus differt: ta-
n tandem ipſo miraculo declarat ſe audire ge-
tus & preces ſuorum, & eſſe opitulatorem in
npore oportuno: modo nos tantum in ipſa di-
ione auxilij teneamus admonitionem Sanctæ
rginis, vt faciamus omnia quæcunq́ dixerit
bis, hoc eſt, per obedientiam fidei ipſum obſer-
mus, & non declinemus à verbo ipſius, Sicut
net Pſalm. Spera in Domino, & fac bonita-
n, & inhabita terram, & victum quære hone-
: delectare in Domino, & dabit tibi petitiones
dis tui. Reuela Domino viam tuam & ſpera
eo, & ipſe faciet, Subditus eſto Deo, & ora
m, expecta Dominum, & cuſtodi viam eius.
ſeruentur autem verba reſponſionis Chriſti:
ndum venit hora mea. Non iudicemus ſemper
eſſe horam noſtram, vt iuuemur, ſed cum dif-
tur auxilium cogitemus de hoc dicto, quòd ho-
Dei, ſeu hora Chriſti nondum adſit ad nos iu-
ndum. Eſt autem hora Dei & Chriſti tempus
ortunum: iuxta dictum Pſalm. 9. Factus es
fugium pauperi, adiutor in oportunitatibus in
bulatione. Et Pſalm. 145. Oculi omnium in
ſperant Domine, & tu das eſcam illis in tempo-
oportuno (wens nötig iſt) Intelligatur au-
n oportunitas:

Primo

1 Primo de noſtro bono & vtilitate Deo nota. Sicut Medicus in curatione ægroti non accommodat ſe ad ægroti voluntatem, ſed ad oportunitatem, Interim dilatio curæ bona eſt ægroto. Sic dilatio auxilij etiam nobis eſt bona, quia in illa dilatione exercetur, probatur & creſcit fides, ſpes & inuocatio, ſicut ad Roma. 8. dicit. & 1. Corinth. 12. Virtus mea in infirmitate perficitur. Huc pertinet dictum Auguſtini: Deus ſæpè non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad vtilitatem. Item, Si non dat ad horam, exercet quærentem, non contemnit petentem.

2 Secundo intelligatur de oportunitate ad Dei glorificationem. Nam ſæpe differtur auxilium, vt eò ſit glorioſior opitulatio. Sicut hoc miraculum eò fit illuſtrius, & glorioſius, Quia tam diu differtur, vt inopia vini conuiuis nota eſſet, Ita Chryſoſtomus inquit: Non venerat hora Chriſti, quia nondum ſciebant conuiuæ vinum deeſſe. Sic Exod. 9. Numerorum 14. dicitur. Vt ſciant gentes, quod ſis in populo iſto. Ad hunc locum accommodentur pro ratione temporis & perſonarum aliquot argumenta ex loco communi de conſolationibus Euangelicis. Præcipuè autem demonſtretur hæc conſolatio, quod Spiritus ſanctus expreſſè admonet, cruces coniugij credentibus, non eſſe res noxias, ſed conuerti ipſis in res bonas. In Geneſi cap. 3. Crux illa imponitur ſexui muliebri,

vt in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

in dolore pariat liberos, ſed de hac cruce Pau-
s ſic loquitur, ſaluabitur mulier per generatio-
m filiorum, ſi permanſerit in fide & dilectione
ſanctificatione cum modeſtia, id eſt, mulieri
e & credenti, crux illa non eſt res damnoſa, ſed
na & ſalutaris. Sic etiam Gene. 3. Laborum
ux viro imponitur, ſed Dauid Pſalm. 128. de
c cruce ita loquitur: Labores manuum tuarum
nducabis, Beatus es, & bene tibi erit. Sic de
milibus & iudicandum, & dicendum eſt.

Septimo dicatur de comminationibus Dei VII.
tra eos, qui ordinem coniugij violant, & con-
ſextum præceptum peccant, ſiue extra coniu-
um, ſiue in coniugio iuxta dictum, ad Hebræos
. Honorabile coniugium apud omnes, &
orus immaculatus, ſcortatores autem & adul-
os puniet Dominus. Huc pertinent dicta &
empla, quæ in explicatione ſexti præcepti alle-
tur in Catechiſmo.

Cōcludatur hic locus de cōiugio repetitione
nmendationis. Coniugium eſt prima Dei ordi-
io in genere humano, ornatum eſt à Chriſto
ſentia in nuptijs, & primo miraculo, & alle-
tur à Spiritu ſancto pro myſterio, in quo tan-
am in viua imagine debemus contemplari, &
ſiderare ſocietatem & coniunctionem, quæ
eſt

eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. Hæc argumenta in commendatione coniugij illuſtrari poſſunt & accommodari ad reprehenſionem Papiſtarum, qui per Spiritum Diaboli prohibent coniugium miniſtris Eccleſiæ, vt ſic Diabolus miſeram Eccleſiam multis ſcandalis impleat & ſeducat.

## DE SECVNDO LOCO.

DICIT Euangeliſta: hoc fecit initiũ ſignorum Ieſus, in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius. Conuerſio aquæ in vinum vocatur ſignum ſeu miraculum. Quia eſt admiranda excedens humanas vires & intellectum ad communem curſum naturæ. Etſi autem mundus plenus eſt miraculis: quia miraculoſè eſt creatus, & miraculoſè conſeruatur: Imo etſi noſtra ipſorum corpora in ſingulis membris plena ſunt miraculis: vt omnes noſtri ſenſus, naturales virtutes, & tota vita nihil ſunt niſi mera miracula. Quid eſt viſus oculi, auditus auriũ, loquela linguæ? Itẽ ipſa memoria, cogitatio? Item, Digeſtio ſtomachi, ambulatio pedum, Quid hæc ſunt niſi mera & ineffabilia miracula? Tamen quia vt Auguſtinus inquit: vſitata & quotidiana illa miracula aſsiduitate vileſcunt, & homines quaſi in aliud intenti conſiderationem operum Dei, in illis quæ quotidie fiunt, omittunt. Ideo

Deum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

eus aliquando inuſitata quædam miracula fa-
at, vt dormientes homines ad conſiderationem
erum ſuorum excitet. Maius miraculum eſt
bernatio totius mundi, quam ſaturatio aliquot
illium hominum de paucis panibus & piſcibus.
t qui in Iudæa tot millia pauit de paucis pani-
us, & in Cana ex aqua facit vinum in hydrijs,
e quotannis in terra augmentat paucas fruges,
quibus totum mundum alit, & quotannis in
ite aquam in vinum conuertit. Sed hæc inu-
ata miracula magis curantur, non quia ſunt
aiora, ſed quia ſunt rariora. Admonet autem
t opera Dei in quotidianis miraculis conſide-
mus.

In hoc loco obſeruandæ ſunt duæ principa-
s cauſæ finales miraculorum, videlicet: mani-
ſtatio gloriæ Dei, & Filij eius Ieſu Chriſti, ac
les noſtra ſeu confirmatio fidei noſtræ. Si enim
cit in Euangelio, Ieſus manifeſtauit gloriam
am, & crediderunt in eum Diſcipuli eius.
Iohan. 20. ſimiliter concluditur: Multa alia
na fecit Ieſus in conſpectu Diſcipulorum ſuo-
m, quæ non ſcripta ſunt in hoc libro. Hæc autẽ
ipta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus
lius Dei, & vt credentes vitam habeatis in
mine eius. Complectitur autem Fides etiam
nſolationem fidei in aduerſis, ſicut pij coniuges
c miraculum conuerſæ aquæ in vinum in fide



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*accommodare debent ad conſolationem in omni cruce coni.*

*DE TERTIO ET VLtimo loco.*

*VLTIMVS locus ſit refutatio Sophiſtici argumenti de ebrietate: Chriſtus ebrijs dedit bonum vinum, vt amplius biberent: Ergo delectatur ebrietate.*

*Reſpondeo.*

*Architriclini verba non ſunt intelligenda de facto, ſed de more. Non enim dicit hos conuiuas eſſe ebrios. Si fuiſſent ebrij, Chriſtus non ſolum nõ dediſſet eis vinũ, vt amplius biberent & inebriarentur, ſed etiam ebrietatem illorum increpaſſet, quia ebrioſos Apoſtolus inter peccatores illos recenſet, qui regnum Dei non poßidebunt. Eſtq́ perpetua Chriſti admonitio. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate.*

*In hoc itaque loco dicatur, Primo de vſu cibi ac potus ad neceßitatem & læticiam, quæ eſt coniuncta cum agnitione bonitatis Dei, & vera gratiarum actione, iuxta hæc dicta: Actorum 14. Implens cibo & læticia corda veſtra. Pſal. 104. Educis de terra panem, & vinum lætifica*

*cor hominis. Syra. 40. Vinum & Muſica lætificant cor hominis: In Eccle. cap. 9. Vade & comede in læticia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia placent Deo opera tua.*

*Secundo dicatur in hoc loco: Crapulam & ebrietatem eſſe prohibitum & damnatum abuſum donorum Dei, ſicut inquit Chriſtus Lucæ 21. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate, Et Paulus ad Ephe. 5, Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Ebrietas eſt voluntaria amentia & inſania, expellit Spiritum ſanctum cum ſuis donis, delet rationem & ſapientiam humanam, imò ipſam mentem, qua homo à brutis differt, debilitat omnes vires corporis & animæ, extinguit omnes virtutes naturales, morales & ſpirituales, contaminat cōſcientiam, incitat ad omnis generis flagitia, perdit famam, perdit ſubſtantiam, perdit pudorem, retegit arcana, perdit corpus & animam. Quare omnibus modis deteſtanda & cauenda eſt,* 2.

*Sicut non tantum Spiritus ſanctus in*
*ſacra ſcriptura, ſed etiam omnes*
*homines ſapientes ad-*
*monent.*

## *DOMINICA III. POST EPIPHANIA EVANGELIum Matth. 8. De leproſo & Centurione fideli.*



CVM AVTEM DEſcendiſſet de mõte, ſecutę ſunt eum turbæ multæ, Et ecce Leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum Ieſus, tetigit eum dicens:

ens: Volo, Mundus eſto, Et confeſtim ſt mundata lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide nemini dixeris, ſed vade, oſtende ipſum Sacerdoti, & offer munus uod præcepit Moiſes, in teſtimonium illis.

Cum autem introiſſet Ieſus Caper=aum, acceſsit ad eum Centurio, rogans um & dicens : Domine, puer meus cet in domo paralyticus, & grauiter orquetur. Et ait illi Ieſus, Ego veni=m & curabo eum. Et reſpondens Cen=urio, ait: Domine, non ſum dignus, t intres ſub tectum meum, ſed tantum ic verbum, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum, ſub poteſtate onſtitutus, habens ſub me milites: & ico huic, vade, & vadit: & alteri, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & fa=cit. Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus dixit, Amen dico vobis, on inueni tantam fidem in Iſrael. Dico utem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent um Abraham & Iſaac & Iacob in reg=



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

no cœlorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, Ibi erit ploratus & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni. Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer eius in illa hora.

*IN hoc Euangelio recitantur duæ hiſtoriæ, in quibus deſcribuntur duo exempla fidei & inuocationis, & duo miracula Chriſti. Scopus autem vtriuſq; hiſtoriæ eò pertinet, vt hæc exempla nos admoneant: Primò, de inuocatione Dei in omnibus noſtris & proximorum neceſſitatibus ac calamitatibus, iuxta præceptum Domini, in Pſalmo 50. Inuoca me in die tribulationis tuæ. Secundò docent, quòd in inuocatione neceſſaria ſit fides, ſicut Chriſtus inquit. Quicquid petieritis credentes: Et tertiò conſolantur, quod inuocatio in fide facta, magnam virtutem habeat, & à Deo auxilium, imò miracula impetret propter promiſſiones, quibus nititur fides inuocantis, & in quibus eſt potentia Dei. Quartus locus eſt de miniſterij à Deo ordinati conſeruatione, quatenus ſeruantur officia à Deo ordinata. Quintus locus eſt de reiectione Iudæorum propter infidelitatem & vocatione Gentium.*

DE TRIMO.

IN vtraq; hiſtoria proponuntur exempla gra-
uiſſimorum morborum, qui humana medicatio-
ne difficulter, imò quam rariſſimè curantur. Et
ad grauitatem morbi in primo exemplo etiam il-
lud accedit, quòd lepra propter contagium eſt ab-
ominabilis omnibus hominibus. Et quòd ideò in
lege Moſaica expreſſo mandato prohibita eſt le-
proſis conuerſatio inter alios homines. Monet
itaq; hæc conſideratio, quòd nulla grauitas aut
difficultas morbi, calamitatis aut cuiuſcunq;
crucis nos abſterrere debeat ab inuocatione Dei,
& petitione auxilij & liberationis diuinæ. Imo
etiamſi ſcias ipſam legem Dei de te pronunciare,
quòd in tua calamitate debeas eſſe βδέλυγμα &
abominatio omnibus hominibus, & quod ſis indi-
gnus, qui cum hominibus conuerſari, aut hominẽ
alloqui debeas: Tamen monet te hæc conſideratio,
quòd non debeas intermittere inuocationem, Sed
debeas cum fiducia accedere ad thronum gratiæ
Dei, & petere ab ipſo opem & liberationem, iux-
ta præceptum & promiſſionem, Pſalm. 50. In-
uoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te,
& glorificabis me. Multi cogitant: Quid opus eſt
inuocare, cùm ſit meus morbus immedicabilis,
cùm ſit difficultas inexplicabilis, cùm ſit calami-
tas immutabilis, imò cùm perditio, interitus &



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

mors ob oculos verſentur: Sed eò magis inuocare
debes, quia ſcis tuam aut proximi tui calamita-
tem tantam eſſe, vt nemo niſi ſolus Deus te iu-
uare poßit, ſicut fecit Leproſus & Centurio. Ille
nouit Lepram ſuam, hic nouit paralyſin miniſtri
ſui, eſſe humana medicatione incurabilẽ, ideò ad
Chriſtum accedunt, & ab eo petunt auxilium,
quem ſciunt eſſe omnipotentem: Et quemadmo-
dum Paulus dicit: maiora poſſe præſtare, quàm
nos poſſumus intelligere. Citentur itaq; alia ex-
empla, quæ extant plurima in hiſtoria Biblica
veteris & noui Teſtamenti, non ſolum Lepro-
ſorum, ſed etiam mortuorum & aliorum alijs
morbis inſanabilibus laborantium, qui di-
uina virtute, & per inuocationem fidelium ſa-
nati ſunt.

Alius cogitat, non auſim inuocare, quia
ſcio quod lex Dei dicit, me eſſe indignum, qui
conuerſer aut viuam inter homines, aut homi-
nem alloquar: quo ore igitur accedam ad Deum
conditorem omnium abſconditorum, & ad eum
meam precationem dicam? Hæc eſt grauiſsima
tentatio, quam procul dubio ſenſit Dauid, quando
propter adulterium & homicidium in illas maxi-
mas calamitates incidit, quas ſciuit eſſe pœnas
ſuorum peccatorum: & ſentiunt eam quoq; alij,
qui ſuos lapſus & lepram ſuam in conſcientia
rectè agnoſcunt. Sed ſicut hic Leproſus non idcir-

omittit acceſſum, & inuocationem ad Filium
Ieſum Chr ſtum, quia ſcit ſe ab ipſa lege
pronunciari indignum, qui cum hominibus
uerſetur, imò ideo ardentius petit, vt ab hac
ominabili, & vt ſic dicam maledicta infirmi-
e liberetur: Sic Dauid non ideo omittit ſuam
uocationem, quia ſcit ſe propter ſua peccata eſſe
dignum conſpectu Dei & hominum, ſed ideo
dentius clamat. Expia me hyſſopo, vt munder,
ua me vt ſim niue candidior. Libera me à re-
i ſanguinis ô Deus, qui es Deus ſalutis meæ.
alm. 51. Similiter & nos facere debemus, hoc
, quantò maior nos implicat difficultas in æ-
mnis & calamitatibus, & quantò nos magis in
nſcientia terret etiam ipſa lex Dei, tantò arden-
s inuocationi incumbere debemus.

Sed quomodo vincuntur hæ tentationes ſeu
gitationes cum de difficultate ærumnarum, tum
Legis maledictione, & noſtra indignitate?
incuntur per fidem & fiduciam in Filium Dei
promiſsionem. Itaq; ſecundo loco de fide di-
ndum eſt.

## DE SECVNDO.

N vtroq; exemplo conſideranda eſt fides vin-
cens vtramq; cogitationem & de difficultate,
de indignitate. Et quidẽ Centurionis fidem ſin-
ulari elogio prædicat Chriſtus, inquiens: Se

*non inueniſſe tantam fidem in Iſraël. Ita nece eſt fidem in omni inuocatione elucere, ſine qu precationes ſunt tantum inania verba, Ideo Ma ci 9. expreſſis verbis requirit Chriſtus in inu cante fidem, Si potes credere, omnia poſſibi ſunt credenti. Et Marci 11. inquit: Omnia qu cunq; petieritis, credite quod accipietis, & euen ent vobis. Item, Paulus ad Hebræ. 4. Accea mus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt con quamur miſericordiam, & inueniamus gratia ad oportunum auxilium. Iacob 1. Poſtulet fide nihil hæſitans. 1. Paralip. 6. ſcriptum e Exaudiuit eos eò quòd credidiſſent in eum. A Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet cred re, quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunera tor ſit.*

*Cùm his dictis conueniunt hæc exempla. Credunt Leproſus & Centurio, Ieſum eſſe Me ſiam & Filium Dei, & credunt quod ſit miſeri cors & omnipotens opitulator. Fidem diuin omnipotentiæ declarat Leproſus his verbis: Si v potes me mundare. Et Centurio his verbis: Tan tum dic verbum, & ſanabitur puer meus. Item argumento à minori ad maius per ſimilitudinem: Ego ſum homo ſicut mei ſerui, & ſum ſuperio poteſtati ſubditus, ſicut illi mihi: Et verbo me rego ſeruos meos mihi robore corporis æquales. Et illi verbis meis obediunt. Multò magis tu*

*ver*

*rbo, qui es verus Deus, & ſuprema poteſtas maieſtas, obediunt omnes creaturæ, & om- opera creaturarum. Ergo ſicut, cum ego dico ſeruum, vt veniat, & venit, & viciſſim vt at, & abit: Ita cùm tu dicis ad morbum, ſeu ad am mortem, vt veniat ſuper hominem, tunc nit: Et quando tu dicis, vt abeat, tunc abit. c pertinet caput 10. Sapientiæ. Fidem de mi- icordia ſeu gratia ipſo facto declarant, quia n fiducia ad Chriſtum accedunt, & ſuam pre- ionem dicunt.*

*Sed cur leproſus conditionaliter inuocat, Do- ne, ſi vis potes me mundare? Reſpondeo, ſicut nilitas Centurionis dicentis: Domine non ſum nus, vt intres ſubter tectũ meũ, nõ pugnat cum : Ita neq; conditionalis in Leproſi precatione, mine, ſi vis potes me mundare, cum fide gnat. Nam hæc conditionalis, non eſt ſignum bitationis aut diffidentiæ, ſed eſt ſignum fidei mittentis ſe in corporalibus voluntati Dei o- lienter, ſicut quotidie etiam inuocamus, Fiat luntas tua. Et ſicut ipſe Chriſtus in agone paſ- nis ſuæ ſine dubitatione & ſine diffidentia re- enter & obedienter inuocat: Pater, ſi vis nsfer à me calicem iſtum, Veruntamen non a voluntas, ſed tua fiat.*

*Obſeruetur itaq; hoc loco regula de petitio- rerum corporalium, quod illæ ſemper cum con-*

*ditione*

*ditione voluntatis Dei ſunt petendæ. Quia ei*
*etiam promiſſionum corporalium eſt infallibi*
*veritas: Tamen includunt exceptionem caſtig*
*tionis & crucis pro bona voluntate Dei. Tan*
*eſt enim gratia Dei erga pios, vt etiam donati*
*nem rerum corporalium ad ipſorum vtilitate*
*& bonum attemperet & accommodet: ſicut*
*Paulum petentem liberationem ab angelo S*
*tanæ colaphizante ipſum reſpondet Deus. 2.*
*Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea, nam virt*
*mea in infirmitate perficitur. Et Pſalm. 89. e*
*ceptio caſtigationis expreſſa eſt: Si derelinqu*
*rint Filij eius legem meam, viſitabo virga pe*
*catum eorum, & verberibus delictum eoru*
*Sed gratiam meam non auertam ab eo, nec me*
*dacem faciam veritatem meam. Sciamus erg*
*Deo hanc humilitatem placere, & reuerentia*
*vt petentes res corporales imitemur exemplu*
*Leproſi, & nos offeramus ad obedientiam iuxt*
*ipſius voluntatem: Sicut inquit Chriſtus reu*
*renter: Veruntamen non mea voluntas, ſed tu*
*fiat. Et Dauid fugiens Abſolonem inquit:*
*inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me.*
*autem dixerit mihi, Non places, præſto ſum,*
*faciat quod bonum eſt coram ſe. Et Iob dic*
*cap. 13. Etiamſi occiderit me, tamen in ip*
*ſperabo.*

DE TERTIO.

ORATIO quæ fit in fide, facit ſeu impetrat miracula propter promiſſionem Dei, ſeu ip- Filium Dei, quo oratio fidei nititur. Sicut uit Chriſtus: Quidquid petieritis patrem me- , in nomine meo fiet vobis. Item, Quicquid ieritis credētes. Et Iacobus inquit. 5. Multum let deprecatio iuſti, Atq; Eliæ exemplum ad- . Pertinent etiam huc dicta hæc Marci 9. Si es credere, credenti omnia poſſibilia. Matth. Fiat tibi ſicut credidiſti. Pſal. 45. Volunta- timentium ſe faciet, & deprecationem eo- m exaudiet.

Duo illuſtria exempla de ſanatione roſi & Paralytici famuli in hoc Euange- proponuntur. Hic itaq; locus explicetur tione exemplorum inuocationis & effectuum totam ſcripturam. Item capitis 11. ad Ebræ- Et addatur declaratio argumentationis, qua itur Centurio ad teſtimonium fidei ſuæ, quam topere in hoc Euangelio prædicat Chriſtus, vt at: Amen dico vobis, non inueni talem fidem ſraël. Argumentatio illuſtris eſt: Ego ſum no ſubiectus poteſtati ſuperiori habēs ſub me uos, qui etſi viribus mihi ſunt pares: tamen rbo meo obediunt, vt per ipſorum miniſteri- poſſim opitulari illis, qui meam opem implo-

rant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

rant & perficere quæ iubeo: Tu vero es Do
omnipotens, tibi eſt ſubiecta tota creatura, ſic
in libro Sapientiæ dicitur: Tibi obediunt omn
Ergo tu verbo tuo potes opitulari inuocantib
Si dicis vt morbus recedat ab ægroto, & ven
ſanitas, recedet mors à mortuo, & veniet vi
verbum tuum eſt efficax. Hæc declaratio in
gniter poteſt illuſtrari.

## QVARTVS LOCVS.

EST de reuerentia erga miniſterium à Deo
dinatum in illis rebus, quæ ad miniſterium
dinatum pertinent, ſed ſine læſione fidei. Ext
autem ordinatio de Leproſis Leuiti. 13. & 1
Etſi autem Chriſtus ſæpiſsimè repræhendit err
res Sacerdotum in doctrina: Tamen expreſſ
ordinationes Dei vult ſeruari. De hoc loco pr
lixius dicetur in Euangelio de decem Leproſis.

In concluſione poteſt dici de vocatione ge
tium, in quo loco debet explicari dictum de fi
Centurionis: Non inueni talem fidem in Iſra
Et huc accommodari debet diſputatio Apoſto
Pauli ad Roma. cap. 9. de reiectione Iu-
dæorum propter incredulitatem &
inſitione Gentium per
fidem.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## *DOMINICA QVARTA POST EPIPHANIA EVANgelium Matth. 8. De tempeſtate orta in mari.*



E*T ASCENDENTE* eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operetur fluctibus. Ipſe vero dormiebat. acceſſerunt Diſcipuli, ſuſcitauerunt

eum

eum dícentes: Domine ſalua nos per
mus. Et dicit eis, Quid timidi eſtis m
dicæ fidei? Tunc ſurgens comminatu
eſt ventis & mari, & facta eſt tranqu
lítas magna. Homines autem mira
ſunt, dícentes: qualis eſt hic? quia
venti & mare obediunt ei.

*IN hoc Euangelio primo obſeruetur hiſtoria.*
*Secundò typus ſeu figura Eccleſiæ.*

*DE HISTORIA.*

*HISTORIA proponit exemplum præſen*
*& magni periculi, & viciſsim exempl*
*oportunæ & miraculoſæ liberationis ſeu auxi*
*quo miraculo Chriſtus declarauit ſe eſſe veru*
*Deum & omnipotentem, qui verbo regit omn*
*creaturas, & eſſe auxiliatorem piorum hom*
*num inuocantium ipſum. Nam ſua omnipote*
*tia ad ipſorum auxilium & liberationem viti*
*in tempore oportuno. Sicut Pſalm. 10 dicit*
*Adiutor in oportunitatibus Deus.*

*Hæc generalis doctrina hiſtoriæ & adm*
*nitionem & conſolationem pro omnibus affli*
*continet, quæ ſæpe repetitur ex Pſalm. 50. I*
*uoca me in die tribulationis, & eripiam te, &*

*lorificabis me. Item, Pſalm. 34. Multæ tribu-*
*tiones iuſtorum, & de omnibus his liberabit*
*os Dominus.*

*In ſpecie autem hæc hiſtoria ad eruditionem*
*& conſolationem nautarum, & eorum qui in pe-*
*culis maris verſantur, accommodetur, præſer-*
*m in ijs locis, quæ ſunt expoſita periculis maris,*
*vbi ſunt nautæ: Nec eſt difficilis accommo-*
*tio, quia ipſa hiſtoria eam monſtrat. Et poteſt*
*imiè illuſtrari accommodatio citatione longè*
*ci de nautis ſeu nauigatorib. ex Pſal. 107. Qui*
*are ingrediuntur nauibus, & negotiantur in*
*quis vaſtiſsimis, hi experti ſunt opera Domi-*
*, & mirabilia eius in mari: Dixit & excitauit*
*mpeſtatem maximam, quæ eleuat fluctus ma-*
*s: Hic iam aſcendebant in cœlum, iam deſcen-*
*bant in abyſſum, Vt præ anguſtia tabeſceret*
*ima ipſorum, iactabantur & mouebantur, vt*
*rius, ita vt nihil conſilij eſſet reliquum. &*
*amauerunt ad Dominum in tribulatione ſua,*
*ex anguſtijs ipſorū liberauit eos, & reddidit*
*o tempeſtate tranquillitatem, & ſiluerunt flu-*
*us maris. Hoc facto ſilentio lætati ſunt, &*
*ſe eos deduxit in portum, vt optabant: Gratias*
*unt Domino de miſericordia ipſius; de mira-*
*libus ipſius quæ facit erga filios hominum, vt*
*altent eum in Eccleſia plebis, & in conſeſſu*
*niorum prædicent eum.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Poſt accommodationem hanc poſſunt etiam explicari hi loci hiſtorici.*

## DE PRIMO LOCO.

*Primus, cur Chriſtus in tanto periculo diſ-cipulorum ſuorum dormiat : hoc eſt, cur Deus differat liberationem, & ſinat pios in periculo-rum magnitudine, his cogitationibus tentari, quòd Deus quaſi dormiens non audiat, aut non curet eos : Sunt autem dilationis & quaſi iſtius dormitionis quatuor cauſæ conſiderandæ.*

*Prima eſt, vt in illa dilatione auxilij ipſi-mi nobis innoteſcamus, hoc eſt, agnoſcamus noſtram infirmitatem, imo &* οὐδένειαν, *abijcientes om-nem fiduciam noſtri ac aliorum, tantum in Deo confidere diſcamus. Sicut 2. ad Corinth. 1. in-quit Paulus : Reſponſum mortis in nobiſmet i-pſis accepimus, ne confideremus in nobis ipſis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis peri-culis nos eripuit, in quem ſperamus, quod etiam poſthac erupturus ſit.*

*Secunda, vt noſtra fides probetur & pati-entia exploretur.*

*Tertia: vt in illa dilatione creſcente deſide-rio deliberationis ardentior fiat inuocatio, & præcipuè ea dirigatur ad petitionem rerum ſpiri-tualium & æternarū, remiſsionis peccatorum &*

vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

vitæ æternæ, vt oſtendit exemplum Pſalm. 35. Et eleganter inquit Macarius homilia 29. Qui non citò accipit optata bona, per hanc moram & longanimitatem Dei magis inflammatur & exuſcitatur, vt ardentius cœleſtia bona expetat.

Quarta, Vt ſit eò glorioſior liberatio, nimirum, quia manifeſtum ſit ſolius Dei virtute & gratia nos liberatos eſſe.

### SECVNDVS LOCVS.

DE virtute orationis, qua excitatur Deus, vt nos adiuuet: ita enim ſcriptura ſermonem de Deo ad nos accommodat in Pſalm. 44. Exurge, quare obdormis Domine? Exurge Domine, adiuua nos: Et Pſalm: 78. Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus.

### TERTIVS LOCVS.

EST conſolatio, quòd Chriſtus etſi repræhendit fidei imbecillitatem in diſcipulis: tamen infirmos in fide non abijcit, ſed eorum inuocationem audit & eos adiuuat, ſicut ſcriptum eſt Eſaiæ 42. Linum fumigans non extinguet &c. Et Marci 9. extat illuſtre exemplum patris Dæmoniaci dicentis: Domine credo, adiuua incredulitatem meam. Impetrat tamen ille infirmus in fide

*quod petebat ſicut Apoſtoſtoli, in hoc Euangelio impetrant auxilium.*

*QVARTVS.*

*E*ST *exemplum miraculoſi auxilij, qualia multa quotidie nobis & alijs accidunt inſperata, ea non iudicemus eſſe caſualia aut fortuita, ſed ſtatuamus eſſe miracula filij Dei Ieſu Chriſti Domini noſtri à nobis inuocati, & inter nos præſentis, qui ſicut verbo ſuo ventos & mare cõpeſcit: ita ſuo verbo omnia alia pericula, & mala compeſcit & tollit, quando ipſe vult. Agnoſcamus itaque in talibus exemplis ipſius diuinitatem, præſentiam & gratiam erga nos, & eorum meditatione confirmemus noſtram fidem.*

## DE TYPO SEV FIGVRA.

*S*ICVT *arca Noæ natans ſuper aquas, cum octo hominibus, eſt figura Eccleſiæ: Ita etiam hæc nauicula, in qua eſt Chriſtus cum ſuis Diſcipulis, figura Eccleſiæ eſt: Admonet autem huius figuræ conſideratio de quatuor locis.*

*PRIMVS.*

*I*NTRANS *ad Eccleſiam intrat ad Chriſtum & Diſcipulos in nauem natantem ſuper aquas, contra quam ſæuiunt venti, procellæ & tempeſtates*

*ſtates, id eſt, Diaboli & hoſtes contra Eccleſiam excitant omnia mala, vt eam opprimant. Huc pertinent omnes hiſtoriæ ab initio.*

SECVNDVS LOCVS.

CHRISTVS *etſi nunquam abeſt ab Eccleſia, ſed ſemper in ea præſens eſt, iuxta promiſsionem immutabilem: vbicunq; duo aut tres congregati ſunt in nomine meo, ego ero in medio illorum: Item, Non relinquam vos orphanos, Ecce ego vobiſcum ſum, vſq; ad conſummationem ſeculi: tamen videtur nobis ſæpe dormire in nauicula, & non attendere quod fluctus eam obruat. Sed hæc quaſi dormitio Chriſti eſt probatio fidei noſtræ de cuius cauſis & vtilitate iam dictum eſt. Porro de dormitione Chriſti in hac hiſtoria ſciamus quod vera fuerit dormitio in humana natura: Alia autem dicta de dormitione Dei per* ἀνθρωποπάθειαν, *& ſecundum noſtrũ ſenſum, ad quem ſe ſcriptura accommodat, intelligenda ſunt, & in earum explicatione ſemper reſpiciendum eſt ad conſolationem. Pſalm. 121. Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.*

TERTIVS LOCVS.

ECCLESIA *etſi periclitatur ſæpè extremè, ſicut hic dicitur, quod fluctus nauiculam o-*

*peruerunt, tamen deleri non poteſt, quia Chriſtus adeſt in Eccleſia, qui excitatus precibus Eccleſiæ miraculoſe compeſcit hoſtes, & omnia mala. Hæc conſolatio prolixè & egregiè explicatur Pſalm. 46. qui planè cum hoc Euangelio conuenit. Deus fiducia noſtra & fortitudo, auxilium in tribulationibus validis, quæ nos occupauerunt, propterea non timebimus etiamſi ſubuertatur terra, & præcipitentur montes in mare, licet tumultuentur & ſtrepitũ edant aquæ maris, & præ tempeſtate eius cadant montes, Sela: Tamen interim ciuitas Dei fonticulis ſuis iucunda erit, vbi ſancta manſio altiſsimi eſt. Deus eſt in medio eius, ideo ipſa immota conſiſtit, Deus adiuuat eam ſummo diluculo: Trepidant gentes, cadunt regna, diſſoluitur terra vbi ipſe edit vocem ſuam, Dominus Zebaoth nobiſcum, Deus Iacob eſt protectio noſtra, Sela. Venite & videte opera Domini, qui has deſolationes efficit ſuper terram: Compeſcit bella, per totum orbem, arcum confringit, lanceam comminuit: & currus comburit igni: deſinite & agnoſcite quod ego ſum Dominus, glorificabor inter gentes, & glorificabor ſuper terram. Dominus Zebaoth nobiſcum, Deus Iacob eſt protectio noſtra.*

*Declarationis gratia citentur exempla præcipuè inſignia ex Biblijs & alijs Eccleſiaſticis hiſtorijs:*

ijs: Premebatur Eccleſia ſub Pharaone, vide-
atur Deus dormire ad tempus, ſed tandem ora-
onibus Eccleſiæ excitatus miraculoſè liberauit
ccleſiam, & Pharaonem fortiter compeſcuit:
ic compeſcuit Senacherib tempore Eſaiæ, &
ijs temporibus alios hoſtes, & adhuc eadem
cit miracula quotidie, quæ debemus conſidera-
, ſicut in citato Pſalmo dicitur: *Venite & vi-*
*ete opera Domini &c*, Pertinet huc etiam di-
um, Pſalm. 78. *Et expergefactus eſt Domi-*
*us tanquam aliquis è ſomno, tanquam potens,*
*ui iubilat præ potato vino, percuſsit inimicos*
*os &c.*

Concluſio ſit admonitio ad cognitionem de-
enſionis diuinæ, qua conſeruatur hæc nauicula,
tque ad precationem, vt Deus porrò hanc na-
iculam ſeruare & defendere contra fluctus &
empeſtates, contra Diabolos & hoſtes clemen-
er velit, & in concluſione aptiſsimè citari po=
eſt Pſalm. 124. etiam cum hoc Euangelio
oncordans: *Niſi Dominus adeſſet nobis, cùm*
*homines inſurgunt aduerſum nos, viuos deglu-*
*irent nos cùm furit ira eorũ in nos. Aquæ obru-*
*rent nos, fluuij tranſirent ſuper animam no-*
*ſtram, tranſirent ſupra animam noſtram aquæ*
*nimis altæ: Benedictus Dominus quòd non dat*
*nos prædam dentibus eorum, anima noſtra eua-*

*ſit, ſicut auis ex laqueo aucupis laqueus ruptus eſt, & nos liberi ſumus, Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.*

## IN FESTO PVRIF CATIONIS MARIÆ

*Euangelium, Lucæ 2.*



POSTQVAM COMPLEti fuiſſent dies Purgationis eorum ſecundum Legem Moiſi, adduxerunt eũ Hieroſoly-

ſolymam, vt ſiſterẽt eum Domino, ſi=
cut ſcriptum eſt in lege Domini, Omne
maſculinum adaperiens vuluam, ſan=
ctum Domino vocabitur, & vt darent
hoſtiam, ſecundum quod dictum eſt in
lege Domini, par turturum, aut duos
pullos columbarum.

Et ecce, homo erat Hieroſolymis,
cui nomen Simeon: erat & homo iſte iu=
ſtus & pius, expectans conſolationẽ Iſ=
rael, & Spiritus ſanctus erat ſuper eum.
Et reſponſum acceperat à Spiritu ſan=
cto, non viſurum ſe mortem, niſi prius
videret Chriſtum Domini. Et venit
per Spiritum in Templum. Et cùm in=
ducerent puerum Ieſum parentes, vt fa=
cerent ſecundum conſuetudinem Legis
pro eo, ipſe quoq; accepit eum in vl-
nas ſuas, & laudauit Deum, ac dixit:
Nunc dimittis ſeruum tuum Domine,
ſecundum verbum tuum in pace. Quia
viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod
praeparaſti ante faciem omnium populo=
rum. Lumen ad reuelationem gentium,
& gloriam plebis tuæ Iſrael.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

LOCI Euangelij ſunt quatuor.

Primus eſt de duabus legibus, videlicet de lege Purificationis, & de lege primogenituræ.

Secundus eſt de cauſis, cur Chriſtus ſe legi ſubiecerit.

Tertius locus de Eccleſia, quod ſcilicet ſemper ſit aliqua Eccleſia, iuxta articulum, Credo Eccleſiam ſanctam catholicam.

Quartus de confeßione & Cantico Simeonis, in quo explicatur conſolatio contra mortem, quæ ipſam mortem facit Chriſtianis deſiderabilem, ſicut Paulus dicit: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

## DE PRIMO LOCO.

LEX Purificationis toto capite 12. Leuitici deſcripta eſt, continetq́; duas partes.

I Prior eſt de immunditia puerperæ, quæ concepto ſemine peperit. Hæc enim clauſula additur propter conceptionem Chriſti, de Spiritu ſancto ſine virili ſemine.

II Secunda pars eſt de oblatione pro prole. In priore parte eſt expreſſa ſignificatio peccati originalis hærentis in immũdo ſemine, ſicut Iob loquitur cap. 14. Quis poteſt facere mundũ de immũdo conceptum ſemine, niſi qui ſolus eſt mundus. In hoc itaq; loco breuiter tractatur differentia de peccato Originali, quòd non tantùm eſt reatus

poſt-

*ris Adæ propter parentum primorum lap-*
*Sed eſt ſimul etiam immundicia, deformitas,*
*uptio & labes in ipſo ſemine ſeu maſſa, quæ*
*undicia, labes, ἀνομία ſeu deformitas, pug-*
*cum lege Dei propagatur in ipſo ſemine in*
*ratione, & facit omnes homines carnali ge-*
*tione propagatos ἀνόμους, id eſt, non con-*
*nes legi Dei, ſed deformes in ipſa natura, &*
*e etiā propter hoc malū reos iræ Dei, & æter-*
*ondemationis, niſi fiat remiſſio propter Chri-*
*. Hæc definitio explicetur per ſententias ſcri-*
*æ, vt Gen. 5. Adam ad imaginem Dei crea-*
*fuit, ſed poſt lapſum non genuit ad imaginem*
*ſed genuit ad imaginem & ſimilitudinē ſuā,*
*ſt, genuit prolem peccatricem cum peccato*
*inali, Quia non ex ſemine ſancto, ſed ex ſe-*
*e immundo genuit, Iob 14. De hac ima-*
*dicitur, 1. Corint. 15. Qualis terrenus, tales*
*erreni portauimus imaginem terreſtris. Et*
*iſtus inquit, Iohan. 3. Quod natum eſt ex*
*e caro, id eſt, peccato contaminatum &*
*oxium eſt. Sicut Paulus dicit ad Roma. 7.*
*carnalis ſum, venundatus ſum peccato, No-*
*uod in me, hoc eſt, in carne mea non habitet*
*um &c.*

*David Pſalm 51. De peccato originis ſic lo-*
*ur, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in*
*catis concepit me mater mea.*

Pau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Paulus ad Roma. 5. de vitio & pœn*
*mul: per vnum hominem peccatum intraui*
*mundum, & per peccatum mors: & ſic in om*
*homines mors pertranſijt, quatenus omnes pe*
*uerunt, id eſt, Quia omnes ſunt peccatores. It*
*1. Corinth. 15. In Adam omnes moriun*
*Dicatur etiã de fructibus peccati originalis, q*
*quotidie ſentimus in nobis, & in rerum nat*
*ſicut Paulus dicit ad Roma. 8. Creaturam*
*nitati ſubiectam eſſe &c.*

*Philoſophi neſciunt veram cauſam, v*
*ſint in natura humana tam præſtante tot m*
*videlicet, & vicioſæ inclinationes & actio*
*& ipſæ pœnæ, videlicet morbi & aliæ calam*
*tes, ac mors ipſa: ſed ex ſcriptura ſacra diſcimu*
*diſcere debemus, fontẽ & originem horum m*
*rum eſſe lapſum primorum parentum, & in*
*bis ipſis peccatum originis. Senſus carnis inim*
*tia eſt aduerſus Deum, & ſenſus carnis mors*
*ad Roma. 8.*

2 *In ſecunda parte legis de purificatione*
*ſignificatio redemptionis per oblationem*
*Chriſti. Omnia enim ſacrificia in veteri Te*
*mento fuerunt typi & ſignificationes vnici ſa*
*ficij & victimæ Domini noſtri Ieſu Chriſti*
*nouo Teſtamento, ſicut hoc explicatur prolix*
*Epiſtola ad Hebræos. Allegentur aliquot*
*ſignia dicta de ſacrificio Chriſti ex illa Epiſt*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*n dictum 1. Iohan. 1. Sanguis Ieſu Chriſti ij Dei emundat nos ab omni peccato.*

*Lex de primogenitis extat Exod. 13. & re-tur Numero 8. ac vtrobiq; habet annexam onitionem. Cùm introduxerit te Dominus in am Cananæi: ſicut iurauit tibi & patribus : & dederit tibi eam, ſeparabis omne quod it vuluam Domino, & quod primitiuum eſt ecoribus tuis, quidquid habueris maſculini s, conſecrabis Domino, primogenitum aſini abis oue. Quod ſi non redemeris, interficies. ne autem primogenitum hominis de filijs tuis o redimes, Cumq; interrogauerit te filius tu-ras, dicens: quid eſt hoc? Reſpondebis, In u forti eduxit nos Dominus de terra Ægy-le domo ſeruitutis. Nam cum induratus eſſet rao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus e primogenitum in terra Ægypti à primoge-hominis vſq; ad primogenitum iumentorum: co immolo Domino omne quod aperit vul-maſculini ſexus, & omnia primogenita fili-meorum redimo. In hac enim lege etiam nanifeſta ſignificatio de primogenito Ieſu ſto redemptore noſtro.*

*Obiter autem hoc loco etiam dicatur de ſli-ijs miniſtrorum Eccleſiæ, occaſione ſumpta dinatione in lege Moſaica, ſiquidem ita or-um fuit, vt Sacerdotes de oblationibus ſuam*

par-

partem acciperent. Huc accommodetur loc
1. Corinth. 9. An neſcitis quod hi qui in ſa
operantur, ex ſacrificio viuunt? Qui ſacrario
ſiſtunt vnà cum ſacrario partem accipiunt.
& Dominus ordinauit, vt qui Euangelium
nunciant, ex Euangelio viuant. Et ad Galat
Communicet is qui catechizatur ſermone ei,
ſe catechizat in omnibus bonis.

Dicitur de vero vſu bonorum Eccleſi
corum, quæ certe illa intentione donata ſunt
conferantur ad vſus pios, non vt ſint alim
hominum impiorum, ocioſorum, & Dei ac
cleſiæ hoſtium. Si itaq; donatores errauerun
ſua intentione, Ergo eum errorem poſteri v
Dei rectius inſtituti corrigere debent, Sicut
ſtre exemplum Aſæ regis Iudæ admonet, q
quæ impius Pater Abiam donauerat ad Idolo
niam, intulit in Templum Domini. Sicut 3. R
15. ſcriptum eſt: Cor Aſæ perfectum erat
Domino ſuo cunctis diebus ſuis, & intuli
quæ ſanctificauerat pater ſuus, & vouerat in
mum domini argentum & vaſa.

### DE SECVNDO LOCO.

CVm lex purificationis expreſsè dicat de p
ex virili ſemine, Cur itaq; Chriſtus de Sp
ſancto conceptus, & ex Maria virgine natus

voluit pro ſe fieri ſecundum legem ? De hoc
o dictum eſt die Circumciſionis, & ſummariè
licatur ad Galat. 4. Cùm venit plenitudo
poris, miſit Deus filium ſuum factum ex mu-
re, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant
imeret, vt adoptione ius filiorum accipere-
us.

## DE TERTIO LOCO.

SIGNE exemplum articuli fidei, Credo ſan-
tam Eccleſiam Catholicam, in hiſtoria diei Pu-
cationis proponitur. Illi qui tunc temporis ge-
ant titulum Eccleſiæ, erant Eccleſia malignan
m ceu cœtus Diaboli : Attamen Deus ſerua-
ſibi in medio illorum luporum aliquem cœ-
n, qui erat vera Eccleſia, videlicet Zachari-
, Elizabetham, Ioſeph, Mariam, Simeonem,
nam & multos alios ibi & in alijs locis, Sicut
hac hiſtoria etiam expreſſè de pluribus dicitur,
na confitebatur Domino, & loquebatur de illo
nibus, qui expectabant redemptionem Ieroſo-
nis. Sic quoq; ex cap. 19. 3. Reg. allegat Pau-
ad Roma. 11. An neſcitis de Elia, quid dicat
ptura, quomodo interpellat apud Deum ad-
rſus Iſraël dicens : Domine Prophetas tuos
ciderunt, & altaria tua ſubruerunt, & ego re-
tus ſum ſolus, & inſidiantur vitæ meæ.
d quid dicit, Dominum ei reſpondiſſe: reliqui
ibi ſeptem millia virorum, qui non inflexe-
runt

runt genu imagini Baal. Sic igitur & h
tempore reliquiæ ſecundum electionem grat
fuerunt.

Tales reliquias habet Chriſtus omnib
temporibus in mundo, quæ quantumuis pau
ſunt, ſicut in arca Nohæ tantùm 8. animæ fu
runt: tamen ſunt Eccleſia Catholica: Et ſunt r
gnum Chriſti Regis, qui ſicut eſt Rex perpetuu
ita nunquam eſt ſine regno, & nunquam eſt h
caput ſine corpore, quod eſt Eccleſia, ac eſt tem
plum & habitatio Spiritus ſancti, qui in eis h
bitat, & eſt efficax, ſicut in hoc Euangelio de S
meone dicitur: Erat homo iuſtus & pius, exp
ctans conſolationem Iſrael, & Spiritus ſancti
erat ſuper eum, & venit per Spiritum in tem
plum. In hac meditatione magna eſt conſolati
vt cum bona ſpe etiam de noſtris maioribus c
gitemus. qui etſi vixerunt ſub papiſticis tenebri
tamen non dubium eſt, multos ex illis retinuiſ
inter ſtipulas, & in ipſo agone mortis combuſt
ſtipulis, verum fundamentum, & fuiſſe inter r
liquias, hoc eſt, inter membra veræ Eccleſiæ C
tholicæ ac communionis Sanctorum: deinde etia
hæc conſolatio eſt in hac meditatione contra t
multus, perſecutiones, turbationes & mutati
nes in mundo, quæ ſcilicet proponitur, Pſalm
46. quod licet fluctuet mare, & tumultuet
terra, & cadant montes in mare, hoc eſt, ſiue

mun

undo ſurſum & deorſum moueantur omnia,
men manebit ſancta Eccleſia Catholica, & ma-
bunt hæ reliquiæ, quæ ſunt regnum Chriſti in
undo.

Explicetur in hoc loco ratio cur Eccleſia
ocetur apud Prophetas reliquiæ, Cuius appel-
tionis explicatio extat Sophoniæ 3. Relinquam
medio tui, populum pauperem & egenum, &
erabunt in nomine Domini. Et Amos 3. Sic
erabitur Iſrael, vt Paſtor eripit ex faucibus
onis duo crura aut extremitatem auriculæ.
ſaiæ 49. Sic dicit Dominus redemptor Iſrael ad
ntemptam animam, & ad populum qui eſt abo-
natio, ad ſeruum ſub Tyrannis preſſum.

Dicatur in hoc loco etiam de veris ſignis ſeu
tis veræ Eccleſiæ ex locis communibus, in qua
ctrina præcipuè explicentur hæc propria, de
ibus in hac hiſtoria ſingulariter dicitur, videli-
fides in Chriſtum & iuſticia per fidem, ſicut de
meone dicitur: Erat iuſtus, ſcilicet fide, & ex-
ctabat conſolationem Iſrael: Confeſſio: ſicut
hac hiſtoria Simeon & Anna edunt confeſ-
nem de Chriſto, ad omnes qui expectabant re-
mptionem Iſraelis, & confeſſioni annexi
nt alij cultus veræ pietatis, qui ſunt fructus
ei, ſicut de Simeone dicitur, Erat pius, Item,
enit per Spiritum in templum, & de Anna,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*non diſcedebat à Templo ieiunijs & precatio*
*bus ſeruiens die ac nocte.*

## DE QVARTO LOCO.

*SIMEON & voce & geſtibus edit confeſſi*
*nem de puero Ieſu, accipit Ieſum in vlnas, la*
*dat Dominum, & inquit: Nunc dimittis ſeru*
*tuum Domine, ſecundum verbum tuum in p*
*ce. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, qu*
*paraſti ante faciem omnium populorum, L*
*men ad reuelationem Gentium, & glori*
*plebis tuæ Iſrael. Hoc Simeonis canticum*
*præcipua pars Euangelij, ideoq; diligenter exp*
*cetur. Scopus cantici verſatur circa hanc qu*
*ſtionem: quæ ſit viuifica, vera & efficax con*
*latio contra mortem, vincens dolores & terro*
*mortis, & faciens mortem deſiderabilem, n*
*ſicut eam deſiderant deſperantes, Sed ſicut e*
*deſiderat Apoſtolus Paulus ad Philip. 1. M*
*vita Chriſtus eſt, mors lucrum, Cupio diſſolui*
*eſſe cum Chriſto. Quærunt Philoſophi conſo*
*tiones contra mortem, ſicut Socrates apud Pla*
*nem & Xenophontem, Et Cicero in primo T*
*cul: Sed conſolationes Philoſophicæ carentes fu*
*damento, hoc eſt, cognitione Ieſu Chriſti, in q*
*ſolo eſt vita noſtra, tantum ſunt inanes ſpecu*
*tiones, in quibus nihil eſt efficaciæ. Itaq; ear*

fu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*inis eſt, ſicut in verſu Virgilij dicitur: Vitaq́; um gemitu fugit indignata ſub vmbras.*

*Sunt autem præcipuè Philoſophorum con-lationes contra mortem ab hominibus doctis nſiderandæ propter collationem, & vt conſi-retur diſcrimen, Quo diſcrimine conſolationes uangelicæ vincunt & ſuperant, quæ ſolæ ſunt eræ & efficaces.*

*Prima philoſophica conſolatio, Quod mutari n poteſt, ſeu quod fatale eſt, ferendum eſt, ors eſt fatalis, Ergo æquo animo ferenda eſt.*

*Sic Antigóne apud Sophoclem inquit, Fatale alum nemo effugere poteſt. Item, Chorus ad ectram: Memineris te natam mortali ex patre, atus eſt mortalis & Oreſtes, Quapropter ne ni-ium doleas, omnibus enim nobis hoc neceſſe t ferre.*

*Et Thetis apud Euripidem in Androma-e: Omnibus hominibus à Dijs iſte calculus t deſtinatus: Debent mori. Tractat hoc argu-entum etiam Paulus ad Heb. 9. Statutum eſt nnibus hominibus ſemel mori, ſed valde alio odo.*

*Secunda Philoſophica eſt apud Ciceronem 1. Thuſcul. Mors liberat homines ab omnibus alis, Ergo optanda eſt. Ita Antigone etiam ud Sophoclem dicit, Si aliquanto citius moriar,*

*lucrũ dixero. Nã qui in magnis vt ego, difficul-
tibus viuit, huic mors pro lucro eſt. Sic & ma-
hoc fato mori nullus eſt dolor. Apud Euripide
Chorus dixit ad Phædrã, Quid facies, ô paſſa ine-
plicabilia? Reſpondet Phædra: Neſcio niſi v-
mori quàm primum, Quod eſt malorũ præſen-
vnicum remedium, Hæc conſolatio in Philo-
phia vana eſt ſpeculatio, quia mors impior-
non eſt finis malorum, ſed eſt æternorum cru-
atuum initium: ſicut in Pſalmo dicitur. M-
peccatorum peſſima, Item, iacent in inferno, m-
vorat eos &c. Sed Chriſtianis hæc conſolatio
fide Chriſti dulcis & efficax eſt, Sicut dicit Pa-
lus ad Philip. 1. Mihi viuere Chriſtus, mori
crum. Et Syracides cap. 41. O mors bonum
iudicium tuum homini indigenti, & qui mino-
tur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus
bus cura eſt.*

*Tertia Philoſophica conſolatio: In mo-
aut deletur omnis ſenſus, vt Epicurei diceba-
& tunc mors non eſt calamitoſa, ſi ſine dol-
eſt: aut ſi reſtat ſenſus poſt mortem, tunc n-
ceſſe eſt bonis non eſſe male, quia Deus eſt
ſtus. Hæc cogitatio finxit Philoſophicum
poeticum Campum Elyſium. Sic Socrates
apud Platonem conſolatur: magna, inquit,
ſpes tenet, Iudices bene mihi euenire, quod m-
tor ad mortem, neceſſe eſt enim, vt ſit alte-*

*trũ*

m, de duobus, vt aut ſenſus omnes mors aufe-
aut in alium quendam locum, ex his locis
te migretur. Quamobrem ſi ſenſus extingui-
, morſq; ei ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquam
m ſine viſis ſomniorum placatiſsimam quie-
adfert, Dij boni quid lucri eſt mori? ſi au-
vera ſunt quæ dicuntur, migrationem eſſe
tem in eas oras, quas qui è vita exceſſerunt
olunt, id multò beatius eſt, te cùm ab his qui
iudicum numero habere volunt, euaſeris, ad
venire, qui verè iudices appellantur, Minoëm
adamanthum, Triptolemum, Conuenireq; eos
iuſte & cum fide vixerunt, vt verè colloqui
n Orpheo, Muſæo, Homero, Heſiodo liceat,
nti tandem æſtimatis? Equidem ſæpe ſi fieri
ſſet, mori vellem, vt ea quæ dico mihi liceret
enire: quanta delectatione autem afficiar,
n Palamedem, Aiacem, & alios iudicio ini-
orum circumuentos conuenero? ne vos qui-
n iudices, qui me abſoluiſtis, mortem timueri-
, nec cuiquam bono mali quidquam euenire po-
t, nec viuo nec mortuo, nec vnquam eius res
Dijs immortalibus negligentur.

Etſi autem mirum eſt hominem Philoſo-
um ſic de morte loqui: tamen etiam hæ cogita-
nes in Philoſopho carente cognitione Chriſti
nt vanæ, & ſunt ſomnia inania, Quia nulla eſt



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*beatitudo ſine Chriſto, Sicut ſcriptum eſt, Qui non*
*crediderit condemnabitur. Item, Qui non cre*
*in filium, ira Dei manet ſuper ipſum. Item, Bea-*
*ti mortui qui in Domino moriuntur. Ergo, q*
*non moriuntur in Domino, id eſt, in fide Dom-*
*ni noſtri Ieſu Chriſti, non ſunt beati: quia h*
*eſt vita æterna, vt inquit Chriſtus, Iohan. 1*
*vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & que*
*miſiſti Ieſum Chriſtum.*

*Quartam conſolationem ſumunt Philoſop*
*à collatione euentuum, Sicut Sophocles in Aia*
*ce inquit: Satius eſt mori quàm incurabili mor*
*teneri, Et Talthybius apud Euripidem: Sen*
*quidem ſum, attamen mihi contingat mori po*
*us, quàm turpi implicer caſu aliquo. Hæc quo*
*collatio Philoſophica vana eſt, quia qui ſine fi*
*Chriſti moritur, tranſit ex calamitatibus temp*
*ralibus in æternas, Sed ſoli credentes in Chriſtu*
*in tali collatione habent conſolationem, ſicut Si*
*racides inquit cap. 30. Melior eſt mors quà*
*vita amara, & requies æterna quàm langu*
*perſeuerans. Et Eſaiæ cap. 56. dicitur, Abr*
*piuntur iuſti, ne videant plagam, vt veniant*
*pacem, vt requieſcant in cubilibus ſuis, Ite*
*Paulus ad Philip. 1. Mihi viuere Chriſtus, mo*
*lucrum. Item, 1. ad Corint. 9. Bonum eſt mi*
*magis mori, quàm vt gloriam meam quis eu*
*cuet.*

Tal

Tales itaque ſunt etiam omnes aliæ conſola-
ones Philoſophicæ contra mortem, quas ipſe
lato in Axiocho ait eſſe λεχηνείας ϰαὶ φλυα-
ολογίας, ſeu meras nugas, Papiſticæ conſola-
ones de interceſſione & meritis Sanctorum, &
e miſſis ac vigilijs, quibus poſt mortem à vi-
entibus ex purgatorio liberentur, ſunt etiam va-
æ, & ſimul ſunt idolomaniæ & blaſphemiæ con-
a Filium Dei.

Itaq; ſimul & de Ethnicis & de Papiſticis
on tenentibus in agone mortis fundamentum,
oc eſt, non morientibus in fide Ieſu Chriſti, &
vera conuerſione in agone mortis, ſicut Latro
cruce dicitur, Pſal. 73. Cum terroribus mori-
ntur, qui terrores ſunt initium æternorum
rrorum, de quibus dicitur, vbi erit fletus &
ridor dentium. Et Eſaiæ 66. Vermis eorum
on moritur. Sola autem Eccleſia, hoc eſt, ſoli
redentes in Chriſtum habent veram efficacem
& viuificam conſolationem contra mortem, quæ
acit mortem ipſis deſiderabilem, Sicut Paulus
icit: Cupio diſſolui & eſſe cū Chriſto, & vincit
errores ac dolores mortis. Sicut dicit Chriſtus,
Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: et
mnis qui viuit, & credit in me, non morietur in
ternū. Item, Qui credit, tranſiuit de morte in vi-
am. Hæc conſolatio apparet in exēplo ſenis Sime-
nis, qui ex reſponſo accepto ſciens ſibi viſo Chri-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ſto Domino inſtare mortem, ſit lætus, ac cum ſingulari gaudio hoc Canticum dicit:*

Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace.

Quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum.

*Horum duorum verſuum: hæc eſt ſententia, Domine cupio nunc diſſolui, ſeu cupio nunc ex hac vita dimiſsionem cum pace, Quia credo hunc puerum quem oculis aſpicio, eſſe meum Saluatorem à te mihi datum, vt in ipſo habeam æternam pacem, ac vitam: planè ſicut Paulus dicit: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

*Vt autem ſit fundamentum conſolationis magis conſpicuum, Ideo ordine ſingula verba perpendantur. Primum mortem vocat dimiſsionem Domini, ſicut Dauid Pſalmo 90. inquit: Facis homines mori, eamq́ dimiſsionem confert cum ſimili, nimirum ac ſi quis ſeruum ſuum emeritum dimittit, & libertate donat. Sciamus itaq́ pios non fortuito mori, ſicut beſtias, ſed cum bona voluntate Dei Patris, qui nos dimittit ex hac valle miſeriarum, in qua etſi ſumus liberi per fidem, & in Spiritu: tamen in patientia expectamus eam, quam credimus & ſperamus adoptionem & redemptionem corporis noſtri. Quia vt Iohannes inquit: Filij Dei ſumus, ſed nondum apparuit*

quid

*quid futuri ſumus. Sic dimiſſi ſunt à Deo ex hac vita ante nos omnes Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, & omnes Sancti. Hanc dimiſſionem etiam nos à Domino in fide Ieſu Chriſti expectare debemus, ſicut Roma. 8. inquit Paulus: Etiam nos qui primitias Spiritus habemus in nobiſmetipſis gemimus, adoptionem corporis noſtri, ſiquidem ſpe ſalui facti ſumus. Et ibidem præmittit Paulus, creaturam vanitati ſubiectam in ſpe ſollicitè expectare & ingemiſcere, vt palam fiant Filij Dei, & ipſa liberetur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Huc pertinet etiam illud Apoſtoli dictum. 2. Timoth. 4. Iam immolor & tempus meæ reſolutionis inſtat, certamen bonum decertaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quã reddet mihi Dominus in die illo, qui eſt iuſtus iudex: nõ ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum ipſius.*

*Addatur etiam hæc admonitio, cùm mors piorum ſit dimiſſio Domini, debet hæc dimiſſio in fide & patientia expectari, iuxta voluntatem Domini, ſicut dicimus: Fiat voluntas tua: non debet homo præuenire, ſicut fecerunt Saul & Iudas, & faciunt deſperantes alij, qui ſemetipſos interficiunt contra Præceptum quintũ. Non occides: & contra petitionem: Fiat voluntas tua. Item, libera nos à malo: nos non debemus noſmet*

 *ipſos*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ipſos velle per mortem liberare à malo, quia ſi nos implicamus malis æternis: quantumuis es miſer & afflictus internè vel externè, tamen in fide & patientia dimiſsionem Domini expectare debes, ſicut ad Roma. 8. dicitur, quod ſperamus per patientiam expectamus, Petere mortem licet, Sicut Elias inquit, 3. Reg. 19. Sufficit Domine tolle animam meam: adferre ſibimetipſi mortem non licet. Et quidem petitio præſupponit conditionem voluntatis Domini, quando & quomodo, vel quo morbo velit nos ex hac vita dimittere.*

*Obiter etiam poterit explicari hæc quæſtio: An liceat Chriſtiano homini petere prolongationē vitæ: cuius quæſtionis explicatio ſumenda eſt ex primo capite ad Philip. Magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem, Nam mihi vita Chriſtus, mors lucrum, Quod ſi contingat viuere in carne, ea res mihi fructus eſt operis, & quid eligam ignoro, Coarctor enim ex his duobus, deſiderans diſſolui & eſſe cum Chriſto multò longeq; melius eſt, Cæterum manere in carne magis neceſſarium propter vos, & hoc certò ſcio, quod manſurus ſum, & cum omnibus vobis permanſurus, in veſtrum profectum, & gaudium fidei, vt gloriatio veſtra exuberet per Ieſum Chriſtum in me, per ad vos reditum. Et ex hiſtoria Ezechiæ, 4. Reg. 24. Qui*

labo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

laborans peſte, Cùm audiuiſſet ab Eſaia verba Domini: præcipe domui tuæ, morieris enim & non viues. Conuertit faciem ſuam ad parietem, & fleuit & orauit, dixitq́ Dominus Eſaiæ, antequam egrederetur mediam partem atrij, reuertere & dic Ezechiæ Duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, & ecce ſanaui te, die tertia aſcendes in Templũ Domini, & addam diebus tuis 15. annos, Hæc declaratio etiam indicat licere petere prolongationem vitæ piorum, quorum vita eſt neceſſaria in œconomia, Republica & Eccleſia.

2 Secundo, Simeon vocat piorum mortem dimiſſionem Dei in pace ſecundum verbum Domini. Etſi autem hæc clauſula de verbo Domini poteſt ſingulariter accommodari ad reſponſum quod acceperat Simeon: Tamen à nobis generaliter eſt intelligenda, Quia nos quoq; verbum & reſponſum Domini in ſcriptura ſacra habemus, Porro pacis vox, facit diſtinctionem inter mortem piorum, de qua dicitur Pſalmo 116. Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, Et Apocalyp. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur: & inter mortem impiorum, de qua dicit Pſalm. 35. Mors peccatorum peſſima. Item, iacent in inferno, mors depreſſit eos, Item, 2.

Lucæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Lucæ 16. Diues Epulo ſepultus eſt in inferno &c.*

*Differentia hæc eſt, quòd mors piorum eſt dimiſsio in pace, ſecundum verbum Domini, Mors impiorum non eſt dimiſsio in pace, ſed eſt horribilis diſſolutio animæ & corporis in terroribus & ira Dei, ſicut Pſalm. 73. ſcriptum eſt, Impij cum terroribus moriuntur. Et Iohan. 3. dicitur: qui non credit in Filium, ira Dei manet ſuper ipſum.*

*In hac explicatione dicatur de pace, quam Chriſtus nobis fecit cum Deo, & quam Spiritus ſanctus per verbum ſeu conſolationem Euangelij in cordibus & conſcientijs noſtris efficaciter operatur, Sicut ad Roma. 5. dicitur, Iuſtificati fidem pacem habemus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Et Iohan. 14. inquit Chriſtus, pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, ne turbetur cor veſtrum &c.*

*Senſus huius pacis in fide Ieſu Chriſti eſt, vera & efficax conſolatio, quæ vincit terrores & dolores mortis, imò ipſam mortem, propterea quòd nititur viuaci & viuifico fundamento Ieſu Chriſto, qui eſt victor & deſtructor mortis & inferni, & eſt noſtra vita æterna, Itaq; Simeon de hoc fundamento expreſsè addit, Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, id eſt, Quia credo firma fide hunc puerum quem oculis video, eſſe*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*uum ſalutare, hoc eſt, eſſe ſaluatorem mundi à ſe promiſſum & datum mundo, & ſic etiam mihi promiſſum & datum, vt ego in ipſo habeam vitam æternam & ſalutem. Oculorum enim viſio non ſaluat, alioqui Iudas & Pilatus etiam ſaluati fuiſſent, ſed fides in ſalutare Dei, id eſt, in Chriſtum Saluatorem à Deo datum ſaluat.*

*In hac declaratione allegentur hæ & ſimiles ſententiæ conſolatoriæ contra mortem, Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Iohan. 5. Amen amen dico vobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternã, & in iudicium non veniet, ſed tranſiuit de morte in vitam. Iohan. 6. Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ, vt ex ipſo edat aliquis & non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, vt ex ipſo edat aliquis, & non moriatur, qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo, Sicut me miſit viuens pater & ego viuo propter patrem: Ita & qui ederit me, viuet ipſe quoq; propter me. Iohan. 8. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum. Iohan. 11. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit & credit in me, non*

*morie-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*morietur in æternum. Luc. 16. Accidit vt more-retur mendicus, & deportaretur in ſinum Abra-hæ. Lucæ 23. Hodie mecum eris in Paradiſo. Actorum 7. Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris. Ad Roma: 14. Siue viuimus Domino viuimus, ſiue morimur, Domino mori-mur, Siue itaq; viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, vt mortuorum & viuorum ſit Do-minus. 1. ad Cor. 15. ex 13. cap. Oſeæ: Vbi eſt mors aculeus tuus, vbi tua inferne victoria? Deo gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.*

*Allegentur & explicentur etiam breuiter ſententiæ, in quibus piorum mors ſomnus voca-tur, de quibus dicitur in Euangelio Dominicæ 24. poſt Trinitatis.*

*Tertius verſus.*

Quod paraſti ante faciem omnium populorum.

*In hoc verſu iterum duo ſunt obſeruanda. Primo explicat Simeon in hoc verſu rationem cur vocarit Chriſtum ſalutare Dei, videlicet quia eſt ſalutare paratum in Domino ante faciem omnium populorum, hoc eſt, eſt Saluator & Meſſias, non electus ab hominibus, ſicut Papiſtæ ſuos interceſſores & opitulatores eligunt ſine*

*ven-*

verbo Dei, Sed Chriſtus eſt Saluator & Redemtor & propiciator nobis à Deo paratus promiſſus, propoſitus & datus, ſicut omnes promiſsiones & Prophetiæ teſtantur. Et Eſaiæ 9. dicitur, puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Iohan. 3. ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret &c. Ad Rom. 3. Quem Deus propoſuit propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius, 1. Corinth. 1. Chriſtus Ieſus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſticia & ſanctificatio & redemptio, vt quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Hæc meditatio ad certitudinem fideì noſtræ redemptiōis & ſalutis in Chriſto pertinet, propterea quod ſine omni dubitatione ſcimus noſtram reconciliationem cum Deo, & noſtram ſalutem per hunc ſaluatorem eſſe conſummatam, quem ipſe Deus nobis dedit, propoſuit & parauit Saluatorem & redemptorem, Et de quo de cœlo dixit: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. De hac meditatione etiam dictum eſt in primo capite Iohannis ſuper verba Baptiſtæ, Ecce agnus Dei.

Secundo, repetit Simeon ex promiſsionibus vniuerſalem omnium populorum, Sicut ad Abrahamum vniuerſaliter dictum eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Explicetur

autem

*autem conſolatio, quæ in vniuerſali proponitu*
*vt enim vniuerſalis complectitur omnes ſingu*
*lares: Ita etiam omnes, & ſinguli credamus Ch*
*ſtum eſſe ſalutare noſtrum à Deo nobis omnib*
*& ſingulis, videlicet mihi & tibi paratum, pr*
*miſſum & datum, vt omnes & ſinguli crede*
*tes, hoc eſt: Ego & tu habeamus in Chriſto v*
*tam æternam, Nemo itaq; ſua deſperatione ſe o*
*vniuerſalitate promiſſionis excludat.*

*Quartus verſus.*

Lumen ad reuelationem gentiu
& gloriam plebis tuæ Iſrael.

*Prius membrum de lumine explicatur, I*
*han. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem h*
*minem venientem in hunc mundum, Ibi de h*
*appellatione luminis ſeu lucis dictum eſt. Secu*
*dum membrum explicatur, 1. Cor. 1. Chriſtus f*
*ctus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtificatio &*
*redemptio, vt qui gloriatur in Domino glorietu*
*id eſt, Chriſtus eſt gloria Eccleſiæ ſuæ, & omn*
*um credentium. Etſi enim aliqui vocem Iſrael*
*hoc loco tantū de Iudæis intelligūt, quod Chriſt*
*gloria Iſraelis ſit, Quia ex populo Iſraelitico nat*
*eſt: Tamē rectius eſt vt vox Iſraelis de tota Ec*
*cleſia & omnib. credentibus intelligatur, ſicut a*
*Rom. 9. etiā dicitur, non omnes qui ſunt ex Iſra*
*el, ſunt Iſrael, ſed qui filij promiſſionis ſunt, re*
*cenſentur in ſemen.*

IAI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## IN EVANGELIVM DOMINICA V. POST *Epiphania, Matth. 13. De Zizanijs.*



ALIAM PARABOLAM propoſuit eis dicens. Simi=le eſt regnum cœlorum ho=mini,qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum ...tem dormirent homines,venit inimi=...s eius, & ſuperſeminauit Zizania in

P medio

medio tritici, & abijt. Cum autem ger- minaſſet herba & fructum feciſſet, tun apparuerunt & Zizania. Accedente autem ſerui Patrisfamilias, dixerunt e Domine, nonne bonum ſemen ſemi naſti in agro tuo? vnde ergo habet Zi- zania? Ille autem ait illis, Inimicus ho mo hoc fecit. Serui autem dixerunt e Vis ergo vt euntes colligamus ea? Ill autem ait: Non: ne forte colligente Zizania, eradicetis ſimul cum eis trit cum, Sinite vtraque creſcere vſque a Meſſem, & in tempore Meſsis dica Meſſoribus, Colligite primum Ziza nia, & colligate ea in faſciculos vt com burantur, Triticum autem congrega in horreum meum.

*EVANGELIVM eſt parabolica ſimilitu quam Chriſtus ipſe interpretatus eſt in eo capite: Dimißis enim turbis acceſſerunt ad eu Diſcipuli dicentes: Explica nobis parabolam Zizanijs: at ille reſpondens dixit illis: Qui ſ minat bonum ſemen eſt filius hominis: Ager au tem eſt mundus. Porro bonum ſemen ſunt fi regni, Zizania vero ſunt filij illius mali, Inimic*

*aute.*

*tem qui ſeminat ea, eſt Diabolus. Meſſis vero*
*t conſummatio ſeculi: Meſſores ſunt Angeli.*
*cut igitur colliguntur zizania, & igni combu-*
*ntur, ſic erit in conſummatione ſeculi huius.*
*ittet filius angelos ſuos, & colligent è regno il-*
*s omnia offendicula, & eos qui faciunt ini-*
*itatem, ac mittent illos in caminum ignis, ibi*
*t ploratus & ſtridor dentiũ, tunc Iuſti fulge-*
*nt vt Sol in regno patris ſui. Qui habet aures*
*audiendum, audiat. Hæc interpretatio ipſius*
*ij Dei, oſtendit veram accommodationem pa-*
*bolæ ad Eccleſiam, in qua accommodatione ob-*
*uentur hi loci.*

## DE PRIMO LOCO.

*RIMVS locus: Eccleſia agriculturæ compara-*
*tur, quia non conſtituitur, aut propagatur ar-*
*s, vt regna mundana. Sed vt Paulus inquit:*
*Corinth. 3. Eſt agricolatio Dei, in qua agri-*
*at ipſe Filius Dei per ſuos cooperarios ſeu mi-*
*ſtros: ſeminat verbum Euangelij in mundum,*
*quo naſcuntur Filij regni, ſeu filij & hæredes*
*i, ſicut 1. Pet. 1. ſcriptum eſt: Renati non ex*
*ine corruptibili, ſed incorruptibili per ver-*
*n Dei viui & permanentis in æternum. Hoc*
*autem verbum, quod per Euangelium dela-*
*n eſt ad nos. In hoc itaq; loco dicatur de vtili-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tate & neceſsitate Euangelij, miniſterij, ſeu præ
dicationis, quod adeo eſt ad Eccleſiæ ædificatio
nem & conſeruationem vtile & neceſſarium
ſicut in agricolatione vtilis, & neceſſaria eſt ſe
minatio, qua omiſſa, nulla ſequitur meſsis. Item
ſicut in agricolatione, agricola ſeu ſeminator e
Dei cooperarius, non efficacia, aut virtute, qu
eſt ſolius Dei, ſed in ordinato labore & cultura
per quam Deus operatur: ita in Eccleſiæ ædifi
catione, miniſtri ſunt cooperarij Dei. Hæc po
ſunt copioſe explicari, cum citatione inſignis lo
1. Corinth. 3. Quis eſt Paulus, quis Apollo, ni
miniſtri, per quos credidiſtis, & vt cuiq; Domi
nus dedit, Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed De
us dedit incrementum: itaq; neque qui plantat e
aliquid, neq; qui rigat, ſed qui dat incrementu
Deus. Item, Dei ſumus cooperarij. Dei agrico
latio, Dei ædificatio eſtis iuxta gratiam, quæ da
ta eſt mihi.

## DE SECVNDO LOCO.

QVOD etſi viſibili Eccleſiæ cœtui, in qu
prædicatur verbum Dei, ſeu Euangelium
ſemper ſunt admixti aliqui mali: Tamen eius r
cauſam longiſsime ſeparandā eſſe à ſeminatio
ſeu prædicatione Euangelij, quod eſt nullius ma
fructus cauſa. Obſeruetur itaq; hoc illuſtre teſti

monium Filij Dei contra calumniatores & ſy-
cophantas, qui clamãt ex Euangelij doctrina naſ-
ci hæreſes & malitiam in mundo, quia laxet ha-
benas diſciplinæ, & concedat licentiam opinio-
num & actionum. Ea eſt mendax calumnia, quã
Chriſtus in hoc Euangelio grauiſſimè refutat:
Vt enim agricola ſeu ſeminator, ſeminans bonum
ſemen, ſeu bonum triticum, non eſt cauſa, neque
eius ſeminatio, neq; eius ſemen bonum, quod ſe-
minat eſt cauſſa zizaniorum, quæ in ipſius agro
naſcuntur, quæ mallet ipſe non naſci, & cum
dolore ea aſpicit. Ita neque Filius Dei ſemina-
tor, neque eius cooperatores: neque eius ſe-
men, hoc eſt, prædicatio Euangelij eſt cauſa
hæreſeos, aut malorm hominum, aut malorum
fructuum in mundo: Bonum enim ſemen non
ideo ſeminatur vt malos fructus adferat, ſed vt
adferat bonos fructus, imò ex bono ſemine non
niſi boni fructus naſcuntur, ſicut Chriſtus de bo-
na arbore dicit: Bona arbor, bonos fructus facit,
non poteſt arbor bona malos fructus facere. Ali
unde itaq; naſcuntur mali fructus, & non ex
bono ſemine Euangelij.

## DE TERTIO LOCO.

TERTIVS locus eſt de vera cauſſa zizanio-
rum, hoc eſt, Hæreticorum & malorum ho-

*minum ſeu hæreſium, & offendiculorum. De e-*
*ſic dicit Chriſtus: Cum dormiunt homines, veni-*
*inimicus, & ſeminat Zizania inter triticum &*
*abijt, & hanc addit explicationem: Zizania ſun-*
*filij ipſius mali: Inimicus autem qui ſeminat e-*
*eſt Diabolus, id eſt, Diabolus eſt cauſa Zizanio-*
*rum in agro Eccleſiæ inter triticum enaſcentium*
*quia ipſe inter bonum ſemen verbi Dei, ſemina-*
*ſuum malum ſemen falſarum doctrinarum, offen-*
*diculorum & omnis generis flagitiorum: vnd-*
*inter bonum triticum naſcuntur zizania, id eſt*
*cœtui viſibilis Eccleſiæ miſcentur, alij prau-*
*opinionibus imbuti, alij hypocritæ & mali, ſicu-*
*exempla omnium hiſtoriarum teſtantur, vt inte-*
*duodecim diſcipulos Chriſti erat filius Zachari-*
*Iudas, & ex diſcipulis Apoſtolorum multi ſun-*
*facti Pſeudoapoſtoli, de quibus Iohannes inquit*
*cap: 2. Epiſt. 1. Ex nobis prodierunt, ſed non*
*erant ex nobis. Et Paulus Acto. 20. Ex vobi-*
*ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abdu-*
*cant diſcipulos poſt ſe. Et 2. Corinth. 11. Eiuſ-*
*modi Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli trans-*
*figurantes ſe in Apoſtolos Chriſti, &c. Et Petrus*
*inquit, 1. Pet. 1. Erunt in vobis magiſtri men-*
*daces, qui introducent Sectas perditionis, & eum*
*qui emit eos, Deum negant, ſuperinducentes ſibi*
*celerem perditionem, & multi ſequuntur ipſo-*
*rum luxurias, per quos via veritatis blaſphema-*
*bitur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tur: De Hypocritis inquit Chriſtus, Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine &c. Et tunc confitebor illis nunquam noui vos: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et Paulus 2. ad Timoth. 3. Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ἄστοργοι, ſine pace, criminatores, incontinentes, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores, magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius denegantes.

## DE QVARTO LOCO.

QVARTVS locus eſt de quæſtione Diſcipulorum ac reſponſione Chriſti, Sinite creſcere vſq; ad meſſem. De hoc dicto rectè iudicandum eſt, & eſt accommodandum ad ſenſum quæſtionis: Quærunt Apoſtoli an debeant zizania colligere, id eſt, an debeant è medio tollere malos, ſicut è medio boni tritici eradicando tolluntur Zizania?

Ad hunc ſenſum reſpondet Chriſtus, Non: Ne dum colligitis zizania, eradicetis ſimul cum illis & triticum: ſinite creſcere vtraq; vſq; ad meſſem, & in tempore meſſis, dicam meſſoribus, Colligite primum Zizania, & colligite ea in faſ-

ciculos ad comburendum:Triticum verò congre-
gate in horreum meum, non prohibet Chriſtu
Apoſtolis officia miniſterij Eccleſiaſtici,quæ ſun
diligenter vigilare & attendere, ne Diabolu
ſeminet Zizania prauarum opinionum & ſcan
dalorum, Acto. 20. Attendite nobis &c. Item
Obturate ora falſis doctoribus, ſicut Chriſtus Sa
ducæis negantibus reſurrectionem os obturaba
& ſæpè errores Phariſæorũ reprehendit. Et Pau
lus requirit in miniſtro,vt arguat falſos doctore
& veritati contradicentes, & vigilet & inſte
arguendo ac increpãdo malos oportunè & impo
tunè: Tit.1. 2.ad Tim.4. Item Chriſtus dedit Ec
cleſiæ non tantum clauem abſolutionis,ſed etia
excõmunicationis,vt obdurati hæretici & impœ
nitentes peccatores deuitentur & excludantur
communione Eccleſiæ. Hæc officia non prohibe
Chriſtus hoc dicto Sinite creſcere vtraq; vſq; a
meſſem: ſed monet non pertinere ad officium A
poſtolorum & ſucceſſorum poteſtatem,& vſu
gladij, quo manifeſtè blaſphemi ac ſcelerati è me
dio tolluntur: Non eſt mandatum Eccleſiæ mi
niſtris, qui ſemper in toto officio ſuo quærun
emendationem, ſed politico Magiſtratui, qui i
externa diſciplina debet eſſe cuſtos vtriuſq; tabu
læ per legitima iudicia,& eorum executiones,ne
debent officia diſtinctorum miniſteriorum co
fundi.

Simu

*Simul etiam conſolatur Chriſtus Eccleſiæ miniſtros & omnes pios. Etſi cum dolore aſpiciunt quotidie Zizania inter triticum in Eccleſiæ agro copioſe enaſci, tamen firmiter credant manere & manſurum eſſe bonum ſemen Eccleſiæ, & conſolentur ſe cogitatione de meſſe nouiſsimi diei, ſeu iudicij. Quamuis enim hic non poſſunt puniri omnia ſcelera, & ſæpe multi mali ſunt tolerandi, tamen reſtat vltimum iudicium, quando ipſe filius Dei per angelos ſuos curabit Zizania colligi, colligari aut conijci in æternum ignem. Triticum verò bonum colligi in horreum cœleſte ad hæreditatem æternæ vitæ.*

*Quid autem iudicandum eſt de exemplis Eliæ & Petri? Elias 3. Reg. 18. iuſsit comprehendi Baaliticos Pſeudoprophetas, & duxit eos ad torrentem Kiſon, & ibi eos interfecit: Petrus mendacem Ananiam cum vxore interfecit. Reſpondeo. Talia ſingularia exempla non pertinent ad communes regulas imitationis, quia ſunt ſingulares motus & virtutes Spiritus ſancti, qui vbi vult ſpirat. Et de exemplo Petri etiam eſt alia reſponſio, Non enim gladio, ſed verbo interfecit Ananiam & Sapphiram.*

# EVANGELIVM DOMI
# NICA SEPTVAGESIMA, A
*de vocatis operarijs in vineam,*
*Matth. 20.*



SIMILE EST REG
num cœlorum homini Pa=
trifamilias, qui exijt primo
diluculo conducere opera=
rios in vineam ſuam, Con=
uentione autem facta cum operarijs, ex
denario diurno, miſit eos in vineam ſu

am

num. Et egreſſus circa horam tertiam, vi-
dit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit
illis, Ite & vos in vineam, & quod iu-
ſtum fuerit dabo vobis. Illi autem abie-
runt. Iterum autem exijt circa ſextam
& nonam horam, & fecit ſimiliter. Cir-
ca vndecimam vero horam exijt, & in-
uenit alios ſtantes ocioſos, & dixit illis,
Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicunt
ei: Quia nemo nos conduxit, Dicit illis,
Ite & vos in vineam, & quod iuſtum
fuerit, accipietis.

Cùm autem ſero factum eſſet, di-
cit Dominus vineæ procuratori ſuo,
Voca operarios, & redde illis merce-
dem, incipiens à nouiſsimis vſq; ad pri-
mos. Et cum veniſſent, qui circa vnde-
cimam horã venerant, acceperunt ſinguli
denarium, Venientes autem primi arbi-
trati ſunt, quod plus eſſent accepturi,
Acceperunt autem & ipſi ſinguli dena-
rium, eo autem accepto murmurabant
aduerſus Patremfamilias dicentes: Hi
nouiſsimi vnam horam fuerunt in ope-
re, & illos pares nobis feciſti, qui porta-
uimus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

uimus pondus diei & æſtum. At ille
dixit: Amice non facio tibi iniuriam:
Nonne denario pactus es mecum?
Tolle quod tuum eſt, & abi. Volo au-
tem huic nouiſsimo dare ſicut & tibi.
An non licet mihi facere quod volo in
rebus meis? An oculus tuus malus eſt,
quod ego bonus ſim? Sic nouiſsimi e-
runt primi, & primi nouiſsimi: Multi
enim ſunt vocati, pauci vero electi.

*EVANGELIVM pertinet ad doctrinam de bonis operibus, & ſumma hæc eſt: prædicatione Euangelij non vocari nos ad ignauum ocium, aut voluptates huius vitæ, ſed ad exercitium bonorum operum in qualibet vocatione. Pro quibus bonis operibus, etſi ſunt debita, & per ſe non ſunt digna præmijs, tamen Deus ex pacto ſuæ promiſsionis reddit præmia. Papiſtæ vim faciunt huic Euangelio, cum illud ad doctrinam de Iuſtificatione & acquiſitione vitæ æternæ per opera accommodant.*

*Loci ſunt quinq́.*

*Primus, de vocatione ad ſocietatem Eccleſiæ.*

*Secundus, Vocationem non fieri ad ignauum*

um ocium aut huius vitæ voluptates, ſed ad
ercitia bonorum operum.

Tertius, De præmijs bonorum operum.

Quartus, Confidentes ſuis operibus reijci
eo.

Quintus, Admonitio contra liuorem & in-
diam.

DE PRIMO.

N Patrefamilias non ſemel exeunte, ſed iterũ atque iterum ad vocandum operarios in vine- m ſuam, depingitur cœleſtis Patrisfamilias amor deſiderium noſtri tantum, vt nunquam ceſſet aut deſinat per verbum ſuum & miniſtros ad nos homines exire, vt nos ad ſocietatem Eccleſiæ regni ſui vocet. Sic exiuit Deus ad parentes pſos in Paradiſo, & vocauit eos per promiſ- ionem ſeminis promiſſi ad regnum ſuum, & po- ea, aut immediata apparitione, aut per Patri- chas exiuit, Tandem ipſe vnigenitus Filius ei in aſſumpta carne humana exiuit & elegit poſtolos, per quos & per eorum ſucceſſores ſq; ad nouiſſimum diem exit per vniuerſum or- em, Vocans per Euangelium peccatores ad pœ- itentiam, & hæreditatem regni cœleſtis. Et uidem alios in ipſa infantia & pueritia vocat, ios in iuuenili ætate, alios in ætate virili vel ſe- ili, alios in ipſa extrema hora mortis. Nulla eſt

enim

enim pœnitentia ſera, ſi eſt vera. Huc accommodentur exempla Abrahæ, Nebucadneſaris Darij, Manaſſe, Zachæi, Magdalenæ, Pauli Apoſtoli, Latronis in cruce, & infinita alia, & vna eſt perpetua ſententia vocationis, Matth. 11. Venite ad me omnes &c. Quare meditatio vocationis Euangelicæ inſigniter confirmat doctrinā de gratuita iuſtificatione, & acceptatione peccatoris per ſolam gratiam & miſericordiam Dei ſicut hoc Apoſtolus explicat ad Roma. 9. Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt. Item Non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei.

De hoc itaque loco copioſe, & cum magna conſolatione peccatorum, & confirmatione doctrinæ de gratuita iuſtificatione & acceptatione dici poteſt citatis exemplis maximè conſpicuis. vt Adam & Eua certe non propter opera ipſorum vocati ſunt, quia operibus ſuis iam offenderant Deum, & iram Dei ita in conſcientijs ſentiebant, vt Deum fugerent, & vt hoſtes Dei mallent non eſſe Deum, Ergò eorum vocatio per promiſsionem mere fuit gratuita, vt Paulus dicit: Non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei: Similiter Abraham Idolatra fuit, neque certè propter Idolatriam, quæ eſt horribile peccatum, vocatus fuit, neq; Nebucadneſar propter impietatem, neq; Zachæus propter auaritiam &

iuſtitiam, neque Magdalena propter impudici-
um, neq; Paulus propter blaſphemias & perſecu-
ones Apoſtolorum, ſed omnes hi vocati ſunt
r ſolam Dei miſericordiam & gratiam, ſicut
ſe inquit Paulus: Miſericordiam conſecutus
um. Huc pertinet inſignis locus, 2. ad Timoth.
Deus ſaluos nos fecit, & vocauit vocatione
ncta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum
opoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis in
Chriſto Ieſu &c. Hæc meditatio, vt dixi, per-
et ad declarationem ineffabilis gratiæ Dei, cui
li acceptam ferre debemus noſtram ſalutem, ſi-
t ad Epheſios 2. dicitur: Gratia ſaluati eſtis
r fidem, & hoc non ex vobis. Dei donum eſt;
n ex operibus, ne quis glorietur.

Addenda eſt admonitio, vt vocationi con-
maciter non repugnemus, vt non ſimus ex il-
, de quibus queritur Chriſtus. Iohan. 5. Vos
n vultis venire ad me, vt vitam habeatis.
em, Matth. 22. Et noluerunt venire. Item.
3. volui te cõgregare, & tu noluiſti, Eſai. 65.
Roma. 19. Tota die expandi manus meas ad
pulum non credentem & contradicentem. Ie-
niæ 7. Miſi ad vos ſeruos meos, Prophetas,
non audiuerunt &c. Ad hanc admonitionem
rtinet dictum, ad Hebr. 3. & Pſalm. 95. Ho-
ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare cor-

da ve-

da veſtra &c. ſed exhortemini vos inuicem donec appellatur dies hodiernus, ne quis ex vobis induretur ſeductione peccati.

## DE SECVNDO.

ECCLESIA comparatur vineæ, ſicut etiam Eſaiæ 5. & Pſalm. 80. Vt autem in vinea ſunt ordinati labores eorum, qui ad eam vocantur, ita Deus præparauit, vt in Eccleſia non ſit ignauum ocium, ſed ſit exercitium bonorum operum & tolerantiæ: quæ opera ſunt fructus fidei & ſunt præſtanda, tum in generali vocatione omnium Chriſtianorum, tum in ſpeciali vocatione diſtinctorum officiorum. Reprehendatur itaq; in hoc loco perſuaſio eorum, qui exiſtimant ſe vocari ad Eccleſiam, tanquam ad Epicuream vitam, plenam ocij, libidinum & voluptatum: Ea eſt Diabolica perſuaſio: nam Eccleſia non eſt taberna, non eſt mons Veneris, ſed eſt vinea, in qua Deus præparauit exercitia bonorum operum ſicut in vinea ſunt præparati, id eſt, ordinati labores. Itaq; huc accõmodetur dictum ad Ephe. 2. Ipſius factura ſumus conditi ad bona opera, quæ præparauit Deus, vt in eis ambulemus, & 1. ad Theſſa. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, non enim vocauit nos Deus ad immundiciem, ſed ad ſanctificationem: cùm multis alijs

dictis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ctis ſcripturæ, quæ de debito obedientiæ nouæ
quuntur, vt ad Roma. 6. Serui facti eſtis Deo.
l Roma. 7. Liberati ſumus à lege, vt ſeruia-
us in nouitate Spiritus. Ad Roma. 8. Debito-
s eſtis. Ac præcipuè concio Baptiſtæ, Matth. 3.
ucæ 3. Facite fructus dignos pœnitentia. Hic
cus amplificetur diſtributione vocationum.

Primùm generalis noſtra vocatio, eſt voca-
o in vineam, ſeu ad ſocietatem Eccleſiæ, ad com-
une exercitium pietatis & bonorum operum, &
ntiẽtiæ, Deinde, vt ſunt in vinea diſtincti ordines
borum: ita ſunt in hac vita diſtinctæ vocatio-
es officiorum, quæ officia ſingula ſunt plena or-
natorum laborum. Siue igitur ſis in Eccleſiaſti-
, ſiue in politico, ſiue in Oeconomico officio, co-
tato te eſſe vocatum, vt in vinea Domini pro-
ia facias, & fideliter tuos labores pro ratione
i officij efficias, & patienter feras, quæ ſunt fe-
nda. Hæc diſtributio ſi ducatur per officia ſin-
ula, copioſam & gratam, & vtilem dicendi
ateriam præbet.

Addatur poſtea reprehenſio ignaui ocij, ſi-
ut Paterfamilias in Euangelio dicit: Quid ſtatis
ioſi? Deus laborem ordinauit etiam ante lap-
m: quia poſuit Adam in Paradiſum, vt in eo
boraret: & hanc ordinationem poſt lapſum re-
tinuit & confirmauit: In ſudore vultus &c.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Ocium ignauum non ordinauit: ideo etſi quietem Sabbathi ordinauit, tamen non voluit eam quietem eſſe ignauum ocium, ſed ſanctificationem. Quamuis itaq; nobis ſæpe labor in vocationibus & officijs moleſtus & grauis eſt: tamen cogitemus laborem ordinatum eſſe rem ſanctam & beatam, ſicut Pſalm. 128. dicitur: Labores manuum tuarum manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Melius itaq; eſt, vt quiſq; in ſuo officio in ſudore vultus faciat labores Deo gratos, quàm vt ignauo ocio ponat puluinar Satanæ, qui per occaſionem ignaui ocij docet homines multam maliciam, ſicut Eccleſiaſt. 33. ſcriptum eſt, & ſic eos miſerrime implicat multis peccatis, & calamitatibus temporalibus & æternis.*

*Citentur huc loci de ocio & ignauia, & viciſsim de diligentia & induſtria, præcipuè ex Prouerb. Salomonis & Eccleſiaſtico, Nec erit ineptum, ſi quis etiam dicta aliorum ſapientum de ocio, quæ ſunt ex ipſa experientia ſumpta, poßit accommodare, vt Demoſthenes vocat ocium inſidioſum, Euripides vocat ocium iucundum malum. Menander dicit: Homines nihil agendo, male agere diſcunt. Ouidius inquit de Ægiſtho:*

*Quæritur Ægiſthus, quare ſit factus adulter,*
*In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.*

*Et tradit vtile præceptum aut doctrinam Ethicam:*

Ocia

*Ocia ſi tollas periêre Cupidinis arcus,*
*Contemptæq; iacent & ſine luce faces.*
*...tem, Res age, tutus eris.*

## DE TERTIO.

*AD locum tertium pertinet doctrina de præmijs bonorum operum, quæ non dantur nobis ex pacto obligationis propter noſtram dignitatem, & meritum bonorum operum per ſe, ſicut Chriſtus Lucæ 17. declarat parabola de ſeruo, quam ſic concludit, Num gratiam habet ſeruo illi, qui fecit ea, quæ imperata fuerant? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus: ſed dantur præmia per gratiam ex pacto promiſsionis diuinæ: Itaq; huc allegari debent aliquot dicta talium promiſsionum, quibus promittuntur à Deo præmia, quæ vbiq; in ſcriptura obuia ſunt.*

## DE QVARTO.

*CONFIDENTES ſuis operibus manifeſtè reijciuntur à Deo, ſicut Paterfamilias manifeſtè dicit ad operarium confidentem ſuo merito & labore: Tolle quod tuum eſt & abi. Huc pertinent multi egregij loci, præcipuè ex Epiſtola ad Galatas.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# DOMINICA
## DE QVINTO.

INVIDIA horrendum eſt peccatum, quæ ex benedictione Dei erga proximum ſugit diabolicum venenum liuoris, qui nunquam eſt ſine horribili odio, et multis alijs peccatis, ſicut teſtatur hiſtoria Laban, et filiorum eius inuidentium Iacobo propter Dei benedictionem. Item, Saulis hiſtoria inuidentis Dauidi, & in illa inuidentia à Diabolo obſeſsi & incitati, vt tentaret aliquoties Dauidem innocentem occidere. Et quanquam ſic mirabiliter ordinatum eſt, vt liuor non tantum ſit peccatum, ſed etiam pœna ipſum authorem confligens & conſumens, ſicut Prouerb. 14. dicitur: Putredo oſsium inuidia. Atq; Philoſophi & Poetæ ex conſideratione experientiæ idem dixerunt: Vt Horatius inquit 1. Epiſt.

*Inuidus alterius rebus marceſcit opimis,*
*Inuidia Siculi non inuenere Tyranni.*
*Maius tormentum.*

Tamen ſciendum eſt inuidos non agentes pœnitentiam, non tantum hic puniri temporaliter, ſed etiam poſt hanc vitam, æterna condemnatione, ſicut Paulus ad Galat. 6 inquit: Inuidos regnum Dei non eſſe poſſeſſuros, Et in hoc Euangelio Chriſtus inuidum à ſe cum ſuo denario, hoc eſt, illis bonis, quæ in hac vita accepit, abigit, dicens: Tolle quod tuum eſt, & abi. Ea eſt dura

ſen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ntentia conueniens cum illa, Matth. 7. Diſce
te à me omnes, qui operamini iniquitatem.

Pro concluſione huius loci poterit explicari,
lud dictum: An oculus tuus malus eſt, quia ego
onus ſum. Conſideratio bonitatis Dei non ſo-
m erga nos, ſed etiam erga alios debet nos inui-
re ad prædicationem gratiæ Dei, vt dica-
us: Benedictus Deus, qui tam bonus eſt, &c.
uare verè eſt Diabolica malitia, cum homo
opter bonitatem Dei erga proximum ipſe fit
quam malus & inuidus hoſtis Dei benefacto-
s & proximi qui beneficium accipit, Caueamus
gò hoc & ſimilia peccata, per quæ Diabolus
iam ſæpe illos qui audiunt Euangelium rurſus
Deo abſtrahit. Sicut manifeſtè docet Saulis
iſtoria, qui ex templo Spiritus ſancti factus eſt
abitatio & mancipium Diaboli, id eſt, ex pri-
o factus eſt vltimus, qui hanc vocem audiuit,
& in nouiſſimo die audiet, Tolle quod tuum
eſt & abi: Accepit bona ſua in vi-
ta ſua, & in æternum crucia-
bitur, Lucæ 16.

# DOMINICA SEXAGESIMA, EVANGElium Lucæ 8.



CVM AVTEM TVRba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, Et dum ſeminat, aliud quidem cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli

come-

comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram, & natum exaruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens: clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat.

Interrogabant autem eum diſcipuli eius dicentes, quæ eſſet hæc parabola. Ille autem dixit: Vobis datum eſt, noſſe myſteria regni Dei, ceteris autem in Parabolis, vt videntes, non videant, & audientes non intelligant.

Eſt autem hæc Parabola, Semen eſt verbum Dei, Qui autem ſecus viam, hi ſunt, qui audiunt, Deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Qui autem ſupra petram, hi ſunt, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt Verbum, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, ſed in tempore tentationis recedunt. Quod autem inter ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audierunt, & à ſollici-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tudinibus & diuitijs, ac voluptatibus vitę euntes ſuffocantur, nec referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde honeſto ac bono audientes ſermonem, retinent, & fructum afferunt per patientiam.

*PRÆCEDENTIS Dominicæ Euangelium concluſit Chriſtus hac ſententia: Sic erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi. Multi enim ſunt vocati, ſed pauci electi. Ex qua ſententia non rectè intellecta, multi periculoſas diſputationes extruunt. Quare ſapienter hoc Euangelium ad hanc Dominicam ordinatum eſt. Quia Chriſtus ipſe in hoc Euangelio mentem ſuam explicat, quomodo ſcilicet eam ſententiam velit intelligi. Multi ſunt vocati, pauci verò electi, & omnino conſentit hæc interpretatio, cum ea quam etiam Matth. 22. proponit Chriſtus in parabola de Rege, qui vocabat conuiuas ad nuptias filij ſui, & vocati noluerunt venire, poſtea verò cum alij vocarentur, erat etiam inter illos vnus non habens veſtem nuptialem, qui eijciebatur in tenebras. Nam illam quoq; parabolam eadem ſententia concludit Chriſtus. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi, & concordat ſimilis parabola Lucæ 14.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Eſt autem ſumma hæc, quod cauſa perditio-
nis impiorum hominum non eſt Deus, aut præde-
ſtinatio Dei vel electio ipſius: Sed Diabolus &
mala voluntas hominum nolentium ſequi voca-
tionem, & nolentium credere Euangelio, vt ac-
cipiant vitam æternam, ad quam omnes creden-
tes in vnigenitum filium Dei ſunt electi. Sicut .n.
vocatorum Iudæorum reiectione & perdi-
tione expreſsè dicit Deus, Oſeæ 4. Populus meus
periit, quia diſcere non vult. Et cap. 13. Perditio
tua ex te eſt Iſrael, tantummodo in me auxilium
tuum: atq; ſimiliter de eo exemplo diſputat Apo-
ſtolus in Epiſtola ad Romanos, vbi cap. 11. cla-
re dicit: Rami per incredulitatem fracti ſunt, id
eſt, reiectionis Iudæorum cauſa non fuit Deus
aut Dei prædeſtinatio & electio, ſed propria ipſo-
rum incredulitas. Ita etiam de ſingularibus ex-
emplis omnium impiorum & incredulorum cogi-
tandum & iudicandum eſt, in quibus verbum
Dei nullum fructum adſert. Sicut dicit Chriſtus
Iohan. 5. Vos non vultis venire ad me, vt vi-
tam habeatis: Firmiter enim tenenda eſt hæc re-
gula, Quod Deus neminem prædeſtinauit ad im-
pietatem, mortem & condemnationem, ſed præ-
deſtinauit omnes credentes in Filium vnigeni-
tum Ieſum Chriſtum ad hæreditatem vitæ æter-
næ: quæ regula expreſsis verbis traditur à Pau-
lo 1. ad Theſſal. 5. Non conſtituit nos Deus, vt



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*iram nobis concitemus, ſed vt ſalutem conſe-
quamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum
qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus
ſiue dormiamus cum illo viuamus. Hæc regul
confirmatur illuſtri dicto, 1. ad Timoth. 2. Deu
vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitio
nē veritatis venire, vnus enim Deus, vnus &
Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus
qui dedit redemptionē ſemetipſam pro omnibus
Hæc eſt autem voluntas Dei, vt Chriſtus Iohan
6. inquit: vt omnis qui videt Filium, & credi
in eum, habeat vitam æternam. Et ego ſuſcitab
illum in nouiſsima die.*

*Secundum hæc dicta de voluntate Dei, &
non aliter de prædeſtinatione & electione cogi
tandum eſt, & omnibus modis eſt cauendum
ne fingamus in Deo contradictorias voluntates
videlicet, quod contra voluntatem Dei vniuer
ſali promiſsione reuelatam, & exhibitione &
ſatisfactione vnigeniti Filij, pro peccatis totius
mundi confirmatam, pugnet alia Dei voluntas
qua aliquos non velit credere promiſsioni, & ſic
participes fieri meritorum Chriſti. Talis contra-
dictio non eſt in voluntate Dei, ſed repugnantia
contra voluntatem Dei reuelatam in promiſsio-
ne Euangelij eſt in hominibus, ſicut Chriſtus ma-
nifeſtè dicit, Matth. 23. Volui te congregare, &
tu noluiſti. Iohan. 5. Vos non vultis venire ad*

me

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

e, vt vitam habeatis. Eſaiæ 65. Expandi ma-
s meas tota die ad populum non credentem &
ntradicentem, Ierem. 7. Hoc mandaui eis
dixi: Audite vocem meam: & ero veſter De-
, voſq́; eritis mihi populus, ipſi verò noluerunt
dire & inclinare huc aurem ſuam, Ieremiæ 17.
on audiunt neq; inclinant huc aurem ſuam, imo
durant ceruicem ſuam ne audiant me, & non
unt ſe erudire. Zachariæ 7. Et noluerunt at-
ndere, & auerterunt ſcapulam retrodicentes,
aures ſuas aggrauauerunt, & cor ſuũ poſue-
nt vt Adamantem, ne audirent legem & ver-
, quæ miſit Dominus Deus exercituum per
anus Prophetarum priorum. Et facta eſt indi-
atio magna à Domino exercituum. Tales
erelæ multæ extant in Prophetis, quæ huc per-
ent.

Hactenus de ſumma doctrinæ dixi, quam
riſtus in parabola huius Euãgelij explicat: cu-
s intellectus eò eſt facilior, quia ipſe Chriſtus
lucidam interpretationem partium ſimilitu-
nis addit.

Loci tres ſunt.

Primus, de ſeminatione Euangelij, quæ eſt
ædicatio verbi.

Secundus, De differentia eorum, qui audi-
t Euangelium ſeu verbum Dei.

Tertius, Cognitionem myſteriorum Dei
num eſſe.

DE

## DE PRIMO LOCO.

IN hoc loco poſſunt repeti ea quæ in Euangelio Dominicæ de prædicatione & miniſterio dicta ſunt. Porro in hoc Euangelio inquit Chriſtus: Semen eſt verbum Dei, Sic etiam Mar. 4. dicit: Seminans verbum ſeminat. Et Petrus 1. Pet. 1. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum. Hoc eſt autē verbum quod euangelizatum eſt ad vos. Hoc ſemen ſeminatur à Filio Dei per miniſterium prædicationis omni tempore, donec ſibi in hoc mundo colligit Eccleſiam: Sicut itaq; Agricola ſeminans, vellet vt omnia ſemina, quæ ſpargit caderent in bonam terram, & fructum adferrent: Ita vellet Filius Dei, imò ſancta Trinitas, vt omnes homines acciperent verbum Euangelij corde bono, & in patientia fructum afferrent, ſicut de fine ſeminationis, id eſt, prædicationis Euangelij perſpicuè dicitur: Iohan. 1. Iohannes venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent in illum. Expreſſe dicitur: Vt omnes crederent, non dicitur: vt aliqui tantùm crederent. Quia ſicut promiſſio vniuerſalis eſt, & ſicut toti mundo datus, & pro toto mundo paſſus eſt Chriſtus: Ita Deus vult, vt in toto mundo ſeminetur Euangelium, vt omnes homines perueniant ad ag-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ionem veritatis, credant & ſalui fiant. Hæc valde dulcis cogitatio, vt ſinguli ſciamus De-u velle vt ſinguli Euangelium audiamus, fide prehendamus, & ſalui fiamus: Deum neq; te, que me ex vniuerſali promiſsione Euangelij u prædeſtinatione aut electione excluſiſſe, niſi ſmetipſi per incredulitatem nos excludamus. ut ad Roma. 11. de Iudæis ſcriptum eſt, per redulitatem rami fracti ſunt. Hic locus valde regiè poteſt amplificari & illuſtrari citatione emplorum: vt de Iudæis ad quos non tantum ſsi ſunt Prophetæ & Apoſtoli, ſed venit ipſe lius Dei prædicans ipſis, & vocans illos, & ns propter perditionem eorum. Item, ſingula-a exempla poſſunt allegari in exemplis Saulis Iudæ &c.*

DE SECVNDO LOCO.

QVATVOR *proponuntur differentiæ ſeu quatuor ſpecies eorum, qui audiunt verbum ei, ex quibus tamen vna tantum ſpecies eſt eo-rum, qui ſaluantur. De prima ſpecie dicit Chri-us: Aliud ſemen cecidit circa viam, & con-lcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud. i autem iuxta viam, hi ſunt qui audiunt, de-de venit Diabolus, & tollit ſermonem è corde rum, ne credentes ſaluentur. Et Matt. 13. Cùm*

quis

quis audit ſermonem regni, & non intelligit, V
nit ille malus & rapit hoc quod ſeminatum eſt
corde illius. Hic eſt qui iuxta viam ſeminat
eſt. Procul dubio hac ſpecie complectitur Chriſt
eos, qui etſi audiunt conciones Euangelicas: t
men id magis conſuetudine quadam quàm ſer
auiditate faciunt. Non enim adferunt ad conci
nes ſitim & famem ſpiritualem: ideo oſcitant
etiam ſine attentione, meditatione & intellec
audiunt. Itaq; ſicut ſemen in via iacens aut co
cultatur ab ambulatoribus, aut deuoratur ab au
bus: Ita in talibus auditoribus aut conculcat
verbum auditum ab alijs cogitationibus, quæ p
corda eorum ambulant, aut aufertur à Diabol
cordibus. Notetur autem horribile dictum h
de diaboli aſtutia & potentia in incredulis, qu
ſicut aues à via roſtris ſuis colligunt ſemina: I
Diabolus tollit è cordibus eorum, de quibus h
loquitur Chriſtus, Verbum Dei, ne credent
ſalui fiant.

Cogitemus itaq; ad auditionem verbi D
eſſe adferendam veram ſitim & famem cum
ria inuocatione, ne permittamur tentationibus
inſidijs Diaboli, ſed vt donemur gratia Spirit
ſancti, qui per auditum Euangelij ſit efficax
cordibus noſtris, & in eis veram meditatione
& veram fidem per verbum auditum acce
dat.

De

De ſecunda ſpecie auditorum dicit Chri-
s: Aliud cecidit ſuper petram, & enatum aru-
quia non habebat humorem, Marci 4. &
tth. 13. hoc dicitur prolixius: Aliud cecidit
er petroſa, vbi non habuit terram multam,
ſtatim exortum eſt, quòd nõ haberet altitudi-
n terræ. Sole autem exorto, æſtu affectum eſt,
ò quòd non haberet radicẽ exaruit. Hi autem
t qui cum audierunt, cum gaudio ſuſcipiunt
bũ, & quia radicẽ non habent ad tempus cre-
t. Deinde in tempore tentationis orta ſcilicet
ictione & perſecutione offenduntur & rece-
t. Tales multos eſſe omnibus temporibus
ndunt hiſtoriæ & experientia. Quare debent
ua exempla eorum, qui in afflictionibus con-
Deum murmurarunt, & in cruce & perſecu-
ibus defecerũt à Deo, recitari: & addi debet
onitio de perſeuerantia & conſtantia ad
m neceſſaria eſt aſsidua inuocatio. Præcipuè
pertinet accommodatio hiſtoriarum de mur-
ationibus Iudæorum in deſerto: in quibus hi-
ijs, vt Paulus inquit ad Corinthios, figuræ
is præſcribuntur ad noſtri admonitionem.

De Tertia ſpecie auditorum dicit Chriſtus:
ud cecidit inter ſpinas, & ſimul enatæ ſpinæ
ocauerunt illud. Quod autem inter ſpinas ce-
t, hi ſunt, qui audiuerunt, & à ſollicitudini-
bus

*bus & diuitijs ac voluptatibus vitæ euntes ſuf-
focantur, nec referunt fructum. Tria ſpinaru
genera nominat Chriſtus, quibus verbum Dei
cordibus humanis ſuffocatur, quibus alia ſpin
rum genera aut incluſa aut cognata ſunt.*

*Prima eſt ſollicitudo ſeu cura huius ſecu
quæ eſt nimia curioſitas, & anxietas circa re
ad hunc mundum, & vitam pertinentes, de qu
dehortatur Chriſtus grauiſſima concione, Matt
6. & Lucæ 12. Ne ſitis ſolliciti vitæ veſtræ,
qua concione dicitur 15. Dominica Trinitat
Lucæ. 9. de hac ſollicitudine dicitur: Nem
ponens manum ad aratrum & retroſpiciens apt
eſt regno Dei. Et Lucæ 17. iubet Chriſtus,
memores ſimus vxoris Loth, quæ ob nimiam ſo
licitudinem retroſpiciens, verſa eſt in ſtatua
ſalis. Hæc nimia ſollicitudo etiam amorem nim
um ſui, ſuæ vitæ, & ſuorum complectitur. Ita
huc pertinent etiam dicta, quæ iſtum nimiu
amorem reprehendunt. Vt Matth. 12. Qui am
patrem & matrem, plus quàm me &c. Lucæ
Qui vult me ſequi abneget ſemetipſum.*

*Secundum genus ſpinarum ſunt diuitiæ ſe
Matth. 13. deceptio diuitiarum ſeu auarit
Diuitiæ quidem ſiue auaritia, ei qui eas recte po
ſidet, & recte eis fruitur, ac vtitur, ſunt Dei b
nedictiones & non ſunt ſpinæ. Tunc autem ſp*

*næ ſ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

fiunt, quando illis apponitur cor. Abrahamo,
aco, Iacobo & ſimilibus diuitiæ non erant
inæ. Sed auaris diuitiæ ſpinæ ſunt, quæ nobile
men verbi Dei in cordibus eorum ſuffocant.
ut auaritia Iudæ ſuffocabat in corde ipſius
nes conciones Chriſti, Et Luc. 16. vbi Chri-
us proponit Concionem, quod nemo poßit ſimul
uire Deo & Mammonæ: vbi expreſſe addi-
, deridebant eum Phariſæi. Quia erant auari.
rtinet huc concio Chriſti de diuitibus Matth.
. difficile diues intrabit &c. Et deſcriptio
ritiæ 1. ad Timoth. 6. Vbi expreßis verbis
itur. Qui volunt diuites fieri, incidunt in ten-
ionem & laqueum Diaboli, & deſideria mul-
nutilia et noxia, quæ mergunt homines in in-
tum & perditionem. Radix .n. omnium ma-
um auaritia: quam quidam appetentes er-
erunt à bono, & inſeruerunt ſe doloribus
ndi. Admoneantur hoc loco itaq; diuites, ne
ant Cor in diuitias, & ne ſperent in diuitijs
s, ſed in Deum viuum.

Tertium genus ſpinarum eſt voluptas, quæ
plectitur præcipuè libidines & gulæ vicia,
n alios affectus: odium, iram &c. Eſt autem
us mundus plenus talium exemplorum, quæ
quotidiana experientia monſtrant, quomodo
luptates & affectus ſuffocent verbum Dei
is, qui libertate Chriſtiana ad libidines, affe-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ctus & voluptates ſuas abutuntur, quorum ſci*
*licet Deus venter eſt, vt inquit Paulus. Ad hæ*
*tria genera præcipua poſſunt plura addi, quæ au*
*in his includuntur, aut ſunt cognata, & extan*
*in catalogo peccatorum 1. ad Corinth. 6. & a*
*Gala. 5. vt in corde Saulis fuerunt ſpinæ odij*
*liuoris erga Dauidem, & in alijs ſunt aliæ*
*multæ coniunctæ ſpinæ & tribuli.*

*De quarta Specie auditorum dicit Chriſtus*
*Aliud cecidit in terram bonam, & enatum fec*
*fructum centuplum. Et Matt. 13. Mar. 4. Aliu*
*cecidit in terram bonam, & dabat fructum eme*
*gentem et creſcentem, et adferebat vnum 30.*
*vnum 60. et vnũ centum. Quod autem in bona*
*terram cecidit, hi ſunt, qui corde bono & optim*
*audientes verbum retinent, & fructum adferu*
*per patientiam, alius quidem centuplum, aliu*
*ſexagecuplum, alius trigecuplum. Etſi ergò mu*
*ti ſunt, qui ſine fructu verbum audiunt: tame*
*ſine fructu non prædicatur verbum, ſicut ſcr*
*ptum eſt Eſaiæ 55. Verbum meum non redib*
*ad me vacuum. Ergò ſint Concionatores in ſem*
*nando aſſidui, ſicut Syracides monet cap. 11*
*Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſ*
*manus tua, quia neſcis quid magis oriatur, ho*
*an illud, & ſi vtrunq; ſimul, melius erit. H*
*dicendum eſt, quòd non poſſimus fieri bona terr*

nam

niſi per gratiam & auxilium Spiritus ſancti. Ergò aſsiduè orandum eſt, vt DEVS per Spiritum ſanctum ex cordibus noſtris faciat bonam terram, quæ verbi DEI ſemen accipiat, & in qua illud incorruptibile verbum fidei radices agat ad fructificandum. Et vt Deus det verbo incrementum, ſicut 1. ad Corinth: 3. dicitur: Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem dedit incrementum, Itaq; neq; qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, id eſt, ſine Dei gratia prædicationis labor non adfert fructus.

Deinde dicendum eſt de fructibus bonorum operum, quæ ſequuntur fidem verbi, & ſunt teſtimonia & ſigna, quòd verbum auditum fide radices egerit in corde.

Tertiò de patientia dicitur, quæ eſt virtus neceſſaria ad perſeuerantiam, ne propter afflictionum & perſecutionum moleſtias & impatientiam radix verbi rurſum areſcat, & fides abiiciatur. Ideò pertinet huc dictum Pauli ad Hebræos 10. Ne abieceritis fiduciam veſtram, quæ magnam habet præmij retributionem. Nam patientia vobis opus eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem. Et Iacobi 5. Patientes eſtote Fratres, vſque ad aduen-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tum Domini, Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ patienter expectans illum, donec accipiat pluuiam tempeſtiuã & ſerotinam. Patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quoniam aduentus Domini appropinquat.

Quarto dicendum eſt de hoc diſcrimine quod alij quidem alijs vberiores fructus adferunt per gratiam & dona Dei, Attamen ideo neq; contemnendi ſunt, neq; deſperare debent, illi qui ſunt imbecilliores. Sed hi petant augeri in ſe fidem & dona: Sicut Dauid petit Pſalmo 51. Et illuſtris promiſsio Chriſti eſt, Quantò magis pater cœleſtis dabit Spiritum ſanctum petentibus.

## DE TERTIO LOCO.

TERTIVS locus docet intellectum myſteriorum regni Dei eſſe Dei donum, quem locum Paulus copioſe explicat 1. ad Corinth. 1. Nobis inquit reuelauit Deus per Spiritum ſuum. Item animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stulticia enim illi ſunt. Tales animales ſunt de quibus dicit hoc loco Chriſtus. Quod videntes non videant, & intelligentes non intelligant.

# DOMINICA QVINQVAGESIMA LVcæ 18.



ASSVMPSIT AVTEM Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas, de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conſpue-

tur. Et poſtquàm flagellauerint, occident eum, & die tertia reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat uerbum iſtud abſconditum ab eis, & non cognoſcebant, quæ dicebantur.

Factum eſt autem, cùm appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Cùm autem audiret turbam prætereuntem, ſciſcitabatur, quid hoc eſſet. Annunciauerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens, Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Ipſe verò multò magis clamabat, Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſus, iuſsit illum adduci ad ſe. Cùm autem appropinquaſſet, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis ut faciam? At ille dixit, Domine, ut reſpiciam. Et Ieſus dixit ei, reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim reſpexit, & ſequebatur illum glorificans Deum, & omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

EVANGELII hiſtoria facta eſt in poſtremo itinere Domini verſus Hieruſalem ad paſ-ſionem, continetq́ duas partes.

Prima eſt prædictio Chriſti de paſſione, morte, & reſurrectione ſua.

Secunda eſt hiſtoria miraculi de ſanatione cæci.

DE PRIMA PARTE.

PRIMÆ partis loci ſunt: Primus de cauſis cur Chriſtus prædixerit ſuis diſcipulis paſſionem, mortem, & reſurrectionem ſuam. Secundus de informatione Apoſtolorum. De primo loco Lucæ 24. inquit Angelus ad mulieres, quærentes Chriſtum in ſepulchro. Recordamini quatenus loquutus eſt vobis, cùm adhuc eſſet in Galilæa dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertia die reſurgere, Ergo prædictiones Chriſti de ſua paſſione, morte & reſurrectione, non ſunt oſcitanter legendæ, ſed ſæpe repetendæ ſunt. Debent autem in illis prædictionibus præcipuè conſiderari quatuor cauſæ.

Prima cauſa eſt, vt tota hiſtoria paſſionis, mortis, & reſurrectionis Chriſti, conferatur cum omnibus prædictionibus antecedentibus, hoc eſt, tum Prophetarum, tum etiam ipſius Chriſti,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Quia hæc collatio oſtendit Chriſtum crucifixum & reſuſcitatum tertia die, eſſe verum Meßiam & Saluatorem mundi, cui omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, & quem ſic oportuit pati & mori, & tertia die reſurgere, vt conſummarentur omnia quæ ſcripta ſunt de ipſo in Prophetis. Ad hanc cauſam pertinet dictum Chriſti, Iohan. 5. Scrutamini ſcripturas, quia vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Item, Si crederetis Moyſi, vtiq́ et mihi crederetis, de me enim ſcripſit ille. Et Act. 3. inquit Petrus. Deus pronunciauit per os omnium ſuorum Prophetarum, paſſurum eſſe Chriſtum, ſic impleuit.*

*Secunda cauſa eſt cum præcedente coniuncta, videlicet ne ſcandalizarentur Apoſtoli, & ne nos ſcandalizaremur paßione & morte Chriſti, ſicut ſcandalizantur & Iudæi Eſaiæ 53 vidimus eum, ſed non erat forma, quam conſiderauerimus: ideo nihili reputauimus eum: & ſicut omnes ſapientes mundi ſcandalizantur, quibus Euangelium de crucifixo Chriſto eſt ſtulticia. Sed vt nos contra cum Apoſtolis confirmatis in fide dicamus, ſicut Paulus dicit 1. ad Corinth. 1. Crucifixus Chriſtus eſt nobis Dei virtus, & Dei ſapientia, Quia eſt Meßias promiſſus, qui ſecundum ſcripturas pro nobis crucifixus eſt. Et cum Eſaia dicamus cap. 53. contra*

*ſcan-*

*ndalum Iudæorum: Verè iniquitates noſtras ſe portauit, & peccata noſtra ipſe tulit, diſcina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſati ſumus. Huc pertinet dictum Matth. 11. Lu7. Beati qui non fuerint ſcandalizati in me, Et han. 13. Amodo dico vobis, priuſquam fiat, cum factum fuerit credatis quod ego ſum.*

*Tertia cauſa eſt, vt conſiderantes prædictio Chriſti, ſciamus ipſum neq; caſu, neq; inuito, ſponte & volentem pro nobis paſſum eſſe, qua ſpontanea & voluntaria oblatione dici ad Philip. 2. Eximaniuit ſemetipſum ſum ſerui forma, factus obediens Patri vſq; ad rtem, mortem autem crucis. Et ad Hæbræos . ac Pſalmo 40. Tunc dixi, Ecce venio & iam Deus voluntatem tuā: in qua voluntate ctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu riſti ſemel, Et Iohan. 10. inquit Chriſtus, opterea diligit me Pater, quod ego ponam mam meam, vt iterum ſumam eam, nemo it eam à me, ſed ego ponam eam à meipſo. ius cauſæ conſideratio ad amplificationem di tionis Chriſti erga nos pertinet, Sicut Chriſtus quit, Ioh. 15. Maiorem hac dilectionem nemo bet, quam vt animam ſuam ponat quis pro icis ſuis, & Paulus dicit: Qui dilexit me & didit ſemetipſum pro me.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Quarta cauſa eſt, vt ſciamus ſomnium Iudæorum de mundano regno Meſsiæ eſſe errorem pugnantem cum omnibus promiſsionibus et prædictionibus de Meſsia. Nam talis Meſsias eſt promiſſus, qui non eſſet habiturus regnum de hoc mundo, Sed quem oportuit tradi Gentibus, illudi, flagellari, occidi, & tertia die reſurgere, & ſic intrare in gloriam ſuam. Huc itaq; pertinent omnes accommodationes Prophetarum ad Chriſti paſsionem, de quibus in hiſtoria paſsionis dictum eſt. Pertinet etiam huc dictum Chriſti Matth. 20. Filius hominis non venit vt ſibi miniſtretur, ſed vt miniſtret, & det animam ſuam in redemptionem pro multis. De his cauſis ſæpè cogitandum eſt, ſicut admonet Angelus, Recordamini &c.

DE SECVNDO LOCO.

Euangeliſta dicit de Diſcipulis: Et ipſi horum nihil intellexerunt. Erat autem verbum illud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Hæc fuit magna imbecillitas in Apoſtolis, quam Chriſtus tolerauit, nec propterea eos abiecit. Diſcamus itaq; ex hoc loco nec deſperare illos debere, qui ſuam imbecillitatem agnoſcunt, nec Stoicè abijciendos eſſe illos, qui ſunt adhuc imbecilles in cognitione & fide, & non ſunt hoſtes, ſed ſunt dociles, ſicut ad Rom. 14.

præc

…ipitur, *Infirmum in fide aſſumite, Deus* …n illum aſſumpſit. Imò admonendi ſunt imbe…s, vt orent, & ſimul cum ipſis orare debe…, vt Deus fidem eorum & noſtram adiuuet, …eat & confirmet. Orant Apoſtoli Lucæ 17. …uge nobis fidem. Et pater pueri habentis …um ſpiritum, Marci 9. Credo Domine, ad… incredulitatem meam. Et Dauid Pſal. 51. …itum firmum innoua in viſceribus meis.

Recitentur etiam exempla Apoſtolorum, …nunc ſunt ita imbecilles, ſed poſt reſurrectio… Chriſti aperti ſunt ipſis ſenſus ad intelligen… Scripturas & myſteria fidei. Et de ipſa in…gentia etiam Apoſtolica, dicit Paulus 1. ad …nth. 13. ex parte cognoſcimus, & ex parte …hetamus, Non itaq; miremur nos quoq; ex …e & intelligere & ex parte prophetare. Nam …ectiſsima cognitio erit in altera vita, vbi co…cemus ſicuti cogniti ſumus. Ita hic locus & …olationem & admonitionem continet.

## DE SECVNDA PARTE.

…CVNDÆ partis primus locus eſt de mira…lis: De hoc loco copioſè dicetur in Euange… Dominicæ 7. Trinitatis. Reliqui loci perti… ad dictum Pſalmi 50: Inuoca me in die tri…tionis, & eruam te, & glorificabis me.

Secun-

*Secundus itaq; locus eſt doctrina de inuoca-tione, per quam omnes afflicti confugere debe- ad Chriſtum ſaluatorem, opitulatorem & medi-cum, qui, vt Pſal. 103. dicitur, propiciatur o-mnibus iniquitatibus noſtris, & ſanat omnes in-firmitates noſtras. Redimit de interitu vita- noſtram, & coronat miſericordia & miſeratio-nibus. Nullus itaq; dolor, afflictio & calamita- ſiue interna ſiue externa ſit tam grauis, quæ n- ab inuocatione abſterreat. Nam huius ſaluat-ris, opitulatoris & medici miſericordia & pote-tia ſunt infinitæ & inenarrabiles. Citentur e-empla: Remiſit peccata & promiſit paradiſu- latroni in cruce ob malefacta pendenti, Ergo m-ſericordiam ſuam nemini inuocanti ipſum neg-bit ad tollenda peccata, ſicut ad Roman. 10. ſcri-ptum eſt: Omnis qui inuocauerit nomen Dom-ni, ſaluus erit. Sanauit mutos, cæcos, ſurdos, para-lyticos, leproſos & obſeſſos à Diabolis, reſuſcita-uit mortuos, Ergo omnino confidamus, eum etia- poſſe omnes noſtras infirmitates ſanare, & ex o-mnibus calamitatibus corporalibus etiam lib-rare, cùm vult. Vult autem, cùm eum inuoc-mus, & cùm nobis eſt vtile, quod ipſe nouit m-lius quàm noſmetipſi, ſicut ſcriptum eſt Matt. Scit Pater veſter cœleſtis, quibus opus ſit vob- antequam oretis eum. Et cùm nobis non eſt vt-le auxilium corporale, ſicut nos petimus, tam-*

aua-

it noſtram inuocationem, & pro eo quod nos
mus, dat melius bonum, Imò bonum ſpiritua-
icut iterum ſcriptum eſt Matth. 7. Si vos,
ſitis mali, noſtis bona dare filijs veſtris, Quan
agis Pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona-
ntibus? Et Luc. 11. Quanto magis Pater
ter de cœlo dabit Spiritum bonum petenti-
s?

Tertius locus eſt de fide, quam neceſſe eſt
in omni inuocatione, ſicut ſcriptum eſt: Quic-
d petieritis etc. quia inuocatio ſine fide non
nuocatio, ſed inanis blatteratio, quam repre-
dit Chriſtus Matth. 6. Complectitur autem
noticiam & fiduciam miſericordiæ propter
um Dei promiſſum Meſſiam, ſicut ad Roma.
dicitur de inuocatione: Omnis qui inuoca-
t nomen Domini, ſaluus erit. Quomodo au-
inuocabunt eum, in quem non crediderunt?
modo autem credent ei, de quo nõ audierunt?
Pſal. 91. dicitur: Quoniam deſiderat me, libe-
eum, protegam eum, quoniam nouit nomen
m, Clamauit ad me, & ego exaudiam eum.
ipſo ſum in tribulatione, & glorificabo eum,
gitudine dierum replebo eum, & oſtendam
ſalutare meum. Inſigne exemplum fidei pro-
itur in hac hiſtoria. Nam fidem cæci prædicat
iſtus, inquiens: Fides tua ſaluum te fecit.
re hoc exemplum eſt conſiderandum.

Primùm,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Primùm, cæcus nouit Chriſtum, quòd
Ieſus filius Dauid, & Dominus, id eſt, quòd
Meſsias promiſſus, verus Deus, & verus hom
natus ex ſemine Dauid ſecundum carnem, iux
promiſsionem. Hæc noticia cæci prorſus eſt e
dem cum noticia Dauidis Pſal, 110. Dixit D
mus Domino meo: Sede à dextris meis. Sic
autem Chriſtus Matth. 22. de Dauide dicit, qu
in Spiritu Meſsiam de ſemine ipſius naſcituru
vocauerit Dominum: Ita omnino ſtatuam
hanc nominationem Meſsiæ in cæco, Ieſu f
Dauid, Item, Domine, vt videam, fuiſſe ve
opus Spiritus ſancti, ſine quo nemo poteſt dice
Dominum Ieſum, 1. Corin. 12.

Deinde fiduciam ſuam exprimit cæcus p
titione miſericordiæ, inquiens: Miſerere me
Eſt enim verum obiectum fiduciæ ſeu fidei miſ
ricordia Dei, quam quiſq; ſua fide apprehendi
& ſibi applicat, ſicut cæcus dicit: Miſerere me
Et Dauid Pſal. 51. Miſerere mei Deus. Ite
Pſal. 152. Secundum miſericordiam memen
mei, propter bonitatem tuam Domine. Hæc ita
eſt vera fides, quæ nititur miſericordia Dei, qua
in omni inuocatione prælucere oportet.

Quartus locus ſit collatio huius cæci cu
ſacerdotibus & Phariſæis, qui & corporalite
videbant, & exiſtimabant etiam ſe ſpiritualite
videre, hoc eſt, noſſe Deum, & intelligere ſacra
ſcripturam

pturam, nec habere opus illuminatione & doma Chriſti, ſicut Luc. 9. ad ipſos inquit Chri-: Si cæci eſſetis, non haberetis peccata, nunc ò quia dicitis, videmus, idcirco peccatum vem man et

Hæc collectio vtilis eſt etiam ad conſolaem miſerorum. Etſi cæcus Bartimæus oculis tus eſt, tamen magis illuminatus eſt quàm os Phariſæi, ſacerdotes, & Scribæ: quia quem coràm oculis ſuis cernebant, & non agnoſcet eſſe Meßiam, eum hic cæcus, cùm eum non oculis videt, tamen fide videt & agnoſcit, n ipſo videt fontem miſericordiæ diuinæ cau- omnium liberationum, ſpiritualium & cor-alum. Sic Deus ipſe cæcitatem corporalem il-matione ſpirituali & ante ſanationem corpom commutauit, & poſtea etiam addit corpom viſum. Hæc collatio ad alias miſerias acmodetur. Pauper Chriſtianus ditior eſt toto ndo, quia habet diuitias ſpirituales in Chriſto mni verbo & ſcientia ſpirituali: & habet oentiſſimum theſaurum cœleſtem, quia eſt hæ-Dei, & cohæres Ieſu Chriſti. Itaq; Chriſtus tth. 5. inquit, Beati pauperes ſpiritu, quoniillorum eſt regnum cœlorum. Deinde ſi ipſi eſt le, poteſt etiam Deus eum diuitem facere, ſi eſt vtile, tum dat ei bona vtilia ad hanc vi-, & auget ei bona ſpiritualia, ſic Chriſtiani

ægro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ægroti cum robuſtiſsimis alijs hominibus, mœſ
cum alijs ſemper in hilaritate viuentibus, & c
teri conferendi ſunt, & allegentur huc dicta, 2
Corinth. 12. Sufficit, inquit Deus ad Paulum
tibi gratia mea, nam virtus mea in infirmita
perficitur. Propter quod inquit Paulus, Plac
mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in n
ceſsitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs, p
Chriſto. Cùm enim infirmus ſum, tunc robuſt
ſum. Item 2. Corinth. 6. Quaſi morientes, & e
ce viuimus, quaſi triſtes, ſemper autem gaude
tes fide, quaſi egentes, multos autem locupleta
tes, tanquam nihil habentes, & tamen omn
poſsidentes.*

*Quintus locus eſt de interrogatione Chri
ſti: Quid vis, vt faciam tibi? Hæc interrogati
admonet, quòd quiſque inuocans debet ſuam inuo
cationem & neceſsitatem, propter quam inuoca
intelligere, hoc eſt, non tantùm debet recita
verba ſine ſenſu & intelligentia, ſicut Pſittac
verba profert, & ſicut ſub Papatu maxima pa
ſine intelligentia et ſenſu dicit non intellectas pre
ces ſecundum præſcriptum numerum. Talis no
eſt vera petitio, ſicut Chriſtus admonet hac inte
rogatione: Quid vis, vt faciam tibi? Hoc ita
loco offertur occaſio dicendi de admonitione Apo
ſtoli 1. ad Corinth. 14. Quod in Eccleſia deben
precationes fieri: Item, Sacramenta adminiſtra*

ri co

ea lingua, quæ intelligitur. Legatur totum illud Caput.

Sextus locus eſt de efficacia & virtute fidei, in vera inuocatione. Huc pertinent omnia exempla de miraculoſis liberationibus & ſanationibus, quas pij & ſancti à Deo impetrarunt inuocatione fideli. Inprimis autem explicetur dictum, Fides tua te ſaluum fecit.: cum Chriſti virtute. Magna laus fidei eſt, quòd filius Dei tantam virtutem fidei tribuit. Explicatur hæc locutio inſigni declaratione Marci 5. & Lucæ 8. Mulier quæ laborauerat profluuio ſanguinis ab annis 12. cum audiſſet Ieſum aduenire, acceſsit in turba ad tergum retrò, & tetigit veſtimentum eius, quia dicebat: Si tetigero veſtimentum eius, ſalua ero: Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quòd ſanata eſſet à plaga, atq; ſtatim in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam ait: Quis tetigit veſtimenta mea? dicebantq; ei Diſcipuli, Vides turbam cõprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis, nam & ego noui virtutem exijſſe de me, & circumſpiciebat ut videret eam, quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & tremens, timenſq; quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ante pedes eius, & ob quam cauſam tetigiſſet eum, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodum ſanata eſſet. Ille autem

S dixit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*dixit ei: Filia, fides tua te ſaluam fecit, Vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.*

*Hæc inſignis declaratio ſæpe in doctrina de fide repetenda eſt, quia manifeſtè demonſtrat rationem, quare fidei tanta virtus in ſcriptura tribuatur, videlicet quia fides attrahit ad ſe ſeu ad credẽtem virtutẽ de Chriſto, ſicut in hoc exemplo dicetur, Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem quæ exierat de illo. Item dixit Ieſus: Ego noui virtutem exiiſſe de me. Eſt itaq; virtus fidei quam fides attrahit & ſibi applicat. Sicut .n. mulier fide ſua attraxit virtutem Chriſti: ita omnes credentes fide ſua attrahunt ad ſe virtutem Chriſti ad ſuam ſanationem corporalem & ſpiritualem. Exempli gratia: Remiſsio peccatorum, donatio Spiritus ſancti, iuſticiæ & vitæ æternæ virtus Chriſti eſt, Sed credens hanc virtutem fide ſibi applicat, & ad ſe attrahit, ſicut Magnes ferrum: ſi licet tàm exigua ſimilitudine in re adeo magna vti. Sic explicetur hoc dictum, quod aliquoties repetitur in Euangelica hiſtoria, Fides tua te ſaluum fecit: & accommodetur ad doctrinam de fidei iuſtificatione & viuificatione, ſicut dicitur, Iuſtus fide ſua viuet. Sicut etiam reuera Chriſtus voce ſalutis non tantùm corporalem ſanationem, ſed ſimul etiam ſanationem Spiritualem, hoc eſt, remiſsionem peccatorum, & donationem vitæ æternæ complectitur, cùm dicit, Fides*

tua

tua te ſaluam fecit. Per antitheſin etiam addatur declaratio contrarij dicti de incredulis, non poterat ibi ſigna facere propter incredulitatem eorum.

Septimus locus eſt inſigne exemplum dicti in Pſal 50. Eruam te, & glorificabis me. Sic enim hic dicitur, quòd cæcus ſanatus, ſecutus eſt Chriſtum glorificans eum, & omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Hoc exemplum cum cæci tum plebis imitari debemus, cùm nos in nobiſmet ipſis, aut in alijs vim fidei experimur, cùm tales hiſtorias aut legimus aut audiuimus. vii

*Illa eſt ſumma huius Euangelij.*

## DOMINICA INVOCAVIT EVANGElium Matthæi 4.

TVNC IESVS DVCTVS eſt in deſertum à ſpiritu, ut tentaretur à Diabolo. Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriıt. Et accedens ad eum Tentator dixit: Si Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Qui re-



ſpondens dixit: Scriptum eſt, Non in
ſolo pane viuit homo, ſed in omni ver=
bo quod procedit de ore Dei.

Tunc aſſumpſit eum Diabolus in
ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra
pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius
Dei es, demitte te deorſum. Scriptum
eſt enim: Quia Angelis ſuis mandabit
de te, & in manibus tollent te, ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum. Ait
illi Ieſus, Rurſum ſcriptum eſt, Non
tentabis Dominum Deum tuum.

Iterum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hęc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Tunc dixit ei Ieſus, Vade Satana, Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.

*HISTORIA Euangelij proponit Epitaſin poſtremam tentationis Chriſti, quam mox poſt acceptum Baptiſmum per integros 40. dies paſſus eſt in deſerto, ſicut Lucæ 4. clarè ſcribitur. Eſtq́; hæc hiſtoria cum terribilis, tum etiam conſolatoria.*

*Terribilis eſt, quia quadam imagine depingit malitiam, aſtutiam & audaciam Diaboli gerentis bellum contra Eccleſiam, & inſidiantis pijs, ſicut Petrus dicit, quòd Diabolus tanquàm leo rugiens obambulet quærens quem deuoret. Et hæc cogitatio, ſicut admonet nos de militia, quam regenerati contra Diabolum ſuſcipimus, ita etiam hortatur nos ad vigilantiam & orationis aſsiduitatem in illa ſpirituali militia Chriſtiana, ſicut etiam Paulus admonet ad Epheſ. 6.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpirituales aſtutias in cœleſtibus. Quapropter aſſumite vniuerſam armaturam Dei &c.*

*Conſolatoria verò eſt hiſtoria, quia eius meditatio proponit dulciſsimas conſolationes, quas in locos diſtribuemus.*

*Primus locus. Nullam tentationem piorum accidere ſine permiſsione Dei, Permittere autem Deum, vt Diabolus tentet pios propter cauſas bonas & vtiles.*

*Secundus locus. Tentatorem Diabolum, pios manentes in fide non poſſe ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, etiamſi eos permittente Deo vehat in aere, ſicut hoc exemplum docet, & ad hanc conſolationem pertinet etiam dicti meditatio, quod extat ad Hebræ. 4. Chriſtum Pontificem noſtrum eſſe tentatum per omnia, vt poſsit condolere infirmitatibus noſtris.*

*Tertius locus eſt exemplum præcipuarum tentationum Diabolicarum, quibus ſolet ipſe Eccleſiam & pios tentare ac ſollicitare ad lapſum & defectionem: atq; modi diſputandi cum Diabolo & vincendi eius tentationes, Quod exemplum diſputationis etiam pertinet ad pugnas & contentiones cum Diaboli membris, id eſt, Hæreticis.*

*Quar-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Quartus locus eſt, de glorioſa victoria Chriſti & omnium fidelium in Chriſto, ac glorioſo exitu tentationum.*

## *DE PRIMO LOCO.*

*OBſeruanda ſunt hæc verba Euangeliſtæ: Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo. Hæc .n. verba manifeſtiſsimè & ſine omni dubio teſtantur, quòd hæc tentatio Chriſti non caſu, ſed permiſsione Dei facta eſt. Itaq; hoc exemplum ad omnes ſanctos, & ad nos ipſos quoq; in tentationibus accommodare debemus, ſicut docet hiſtoria Iobis, quem Diabolus ſine permiſsione Dei tentare & affligere non potuit.*

*Vt autem rectè diſcernatur inter permiſsionem Dei, & actionem Diaboli, propter immutabile dictum Iacobi 1. Deus vt malis tentari non poteſt, ita ipſe quoq; neminem tentat. Ideò tenenda eſt regula, Cauſæ diſcernunt permiſsionem Dei ab actione Diaboli in impiorum tentationibus.*

*Impulſiua cauſa in voluntate Diaboli eſt, odium immane aduerſus Deum, & eius creaturas, Inprimis verò aduerſus hæreditatem filij Dei, ex genere humano collectam. Sed impulſiua in voluntate Dei, quare tentationem permittit,*

eſt amor Dei erga Eccleſiam & pios, ſicut in genere de omnibus tribulationibus ſpiritualibus & corporalibus dicit Angelus ad Tobiam cap. 12. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Et diuina vox ad Paulum tentatum & flagellatum ab angelo Satana inquit: Sufficit tibi gratia mea, 2. Corin. 12.

Formale in tentatione Diaboli eſt quiddam pugnans cum lege Dei, ſicut & hoc exemplum & omnia alia exempla tentationum ad precandum ſatis clarè demonſtrant. Illud formale, id eſt, ſollicitatio & incitatio ad peccata non eſt actio Dei, ſed Diaboli propria, ſicut ſcriptum eſt: Cùm loquitur Diabolus mendaciũ, ex proprijs loquitur. Item, Diabolus eſt mendax & homicida. Et luce meridiana clarius eſt, quod Deus peccata prohibuit, et non vult fieri peccata, ſicut Pſal. 5. ſcriptum eſt: Non Deus volens iniquitatem tu es. Ideò de hoc formali rectè dicitur à Iacobo: Deus vt malis tentari non poteſt, ita ipſe quoq; neminem tentat &c. id eſt, Sicut Deus non patitur aut ſentit tentationem ad peccandum, Ita ipſe quoq; non eſt autor talis tentationis.

Formale itaq; in permiſſione Dei longè aliud eſt, videlicet velle obedientiam in tolerandis & vincendis tentationibus per auxilium Spiritus ſancti.

Hæc

Hæc diſtinctiò neceſſariò obſeruari debet. m enim Dauid aſſentitur tentatori, cõmittens dulterium & homicidium, & nnmerans popum 1. Paral. 21. vbi de tentatione Sathanæ ditur : Sathan incitauit Dauidem, vt numeraret pulum: tunc ille aſſenſus Dauidis omnino reputauit permiſsioni Dei, ſicut Iacobus talia exema explicat cap. 1. Nemo cùm tentatur, dicat ſe Deo tentari &c. Et Chriſtus Iohannis 8. dicit Iudæos: Vos vultis deſiderijs patris veſtri ſequi.

Finalis cauſa in voluntate Diaboli tentaris eſt, vt Deus contumelia afficiatur, & vt omines à Deo auulſi per peccatum præcipitentur æternum exitium. Sed finalis cauſa permiſsiis Dei eſt, vt tentatus probetur, ſicut de Ezeia dicitur, 2. Paralip. 32. Dereliquit eum eus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ ant in corde eius. Item, vt in illo exercitio & cta creſcat inuocatio, vſus verbi diuini, & eſcant alia dona Spiritus ſancti. Sicut ad Paum dicitur 2. Corinth. 22. Virtus mea in infiritate perficitur. Et vt in illis exercitijs virtutes iritus ſancti & verbi Dei, Item fidei ac inuotionis ſentiantur, & fiant conſpicuæ, ſicut ibim Paulus gloriatur inquiens: Cùm infirmus m, tunc robuſtus ſum. Item, vt eò ſit illuſtrior dulcior liberatio, & ardentior gratiarum actio



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

pro liberatione. Hoc loco itaq̃ de vtilitate tent
tionum dicatur. Nam ſicut Deus permiſit tent
ri vnigenitum filium ſuum propter cauſas vtil
Eccleſiæ: ita ſtatuendum eſt, quod piorum tent
tiones permittantur à Deo ad ipſorum vtilit
tem. Solent autem cauſæ tentationis Chriſti ſic r
citari.

I. Prima eſt, vt oſtenderetur hunc Ieſum v
rè eſſe victorem Sathanæ promiſſum Eccleſ
Gene. 3. Inimicitias ponam inter te & muli
rem, & inter tuum ſemen & ſemen illius, ipſu
conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcan
ipſius. Hic victor dicit: Confidite, ego vici mu
dum. Et de hoc victore dicit Iohannes 1. Ioh.
Filius Dei apparuit, vt deſtruat opera Diaboli.

II. Secunda, vt ex hoc exemplo diſcamus p
pugnandum eſſe cum tentationibus Diaboli, ſic
Apoſtolus inquit ad Epheſ. 6. Nobis non ta
tùm eſſe pugnam cum carne & ſanguine, ſed et
am cum ipſis Diabolis, In quibus tentationib
vincunt per Chriſtum victorem omnes qui cr
dunt in ipſum. Sicut ad Rom. 8. inquit Paulus
Superamus per eum in omnibus qui dilexit no
Et Iohannes: Hæc eſt victoria, quæ vincit mu
dum fides noſtra.

III. Tertia, Vt exemplum filij Dei confirm

com

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nſolationem in nobis quando tentamur, & ſi-ul oſtendat modum per ſcripturam in fide vin-ndi Diabolum. Conſolatio hæc pertinet ad di-um generale de omnibus paßionibus Chriſti ad ebræos : Habemus Pontificem tentatum per nia, vt poßit compati infirmitatibus noſtris. ccedamus itaq; cum fiducia &c.

De hac conſolatione dicatur per diſtributio-m: Sicut pauper in paupertate conſolatur ſe ditatione compaßionis Chriſti, qui etiam pau-rtatem propter nos ſuſtinuit: In doloribus & guſtijs conſtitutus, conſolatur ſe meditatione mpaßionis Chriſti, cuius anima triſtata fuit q; ad mortem, & qui præ dolore & anguſtia dauit ſanguinem ac exclamauit: Deus meus, us meus, quare dereliquiſti me? &c. Ita eti- qui tentatur à Diabolo, etiamſi ei corporali- & viſibiliter Diabolus appareat, colaphizet m ſicuti Paulum, affligat eum ſicuti Iobem, & aerem vehat eum ſicuti filium Dei Ieſum riſtum: Conſolari tamen ſe debet meditatione mpaßionis Chriſti, qui ſimiliter etiam à Dia-lo tentatus eſt. Et accedere debet cum fidu-cia ad thronum gratiæ, dicens in oratione:

*Ne inducas nos in tentationem,*
*Sed libera nos à ma-*
*lo.*

## DE SECVNDO LOCO.

SICVT Ieſus Chriſtus manet dilectus fili
Dei per omnes tentationes: Ita pij retinent
in tentatione fidem in Ieſum Chriſtum, per omn
tentationes, & in omnibus tentationibus mane
dilecti filij Dei et membra Ieſu Chriſti. Sicut ip
Chriſtus inquit Ioh. 10. Nemo rapiet oues me
de manibus meis. Pater meus qui eas dedit mih
maior eſt omnibus, & nemo poteſt rapere de m
nu patris mei, ego & pater vnum ſumus. Ha
quoq; eſt inſignis conſolatio: nimirum quod ſic
nulla paſsio: ita etiam nulla tentatio ſeparat cr
dentes in Chriſtum à dilectione Dei, Sed per i
credulitatem aſſentiri tentationi, & tentatori o
ſequi à Dei dilectione ſeparat. Huc pertinet in
gnis locus ad Rom. 8. Quis ſeparabit nos à dilec
one Dei, num anguſtia, num tribulatio &c. Ce
tus ſum quòd neq; mors neq; vita, neq; poteſt
neq; principatus &c. ſeparabit nos à dilection
Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Ha
conſolatio etiam ad corporaliter obſeſſos, qui ex
tra paroxyſmum, inuocatione & alijs teſtimonij
oſtendunt ſe retinere fidem, accommodari debe

## DE TERTIO LOCO.

PRæcipua genera tentationum in hoc exemp
proponuntur, ad quæ reliquæ tentationum ſp

cie

us facile referri poſſunt. Et agamus gratias filio ei, quòd ipſe tanquam magiſter & dux noſter onſtrauit modum vtendi gladio Spiritus, quod verbum Dei, ad Ephe. 6. contra Diabolum ipſius tentationes ac membra, id eſt, Hæreticos authores ſcandalorum.

Eſt enim inprimis obſeruandum, quod etſi uiſſet filius Dei nutu, non tantùm repellere, prorſus tollere Diabolum: tamen voluit per rbum Dei nobis reuelatum, ſeu per ſcripturam bis diuinitus datam tentatorem vincere & re-llere: vt nobis proponeret illuſtre exemplum n tantum imitationis, ſed etiam diuinæ virtutis potentiæ, quæ eſt in verbo Dei nobis tradito. gitemus itaq; ſcripturam non eſſe inanem lite-m, ſed eſſe verbum Dei potens & forte, quo ncitur & repellitur Diabolus à credentibus. ò Apoſtolus ad Ephe. 6. vocat verbum Dei dium ſpiritus. Volens igitur depellere à ſe Di-los, & tentationes Diaboli, Is cum aſſidua ocatione coniungat aſſiduam lectionem, audi-nem, meditationem & repetitionem verbi i. De hac commendatione ſcripturæ ſeu ver- Dei, copioſe dici poteſt cum accommodatione i ad Rom 1. Euangelium eſt potentia Dei ad tem omni credenti.

Et quæ de victoria tentationum Diaboli verbum Dei dicuntur, ea etiam applicentur

ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ad Hæreticos, qui tantùm vincuntur verbo D
ſeu ſacra ſcriptura, ſicut oſtendunt omnia exe
pla diſputationum contra Hæreticos. Poſt ha
admonitionem dicatur ordine de tribus tentat
nibus in Euangelio.

Prima tentatio eſt de ſollicitudine pro ijs
bus, quæ ad hanc vitam pertinent. Accipit D
bolus hanc occaſionem, quia filius Dei poſt
mem 40. dierum eſuriebat. Ideo accedit ad e
dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides hi panes
ant.

In hac tentatione eſt irriſio, qualis era
voce Iudæorum: Si filius Dei es, deſcende
cruce. Sententia tentationis eſt: Tua fames
gnum eſt quod non ſis dilectus Dei filius, qui
eſſes dilectus filius Dei, non eſurires, ſed ex la
dibus panes faceres, vt qui ex nihilo omnia cr
uit, ex lapide in deſerto produxit profluentē aq
ex aqua vinum fecit &c. Sed & famem pati
ter tulit relinquens nobis exemplum patientiæ,
ad Diaboli tentationem ex ſcriptura reſpon
proponens nobis exemplum vincendi Diaboli
tentationes de cura huius vitæ. Non ex ſolo
ne, inquit, viuit homo, ſed in omni verbo quo
greditur de ore Domini.

Primo diſtinguitur inter vitam ſpiritual
& corporalem, quia ſine vita ſpirituali pot
mors eſt vita hominis quàm vita. Sicut in

dib

cto dicitur : *Sepeliant mortui mortuos ſuos.*
ſt autem ſpiritualis vita in fide Ieſu Chriſti vi-
re, ſicut inquit Paulus ad Gala. 2. *Vitam au-*
*m quam viuo in carne, per fidem viuo filij Dei,*
*i dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.*
dmonet itaque hoc dictum ex Deutero. cap. 8.
mptum: Spiritualem noſtram vitam, quæ ve
eſt vita, pendere ex verbo Dei, eoq; illam con-
uari. Ergò ante omnia huius vitæ cibus &
mentum quærendum eſt.

In huius explicationis accommodatione ad
s citetur concio Chriſti ex cap. 6: Iohan. *Ope-*
*mini non cibum qui perit, ſed qui permanet in*
*tam æternam, quem filius hominis dabit vo-*
*, panis Dei, qui de cœlo deſcendit, & dat vi-*
*n mundo. Ego ſum panis ille vitæ, qui venit*
*me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet*
*quam &c,* Item, *Verba quæ ego loquor, ſpi-*
*us ſunt & vita.* Hæc inquam concio Chriſti
n ſimilibus ſententijs de vita credentium in
riſtum citetur.

Secundò docet hoc dicto Chriſtus, quod etiam 2.
poralis vita noſtra, donec ea conſeruatur à
o, non in ſolo pane ſeu alimentis poſita ſit, ſi-
Deut. vltimo dicitur: *Ipſe eſt vita tua, &*
*gitudo dierum tuorum.* Ideoque etiam hu-
vitæ conſideratio nos debet admonere, vt
pluris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*pluris faciamus verbum Dei,quàm alimenta h*
*ius vitæ. Quia maius bonum eſt , etiam ad ha*
*vitam, habere benignum Deum, q̃ habere omn*
*promptuaria plena , cibis , alimentis , & alijs r*
*bus ad hanc vitam neceſſarijs. Si enim vita in c*
*bis & alimentis poſita eſſet, nunquàm moreret*
*aliquis Cæſar , Rex , Princeps , aut homo diu*
*qui morientes relinquunt annonam ad mult*
*annos ſufficientem. Sicut diues ille Lucæ 1*
*pridie mortis inquit , Anima habes multa bo*
*repoſita in annos multos, requieſce, comede, læt*
*re, Sed illa nocte repetiuit Deus animam ab ip*
*id eſt. illa nocte mortuus eſt in illa omnium r*
*rum abundantia. Sic eſt , inquit Chriſtus , omn*
*qui recondit ſibi, nec eſt in Deo diues , id eſt, n*
*habens diuitias verbi Dei & cognitionis Ie*
*Chriſti. Diſcamus itaq; quòd etiam huius flu*
*& labilis vitæ conſideratio nos admonere deb*
*vt ante omnia cibum vitæ ſpiritualis & ætern*
*qui eſt verbũ Dei, imò ipſe filius Dei Ieſus Chr*
*ſtus , quæramus. Et ſi eſuriendum eſt , potius f*
*mem corporaliter etiam vſq; ad mortem feram*
*vt animæ cibum retineamus.*

*In concluſione itaq; de hoc dicto allegent*
*aliquot illuſtres ſententiæ , vt Pſal. 73. vbi*
*habeo , nihil mihi ſunt cœlum & terra. Etiam*
*mihi deficiat corpus & anima : tamen tu De*
*perpetuò es conſolatio cordis mei , & poſſeſſ*

*meo*

rea. Pſal. 144. Promptuaria eorum plena, eru-
antia ex hoc in illud, oues eorum fœtoſæ abun-
antes in greßibus ſuis. Boues eorum craſſæ. Bea-
um dixerunt populum cui hæc ſunt, id eſt, talem
uitem omnia abundè ha bentem dicit, mundus
atum eſſe. Sed Dauid opponit contrarium iu-
cium de verè beato, Sic enim concludit Pſal.
atus populus cuius Dominus Deus eius, id
t, illi ſunt beati, qui habent Dominum Deum
opitium, ſicut ad Paulum inquit Deus: Suffi-
t tibi gratia mea: etiamſi ſint in hoc mundo,
uperrimi famelici, & eſurientes. Matth. 6.
e ſitis ſolliciti quid edatis aut bibatis &c. No-
t enim pater veſter quod opus habeatis his om-
bus. Quærite ergo regnum Dei & iuſticiam
us, & hæc omnia adijcientur vobis. Addantur
am exempla, vt populum Iſraeliticum in diſer-
vbi nulla erant alimenta, pauit Deus Manna
leſti, & aqua ex petra. Eliam per miniſteriũ
uorum aluit &c. Non itaq; cedamus Diaboli
tationibus obijcientis nobis famem, inopiã, et
nium rerum neceſſariarũ indigentiam. Sed in
e eas tentationes vincamus dicentes cum Chri-
: Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni
rbo quod egreditur ex ore Domini. Exem-
m etiam proponitur in Paulo, qui dicit, ſe poſ-
& abundare & egere in Chriſto Domino.
rro ad huius tentationis genus etiam ſimiles

tentationum ſpecies referendæ ſunt: Obſerua
Diabolus in carne noſtra occaſiones, ad quas ſci
licet voluptates, libidines & alia vicia, quiſq; ſi
procliuis: ad has tentationes, ſeſe accommodat. V
voluptuario ſuggerit: Si filius Dei es, cur non li
ceat tibi diuitijs operam dare etiã per nefas & in
iuriã etc. Reſpondeat autem Chriſtianus. Noſtra
voluptates non eſſe carnis delectationes, ſed vo
luptatem in verbo Dei. Pſalm. 1. & 119. E
noſtras diuitias eſſe diuitias cognitionis Chriſt
& Euangelij ipſius Matth. Lucæ 12. 1. Corin
1. 2. Corinth. 8. Pſalm. 142. Eſaiæ 33. &
Sic de ſimilibus tentationibus iudicandum &
dicendum eſt.

Secunda tentatio hæc eſt: Diabolus aſſum
pſit Filium Dei Ieſum Chriſtum in ſanctam ciui
tatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum temp
dicens ad eum: Si Filius Dei es demitte te deor
ſum. Nam ſcriptum eſt. Angelis ſuis mandau
de te, ac manibus tollent te, ne quando impinga
in lapidem pedem tuum. Ad hanc tentationem
ſic reſpondet Chriſtus: Rurſus ſcriptum eſt: Non
tentabis Dominum Deum tuum. Non ſucceſſit
Diabolo tentatio de cura ventris: Itaq; acced
ad aliam tentationem, vt faciat aliquid extr
vocationem, & ad eam tentationem accommoda
dictum de angelorum cuſtodia calumnioſe depra
uatum, omiſſione horum verborum: In vijs tui



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

enim integra ſententia Pſami 91. ſonat: An-
is ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in o-
ibus vijs tuis, hoc eſt, in vocatione tua, &
ribus vocationis, & periculis, quæ vocatio ſe-
n adfert, non in periculis temerè & petulanter
neceßitate accerſitis. De quibus in Prouer-
Salomonis dicitur: Qui amat periculum, peri-
in illo.

Obſeruetur itaq; hoc loco:

Exemplum calumnioſæ citationis ſcriptu-
qua etiam ſolent vti Hæretici, imitatores ma-
ri Satanæ. Rectè autem dicitur in Dialecticis:
umniam eſſe non citare integrum textum.

Obſeruetur reſponſio Chriſti, quæ ſumpta
ex capite 6. Deutero. Non tentabis Domi-
Deum tuum. Significat autem hoc loco ten-
Dominum, extra vocationem temerè ſe ſub-
ere periculo, & tamen ad ſe falſa perſua-
applicare promißiones de diuino auxilio,
ctione & defenſione: vt ſi quis poſſet per
um de alto ædificio deſcendere, & neglecta
, temerè ſe præcipitaret. Aut ſi quis poſſet
per pontem vel nauigio flumen tranſire, &
medijs contemptis, ſe abijceret in fluuium,
uam piſcis, cum perſuaſione de protectione



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Hoc loco itaq; multa exempla de temerarijs
factis in Eccleſia & in politijs, & in vita com
muni allegari poſſunt, & præcipuè eorum qui di
cuntur πολυπράγμονες. Eſtq; reprehenden
illa temeritas iuxta dictum: Qui amat periculu
peribit in illo. Item, Nemo patiatur vt ἀλλ
οτριεπίσκοπος. Item, 1. Theſſa. 4. Propria ag
te. Contra cum vocatio ſecum adfert periculum
confidenti animo ſubeundum eſt. Sicut Iſraelit
per mare rubrum. Item, per Iordanem, vbi no
erat via hominum, ſed piſcium, ambulant, Quo
media ordinata non ſint temere negligenda, id i
luſtria exempla docent, vt Ezechiæ exemplum,
Regum 20. Cui Eſaias poſt promiſsionem diu
nam de prolongatione vitæ confirmatam ſign
mandat, vt vlceri imponat maſſam de ficubu
Et Acto. 27. Vbi Paulus poſt acceptam prom
ſionem de conſeruatione omnium hominum
naufragio, & nautæ à naui diſcedere vellent, a
cit Centurioni: Niſi hi in naui manſerint, V
ſeruari non poteritis.

Obſeruetur locus Auguſtini cap. 27. de
pere Monachorum: Neq; enim quia dixit De
Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripia
te, & glorificabis me: propterea fugere non d
buit Apoſtolus, & in ſporta dimitti, & vt m
nus perſequentium euaderet, ſed expectare po
us vt comprehenderetur, & eum ſicut tres p

n

s de medijs ignibus liberaret : aut propter hoc
c Dominus dicere debuit : Si vos perſecuti
erint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quia ipſe
xit : Si quid petieritis Patrem in nomine meo,
bit vobis. Sicut ergo quiſquis perſecutionem
gientibus diſcipulis Chriſti obijceret huiuſmo-
quæſtionem : Cur non ſtetiſſent potius, vt in-
ocato Deo per eius miracula ſic eruerentur, ſicut
aniel à leonibus, & Petrus à vinculis? Re-
onderent, Non ſe potuiſſe tentare Deum, ſed
ne eum talia, ſi vellet eſſe facturum, cum ipſi
uid facerent non haberent. Cùm verò fugam eis
poteſtatem dediſſet, etiamſi per illam liberan-
ur, non niſi ab ipſo liberari. Hæc Auguſtinus.

Accommodanda eſt hæc tentationis ſpe-
ies : Diabolus tentans Hæreticos euehit eos in
ſorum imaginationibus ſuper pinnaculum tem-
li, hoc eſt, ſuggerit eis ſuperbas imaginationes
e ſummis gradibus dignitatis in Eccleſia, ſuf-
ultas perſuaſione, quod habeant Deum fauen-
em, & angelos cuſtodes, atque ita dementatos
ncitat, vt per talem falſam imaginationem &
onfidentiam incipiant noua dogmata in Ec-
leſia, vt homines ipſos admirentur, & digitis
nonſtrantes dicant: Hic eſt.

*Tali deceptione decepit Arrium, Samoſa-tenum, & alios, imò, tali tentatione etiam pri-mos parentes decepit ſuggerens eis ſuperbam a[...] falſam perſuaſionem: Eritis ſicut Dij. In poli-tia ſimpliciter tentat & decipit ſeditioſos, v[t] Abſolonem in ſua imaginatione euehit ſuper pin-naculum curiæ ſeu aulæ regiæ, id eſt, ſuggerit il-li hanc perſuaſionem ſuperbam & vanam, quod ad regnum magis ſit idoneus quam pater, & quod ſit habiturus Deum fauentem, & angelos cuſto-des, ſi contra patrem ſeditionem moueat, & ſe in ſolium patris collocet.*

*Concludatur hic locus admonitione, vt ta-les tentationes ſeu deceptiones Diaboli pruden-ter caueantur in timore Dei & fide oretur con-tra hanc tentationem. Ne nos inducas in tenta-tionem.*

*Tertia tentatio. Diabolus aſſumit Chriſtum in montem excelſum, & monſtrat ei omnia re-gna mundi, & gloriam eorum in puncto tem-poris, inquiens: Tibi dabo poteſtatem hanc vni-uerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cuicunq; volo do illa, Tu ergò, ſi proci-dens adoraueris me, erunt tua omnia. Lucæ 4. Matth. 4. Ieſus autem ad hanc tentationem re-ſpondet: Abi poſt me Satanas, ſcriptum eſt enim Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſer-uies. Hæc eſt impudentiſſima tentatio, plena men-*

*dacij.*

acijs, quibus Satanas ipſum filium Dei ad ido-
omaniam ſollicitat, vt Filius Dei propter bona
undana adoret Satanam.

Eſtq́; in hac tentatione expreſſa ac propoſita
mago Antichriſti, qui hac fallacia totum fermè
undũ ad idolomaniam attrahit, vt ante ipſum
ipſius idola Reges, Cæſares, Principes, Nobi-
s, Ciues, Ruſtici procumbant & adorent. Conſi-
eretur autem collatio: Satan effert ſe ſuper Fi-
um Dei Ieſum Chriſtum, & vult, vt Fi-
us Dei ſe ipſi ſubijciat, & ipſum pro Deo ado-
t.

Sic Daniel & Paulus de Antichriſto
icunt, quod ſtet in loco ſancto, & extollat ſe
uper omne, quod eſt & nominatur Deus, dicens:
eſſe Deum.

Ad perſuadendum vtitur Satanas mon-
ratione regnorum, opum & gloriæ mundi, ad-
tis his impudentiſſimis mendacijs, & vanis
omiſſionibus: Hæc mihi tradita ſunt, & cui
olo do illa. Igitur ſi adoraueris me, tibi dabo.
a perſuadet Papam, Cæſares, Reges, Princi-
s, Nobiles, Ciues, Ruſticos inquiens: Mihi
aditus eſt vterque gladius, ſeu vtrunque im-
rium, Ego ſum Dominus orbis, ſupremus Cæ-
r, & ſupremus Epiſcopus, & do principa-
s, Regiones, terras, Epiſcopatus, præben-
as, beneficia cuicunque ego dare volo, Ergo

ſi coram me procidentes adoraueritis, dabo vobis illa, faciam te Cæſarem, Regem, Principem, Cardinalem, Epiſcopum, Canonicum, Vicarium &c. Itaq; in hoc exemplo conſideretur imago totius Papiſtici regni, & à Chriſto diſcatur, quomodo Papæ & ipſius ſatellitibus reſpõderi debeat: Abi poſt me Satana. Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Vtinam ſic reſponderent Papæ, qui ſe tam impiè illi ſubijciunt, et pedes eius oſculantur, omniaq; ipſius ſomnia adorant, etiam nates, ſi poſtularet, oſculaturi propter res fluxas & caducas, cum æterna animarum perditione. Hic locus prolixam & copioſam dicendi materiam ſuppeditat.

Concludatur etiam neceſſaria admonitione ad omnis conditionis homines. Et in concluſione explicetur dictum, ex primo præcepto ſumptum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

DE QVARTO LOCO.

QVARTVS locus eſt de glorioſa victoria Chriſti, quæ declaratur glorioſo exitu tentationis. Diſcedit Diabolus victus, & accedunt Angeli miniſtrantes Chriſto. Talis eſt glorioſa victoria omnium piorum qui fide reſiſtunt tentationibus Diaboli, ſicut Iacob. 4. ſcriptum eſt: Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis. Et de An-

gelorum

lorum miniſterio multa teſtimonia in ſcriptura
tant, quæ ex declaratione Euangelij in feſto
ichaëlis repetantur.

## DE IEIVNIO.

ALiquando poſtulat occaſio, vt in ex-
catione huius Euangelij dicatur de ieiunio, ad
rehenſionem Papiſtici ieiunij per Quadrageſi-
um, & aliàs, quam ſuperſtitionem vocat Pau-
1. Timoth. 4. diabolicam doctrinam: Diſce-
nt quidam, inquit, à fide attendentes ſpiritibus
roris & doctrinis Dæmoniorum in hypocriſi
quentium mendacium, & cauteriatã habentes
nſcientiam. prohibentium nubere & abſtinere
ibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum
atiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognoue-
nt veritatem: quia omnis creatura Dei bona
t, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum
ctione percipitur: ſanctificatur enim per ver-
um & orationem. In ſcriptura recenſentur hæ
ecies ieiunij.

Primum eſt miraculoſum. vt ieiunium
oiſis, qui bis ieiunauit in monte 40. dies, Exo.
4. & 34. Eliæ ieiunium, qui etiam ieiunauit
0. dies. 3. Reg 19. & Chriſti, qui ſimiliter 40.
es ieiunauit, Matth. 4. Luc. 4. Hoc ſine ſingu-
ri Dei miraculo nemo ſanctorum imitari poteſt,
ed exempla illa, ſeu exemplorum conſideratio



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*pertinet ad dictum: Non in ſolo pane viuit ho-
mo, ſed in omni verbo, quod egreditur per os De
Secundò pertinent etiam ad conſiderationem æte-
næ & ſpiritualis vitæ, ſicut Chriſtus dicit Matth.
11. In reſurrectione mortuorum erunt ſicu
Angeli Dei.*

ii. *Secundum eſt ieiunium Iudæorum cere-
moniale, videlicet abſtinentia à cibis immund-
rum, & ieiunium certorum temporum in leg
præſcriptorum. Ab hoc ieiunio Chriſtiani ſunt li-
beri, ſicut in doctrina de libertate Chriſtiana dic-
tur. Ideo Paulus inquit ad Coloſſ. 2. Nemo vo
iudicet in cibo & potu &c.*

iii. *Tertium eſt ieiunium pœnitentiale, cuius
exemplum eſt Ionæ 3. vbi rex Niniuitarum indi-
cit tale ieiunium. Et 2. Paral. 20. 3. Reg. 21.*

iiii. *Quartum ieiunium eſt abſtinentia pæda-
gogica, ſponte ſuſcepta, exercitij gratia, ſine ſuper-
ſtitione, vt Daniel. 1. ſcribitur. Propoſuit Da-
niel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa Regis
& de vino potus eius, & dixit ad Malaʒar
quē conſtituerat Princeps Eunuchorū ſuper Da-
nielem & ſocios: Dentur nobis legumina ad ve-
ſcendum, & aqua ad bibendum &c. Ad hanc
ſpeciem pertinet Rechabitarum ieiuniū, Iere. 35
Et quod de Anna dicitur Luc. 2. Seruiebat Deo
ieiunijs & obſecrationibus dies & noctes, ad
hanc ſpeciem & ſequentem referri poſſunt.*

*Auguſtinus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Auguſtinus etiam de hac ſpecie inquit libro de
ogmatibus: Bonum eſt cibum cum gratiarum
tione ſumere, & quicquid Deus præcepit, eden-
um eſt. Abſtinere autem ab aliquibus, non quaſi
malis, ſed tanquam à non neceſſarijs, non eſt
alum. Moderare eorum vſum pro neceſsitate
tempore eſt neceſſarium.

Quintum ieiunium eſt perpetua tempe-
ntia in cibo & potu, de qua Chriſtus dicit Lu-
21. Videte ne corda veſtra grauentur crapula
ebrietate. Hæc ſpecies vocatur ſobrietas, quæ
pe præcipitur Chriſtianis, & requiritur ad ſe-
am inuocationem, ſicut inquit Chriſtus: Hoc ge-
us Dæmoniorum non eijcitur niſi ieiunio & ora-
one. De hac ſpecie, videlicet ſobrietate, dicit Cy-
ianus: Ieiunijs vitiorum ſentina ſiccatur, Pe-
lantia marcet, concupiſcentia languet, fugitiuæ
eunt voluptates. Et Chryſoſtomus Homilia 8.
Geneſin: In hoc nos exerceamus, & non vt
eriq; exiſtimant, in hoc definiri ieiunium, ſi ad
ſperam vſq; impranſi maneamus. Non hoc eſt
uod quæritur, ſed vt cùm ciborum abſtinentia
æteris abſtineamus, quòd nocere poſſunt, &
iritualibus magis vacetur. Qui tamen locus
hryſoſtomi etiam ad ſeptimam ſpeciem ſimul
ferri poteſt.

Sextum ieiunium eſt abſtinentia propter
andalum, ſeu offenſionem infirmorum fratrum.

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Sed hic diſtinguendum eſt inter ſcandalum datum
& acceptum. Nam Chriſtianus vitare debet, ne
infirmis detur occaſio ſcandali. De hac itaq; ſpe-
cie inquit Paulus ad Roman. 14. Illud iudicate
magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut la-
pſus occaſio. Noui ſiquidem, & perſuaſum ha-
beo, per Dominum Ieſum, nihil eſſe commune pe
ſe, niſi ei, qui exiſtimat aliquid eſſe commune, ill
commune eſt. Verùm ſi propter cibum frate
tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem
ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro qu
Chriſtus mortuus eſt. Omnia quidem mund
ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum
manducat. Bonum eſt non manducare carnes, ne
bibere vinum, neq; quicquam, per quod frate
tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur.

Et prima ad Corinth. 8, Si eſca ſcanda-
lizat fratrem meum, non manducabo carnem i
æternum, ne ſcandalizem fratrem meum. A
hanc ſpeciem referatur prohibitio Synodi Apo
ſtolicæ Acto. 15. de ſuffocatis & ſanguine, vide
licet ne infirmi offenderentur.

VII. Septimum eſt ſpirituale ieiunium, ſcili
cet abſtinere à peccatis. Eſa. 58. Hoc eſt ieiu
nium quod ego eligo, Solue quos iniuria obſtri
ctos habes.

VIII. Octauum eſt hypocriticum ieiunium
cuius meminit Chriſtus Matth. 6. & Paulus 1

! Timoth. 4. *Ad hanc ſpeciem Papiſtarum ſu-*
*rſtitioſa ieiunia, quadrageſimale, quatuor tem-*
*orum, & alia pertinent, quæ non ſunt ab Apo-*
*olis inſtituta ſeu ordinata. Nam locus Actorum*
*7. non de Papiſtico ieiunio, ſed de ieiunio feſti*
*xpiationis iuxta legem Leuitici 16. intelli-*
*endus eſt, quæ Ceremonia adhuc obſeruabatur.*
*ſt enim hiſtorica narratio & deſcriptio tempo-*
*is.*

*Ieiunio Papiſtico ſuperſtitioſo diu in Eccle-*
*a veteri contradictum eſt, donec tandem vicit*
*apiſtica ſuperſtitio & tyrannis propter pecca-*
*a hominum amantium mendacia, In conſilio*
*Arauſicano ſic decretum eſt.*

*Si quis carnes immundas & abominandas*
*xiſtimauerit, ab ordine ſuo ceſſare debet. Simile*
*ſt in Martini decretis: Si quis non abſtinentia,*
*ed pro execratione eſcarum à carne abſtinet, pla-*
*uit ſancto concilio, vt prægustet, et tunc ſi vult*
*bſtinere vt abſtineat. Si autem ſpernit ita, vt*
*ec olera cocta cum carnibus deguſtet, iſte non*
*bediens nec ſuſpiciones hæreſis à ſe remonens,*
*eponatur. Item, in Braccarenſi concilio, cap. 14.*
*i quis immundos putat cibos carnium, quos*
*Deus ad vſum hominum dedit, & non propter*
*fflictionem ſui corporis, ſed quia immundiciem*
*utat, ita abſtinet ab eis, vt nec olera cocta cum*
*arnibus guſtet, ſicut Manichæus & Priſcillia-*

*nus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nus docuerunt, anathema ſit. Auguſtinus in Iohannem ſic dicit, Quod quidam fratres ita temperant à carnibus veſcendis, vt immundos arbitrentur, contra fidem, ſanamq́ doctrinam eſt. Et ad Caſulanum: Quibus diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat ieiunare, præcepto Domini, vel Apoſtolorum non inuenio definitum.

## DOMINICA REMINISCERE EVANGELIum Matth. 15.



ET

ET EGRESSVS INDE Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egreſſa, clamauit ad eum dicens: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea à dæmonio male vexatur. Ille autem non reſpondit ei verbum, Et accedentes diſcipuli eius, rogabant eum, dicentes, Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. At illa venit & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me. Ille autem reſpondens, ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & proijcere catellis. At illa dixit: Etiam Domine. Sed & enim catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus, ait illi: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi, ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

*EVANGELIVM proponit inſigne exemplum inuocationis fidelis in maxima neceſſitate. Pertinet itaq; ad doctrinam de oratione.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Præcipui loci ſunt quatuor.*

*Primus, Inuocationem eſſe omnium pi-*
*rum ſacram anchoram & præſentiſſimum re*
*medium ac refugium in omnibus neceſſitatibu*
*proprijs & proximorum priuatis & publicis.*
*Itaq; nullo officio magis, & nobis & alijs &*
*Reipub. & Eccleſiæ ſeruire poſſumus, quam in*
*uocatione.*

*Secundus Locus eſt meditatio orationis Ca*
*nanææ, in qua proponuntur præcipua requiſita a*
*veram orationem.*

*Tertius locus eſt de lucta fidei in oratione.*

*Quartus locus, De virtute & efficacia pi*
*orationis.*

## DE PRIMO.

INVOCATIO *& eſt præcipuus cultus De*
*& eſt ſacra anchora ac refugiũ Chriſtianoru*
*in omnibus neceſſitatibus noſtris, ſicut verſu*
*Pſalmi 51. admonet: Inuoca me in die tribula*
*tionis tuæ &c. Et Rex Ioſaphat inquit, 2. Para*
*lip 20. Cùm ignoramus quid agere debeamu*
*hoc ſolum reſidui habemus, vt oculos noſtro*
*dirigamus ad te. Sicut itaq; Cananæa mulier i*
*maxima calamitate filiæ obſeſſæ, contra quam ca*
*lamitatem nulla poteſt apud omnes homines in*
*ueniri medicina, accedit per inuocationem ad fili*
*um Dei Ieſum Chriſtum, & ab eo opitulationem*

*in proximorum noſtrorum malis, tam in priuatis quam publicis neceſsitatibus facere debemus. Melius officium neq; nobis, neq; alijs, neq; politiæ, neq; Eccleſiæ præſtare poſſumus. Prodeſt autem vt in explicatione huius loci aliqua dicta & exempla ex ſcriptura allegentur, quæ teſtantur Chriſtianorum inuocationem aut deprecationem pro proximis & mandatam, & efficacem eſſe. Iacob. 5. Infirmatur quis inter vos, accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum in nomine Domini, & Oratio fidei ſaluum reddit infirmum, & erigit eum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei, Orate pro vobis inuicem vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Ad Epheſ. 6. Vigilantes cum omni ſedulitate & deprecatione pro omnibus ſanctis, & pro me. 1. ad Timoth. 2. Adhortor vt ante omnia fiant deprecationes, & obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus in eminentia conſtitutis, vt placidam & quietam vitam degamus, cum omni pietate & honeſtate. Nam hoc bonum eſt & acceptum coram ſeruatore noſtro Deo, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis peruenire. Officiũ hoc deprecationis poſtulat Paulus à Romanis cap. 15. Obſecro vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem*

tatem Spiritus, vt adiuuetis me orationibus veſtris pro me ad Deum. Ad Hebræ. 13. & 1. Theſſa. 5. Fratres orate pro nobis, 2. Theſſa. 3. Orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & glorificetur, ſicut apud vos, & vt abripiamur ab abſurdis & peruerſis hominibus. Ad Collo. 4. Obſecrationi inſtate, vigilantes in ea, cum gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis &c. Atq; ad Epheſ. 1. & 3. Ad Philip. 1. ad Colloſ. 1. Et 1. ad Theſſal. 1. recenſet Paulus quomodo ipſe viciſsim pro Eccleſijs orare ſolet. Et 2. ad Corinth. 1. ad Philip. 1. clarè oſtendit quantam habeat ſpem de virtute precationum, quæ pro ipſo fiebant. Addantur & alia exempla. Abraham orauit pro Abimelech &c. Oratio eius pro Sodomitis tantum impetrauit, vt tandem parcere voluiſſet eis Dominus, ſi decem iuſti eſſent inuenti. Moſes ſæpiſsimè pro populo Iſraelitico orauit & impetrauit condonationem ac mitigationem pœnæ, & alia bona. Et pugnante populo contra Abimalech, Exod. 17. manifeſtè oſtenſum eſt, quanta eſſet in oratione Moſis efficacia. Pro Maria ſorore leproſa orauit, & ſanata eſt, Numer. 12. Pro Petro incarcerato orauit Eccleſia, & miſſus eſt Angelus, qui eum ex carcere liberauit, Actor. 12. Citatio talium dictorum & exemplorum concludatur adhortatione & commenda-

endatione receptæ conſuetudinis Chriſtianæ, t poſt conciones fiant preces pro Eccleſia,eiuſe miniſtris,pro imperijs,Rebuſpublicis & Maſtratibus, proq́; alijs cauſis pijs & honeſtis, " publiccam tranquillitatem & vtilitatem rtinentibus pro infirmis, tentatis, triſtibus, camitoſis, & qui miſerijs quibuſcunque ſunt preſſi.

## DE SECVNDO LOCO.

ORATIO Cananææ hæc eſt: Miſerere mei Domine fili Dauid, Filia mea à Dæmonio ſerè agitatur. In huius orationis meditatione nſiderentur requiſita ad piam orationem, de ibus inuocans cogitare debet. Primo ſicut Cananææ innocans dicit: Domine fili Dauid: Ita itare debes, te verum Deum inuocare, pror duas cauſas.

I. Vt nominatione veri Dei ſeiungas tuinuocationem ab inuocatione idolatrica alian Gentium, quæ verum Deum non nouent. De quibus Chriſtus dicit: Iohan. 4. Vos oratis quod neſcitis. Tantum enim eorum tio recipitur, qui in fide Chriſti verum DEVM nouerunt, & eum alloquuntur in ſuis cibus, ſicut Pſalm. 91. ſcriptum eſt: Quoniconcupiſcet me, eripiam eum, nouit nomen

*meum, ideo protegam eum. Inuocat me, ideo exaudiam eum. Huius dicti quaſi gradatio breuiter explicetur, & ad inuocationem Cananææ concupiſcentis auxilium Domini, nominantis Dominum, & inuocantis eum accommodetur.*

*II. Cauſa eſt, vt ſcias te non inuocare idolum aut ſtatuam mortuam, lapidem aut lignum, ſed æternum & verum Deum omnipotentem, creatorem, ſcrutatorem cordis ac cogitationum tuarum. Ergò accedens ad orationem, cogita, vt non tanquam hypocrita, ſed vt verus Chriſtianus pœnitens ſeu contritus & credens inuoces, ne tua oratio à Deo reijciatur tanquam abominatio, ſicut Eſa. 1. dicit Dominus: Cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Et cap. 59. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos et Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiat: Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, et digiti veſtri iniquitate: Labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra fatur iniquitatem. Ad hanc primam admonitionem pertinent hi loci: Syracides inquit cap. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. Chriſtus Ioh. 4. dicit: Spiritus eſt Deus, & qui ado-*

*unt ipſum, in Spiritu ac veritate oportet adora-*
*re. Matth. 11. Cùm ſtabis ad orandum &c. Pau-*
*lus 2. ad Timoth. 2. Diſcedat ab iniquitate o-*
*mnis, qui inuocat nomen Domini. 1. ad Timot. 2.*
*Volo viros in omni loco orare, leuantes puras*
*manus ſine ira & diſceptatione. 1. Iohan. 3. Cha-*
*riſsimi, ſi cor noſtrum non condemnat nos, fidu-*
*ciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus*
*ab eo, accipiemus.*

*Secundo cogitare debes, quæ res te fa-*
*ciat tam audacem, vt miſer peccator auſis cum*
*fiducia ad thronum Dei omnipotentis accedere,*
*& petere eius gratiam & auxilium, & non tan-*
*tùm temporalia & corporalia bona, ſed etiam re-*
*miſsionem peccatorum, Spiritum ſanctum & vi-*
*tam æternam, ſicut hæc Cananæa accedit cum fi-*
*ducia ad Ieſum, petens ipſius miſericordiam, &*
*liberationem filiæ à Diabolo, dicens: Miſerere*
*mei Domine, filia mea miſerè à Dæmonio agita-*
*tur. In hac cogitatione duo conſidera.*

*Primum eſt præceptum Dei. Mandauit*
*Deus, & requirit à nobis inuocationem, ſicut*
*Pſal. 50. dicit: Inuoca me in die tribulatiõis &c.*
*Ac Chriſtus inquit Iohan. 16. Petite &c.*
*Ac repræhenſionem præmittit: Hactenus non*
*petiiſtis quicquam. Similis repræhenſio eſt in*
*Pſalmo 14. Dominum non inuocauerunt. Et*
*Pſal. 79.*

2 *Secundum eſt promiſſio exauditionis, quæ eſt fundata ſuper mediatore Ieſu Chriſto vnigenito Filio DEI pontifice noſtro, paſſo pro nobis & reſuſcitato, & ſedente ad dextram patris, atque interpellante pro nobis.*

*Hæc promiſſio requirit in inuocatione fidem inuocantis, ſicut Paulus dicit: accedentes cum fiducia. Et Chriſtus: Quidquid petieritis credentes &c. Ac ſæpè repetita eſt hæc promiſſio. Iohan. 14. Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater per Filium, Si quid petieritis per nomen meum ego faciam. Iohan. 16. Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Sicut itaque à Filio Dei, & Spiritu ſancto in ſcriptura hæc duo coniunguntur, ſcilicet præceptum & promiſſio, vt ad inuocationem exuſcitemur: Ita nos quoque cum inuocamus vtriuſque & præcepti & promiſſionis meditationem coniungere debemus. Vt Pſalm. 50. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te. Ioh. 16. Petite & accipietis. Lucæ 11. & Matth. 7. Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Cum promiſſione meditationem coniungemus. Eſt enim cogitatio non ſolum de Pontifice*

ifice Chriſto, ſed etiam de auxilio Spiritus ſan-
ti adiuuantis noſtram imbecillitatem in inuoca-
ione, & accendentis veros & inenarrabiles ge-
itus in nobis, & in nobis clamantis, Abba pa-
er. Hæc ſunt conſideranda, vt quamuis ſi-
us imbecilles, tamen in fiducia ad thronum
ratiæ accedamus in nomine Ieſu Chriſti, pon-
ificis & mediatoris noſtri. Tertio debes cogi-
are de neceſſitate, vt oratio tua non ſit hypo-
ritica, multiloquium labiorum ſine cordis affe-
tu. Matthæi 6. Sed vt attentè gemitibus, ſuſ-
irijs, ac clamore cordis orationem effundas.
icut Pſalm. 91. dicitur: Quoniam concupi-
cit me eripiam eum. Et Pſal. 10. Deſiderium
auperum exaudiat Dominus. Neceſſitates au-
em ſpirituales & corporales publicæ & priua-
æ, Eccleſiaſticæ, politicæ & œconomicæ magno
umero nos ſingulis momentis circumſtant,
uorum catalogum ad meditationis inſtructi-
nem ipſe Filius Dei in oratione Dominica
onſtrat.

Quarto cogitare debes ita orandum eſſe,
uia 1. Iohan. vltimo ſcriptum eſt. Hæc eſt,
iducia, quam habemus ad DEVM, quia
uodcunque petierimus ſecundum voluntatem
ius, audit nos. Petens ſe adiuuari ad peccan-
um non rectè petit, quia non petit ſecundum
voluntatem Dei, ſed contra. Itaq; Iacobus dicit:

cap. 4. Petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis. Hæc cogitatio admonet, vt noſtram petitionem de rebus corporalibus humiliter ſubijciamus ſemper bonæ voluntati Dei, qui nouit, quibus indigeamus, dicentes: Fiat voluntas tua, non noſtra, ſicut leproſus dicit: Domine, ſi vis, potes me mundare.

Quinto conſiderare debes exempla, tùm ipſius filij Dei, tùm omnium ſanctorum, qui in omnibus neceſſitatibus ad inuocationem confugerunt, ſicut Pſal. 33. dicitur: Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum. Clamauerunt iuſti, et Dominus exaudiuit eos, ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Adducantur itaq; aliquot illuſtria exempla ex Biblijs accommodata ad illas neceſſitates, de quibus pro ratione temporis, loci & perſonarum, & aliarum circumſtantiarum maximè dici conuenit & neceſſarium eſt.

## DE TERTIO LOCO.

IN Euangelio deſcribitur illuſtre exemplum fidei in inuocatione luctantis cum tentatione probationis, & in ea lucta conſiſtentis & vincentis: quod exemplum conuenit cum lucta Iacobi

Ge-

ne. 33. & cum Chriſti dicto: Regnum cœlo-
n vi perrumpit, & violenti rapiunt illud.
ut enim Iacobus tota nocte luctatur cum Filio
i in Angeli forma, & præualet, non dimittens
m, niſi accepta benedictione prius: Ita in hoc
angelio hæc Cananæa mulier cum filio Dei
bante ipſius fidem luctatur, tenet eum fideli
tione, & non dimittit eum niſi exaudita.
amobrem ſicut ibi fidem Iacobi prædicat filius
i dicens: Non amplius vocabitur nomen tuum
ob, ſed Iſrael, quoniam vt princeps conflixiſti
n Deo & hominibus, & præualuiſti: Ita etiam
hoc Euangelio fidem Cananææ prædicat Chri-
s, exclamans: O mulier, magna eſt fides tua,
tibi ſicut vis. Sunt autem duæ tentationes.
ibus Chriſtus fidem huius mulieris probat, ſed
a contrà perſiſtit in fide, & vincit.

Primò tacet Chriſtus, & intercedentibus
cipulis, reſpondet: Non ſum miſſus niſi ad per-
as oues Iſrael. Non intelligit ipſa mox Amphi-
logiam in voce Iſrael, in qua eſt argumentum
ntationis ſeu probationis, quam Amphibolo-
am Paulus explicat, & dicit ad Roman. 9.
on omnes, qui ſunt in Iſrael, ſunt Iſrael. neq́,
ia ſunt ſemen Abrahæ, ſtatim omnes filij, ſed
r Iſaac vocabitur tibi ſemen, hoc eſt, non qui
ij carnis, illi filij Dei, ſed qui ſunt filij pro-

*miſſionis, recenſentur in ſemen. Hanc Amph[illegible] bologiam eiusq; ſolutionem, non ſtatim anima[illegible] uertit mulier. Ideo ſimpliciter huic tentatio[illegible] opponit fidem & inuocationem, in qua perſeue[illegible] contra tentationem, & repetit orationem: Dom[illegible] ne adiuua me, appellans ad officium Chriſti [illegible] Meſſiæ, & ad promiſſionem. Docet nos hoc e[illegible] emplum, quòd tacente Deo ad noſtras preces, d[illegible] bemus perſeuerare in orando, & appellare ad D[illegible] promiſſionem ac officium, & dicere: Domi[illegible] adiuua nos. Et quando non poſſumus argume[illegible] ta tentationum, quibus fides noſtra exercetu[illegible] artificialiter ſoluere, aut etiam non intelligim[illegible] omnia, debemus ea vincere perſeuerantia [illegible] fide & inuocatione. Nam ſimplex fides nitit[illegible] verbo Dei, & cum vera inuocatione coniunc[illegible] ſoluit multos inextricabiles nodos.*

2. *Secundò probat Chriſtus fidem mulier[illegible] alia reſponſione: Non bonum eſt ſumere p[illegible] nem filiorum, & proijcere eum canibus. Ca[illegible] eam confert, de indignitate admonens. At il[illegible] inſigni inuerſione hanc obiectionem indignit[illegible] tis, & appellationem caniculæ ad ſuæ fidei [illegible] oratione confirmationem accommodat: Sim ca[illegible] nicula ſub menſa dominorum, Ergò pertine[illegible] ad me micæ panis, quæ de dominorum men[illegible] cadunt, hoc eſt, Ergò pertinent quoq; ad me pro[illegible]*

*miſſi[illegible]*

ſ:o & micæ beneficiorum tuorum, quas ſu-
rbi Iudæi negligunt.

Sic nos quoq; tentationes de indignitate
ſtra inuertere debemus ad noſtram conſola-
nem & fidei confirmationem. Sicut prodi-
s filius agnoſcens ſuam indignitatem, dicit:
c me ſicut vnum ex mercenarijs tuis. Ea eſt
veræ fidei in lucta tentationum, quam fidem
riſtus in hac muliercula tantopere prædicat. In
ma, docet hoc exemplum, ſicut etiam exem-
m Iacobi, quòd in talibus luctis non debemus
um dimittere, ſed cum aßidua oratione fidei
ere, vt nobis benedicat, ſicut Chriſtus etiam
net Lucæ 18. Oportet ſemper orare, & non
atigari. Et addit parabolam de iniquo iudice,
vidua, quæ ſua perſeueratione in orando tan-
n ab iniquo iudice impetrat exauditionem &
lium.

Ita hoc loco quoq; illud obſeruandum eſt,
od exemplum Cananææ & prædicatio fidei
us etiam ad locum de vocatione Gen-
n pertinet, ſicut in ſimili exemplo admonet
RISTVS Lucæ ſeptimo, Matthæi octauo,
i laudata fide Centurionis, quòd non inue-
it ſimilem fidem in toto Iſrael, mox addit
vocatione Gentium: Dico autem vobis,
quòd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Quod multi ab Oriente & Occidente venient, & accumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum, Filij autem regni eijcientur &c.*

## DE QVARTO LOCO.

VIRTVS & *effectus fidei in oratione hæc eſt: de qua Chriſtus dicit: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, & ſanata eſt filia eius in illa hora. Sic Iohan.* 15. *dicit Chriſtus: Quandocunq; volueritis, petite & fiet vobis, Et Dauid inquit: Voluntatem timentium ſe faciet. Hæc virtus fidei in oratione explicetur exemplis, quæ plurima extant in ſacra ſcriptura, veteris & noui Teſtamenti. Et aliqua recitantur ad Heb.* 11. *Verè enim fides facit miracula, ſicut dicit Chriſtus: Credenti omnia poßibilia, hoc eſt, impetrat à Deo miracula. Elias & Eliſæus mortuos per orationem fidei excitauerunt. Moſes, Prophetæ, pij Iudices, Reges & Apoſtoli, quot miracula fecerunt fideli oratione? Concluſio contineat adhortationem ad inuocationem.*

# DOMINICA OCVLI, EVANGELIVM DE EIECTO

*Dæmonio, & habita â Chriſto diſputatione cum Iudæis calumniantibus miraculum, Lucæ 11. Matth. 12. Marci 3.*



ET ERAT EIICIENS Dæmonium, & illud erat mutum: Factum eſt autem egreſſo Dæmonio, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: in

in Beelzebub principe Dæmoniorum eijcit dæmonia. Alij autem tentantes ſignum de cœlo quærebant ab eo. Ipſi autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum contra ſeipſum diuiſum, deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. Si autem & Satanas contra ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis: in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt, ſi autem in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit ad uos regnum Dei:

Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſsidet. Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius aufert, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuit. Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit.

Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa,

quæ

ærens requiem: & non inueniens,
it: Reuertar in domum meam, vnde
iui. Et cum venerit, inuenit eam ſco=
mundatam & ornatam. Tunc vadit
aſſumit ſeptem alios ſpiritus, nequio=
ſe, & ingreſsi habitant ibi, Et fiunt
uiſsima hominis illius peiora primis.
Factum eſt autem cum hæc dice=
extollens vocem quædam mulier de
a dixit illi, Beatus venter qui te por=
it, & vbera quæ ſuxiſti. At ille di=
: Quinimò, beati qui audiunt ver=
m Dei, & cuſtodiunt illud.

*VANGELII partes ſunt quatuor.*

*Prima de miraculo.*

*Secunda de calamitate Iudæorum, & re=
ſione ſeu refutatione Chriſti.*

*Tertia, Concio admonitoria Chriſti.*

*Quarta, Exclamatio mulieris, & Chriſti
onſio.*

DE PRIMA.

*In prima parte duo conſiderentur.*

MO *Tyrannis & opus Diaboli in miſero
mine, cuius corpus obſedit, eumq; mutum*

*&*

& quemadmodum Matth. 11. dicitur, cæcu
fecit. Talia ſunt opera Diaboli inimici Dei,
creaturarum ac operum Dei. Cogitemus aute
hunc & quemlibet obſeſſum à Diabolo, hoc e
in quo Diabolus habitat, & ſua opera tanquã
homine obſeſſo potenter exercet, facit mutu
hoc eſt filios ſeculi ſæuos, vt erant obſeſſi, Ma
8. & Saul. 1. Reg. 18 facit cæcos, mutos & ſ
dos, hoc eſt, excæcat mentes filiorum ſeculi ſeu
credulorum, ne credant veritati Ieſu Chriſti,
gat linguas, ne poßint loqui de Deo, obturat
res, ne verbum Dei audire poßint. De his ope
bus Diaboli copioſe dici poteſt, quia totus mu
dus plenus eſt exemplorum.

Secundo verò conſideretur in hac pa
opus Domini noſtri Ieſu Chriſti, expellentis D
bolum ex obſeſſo, quæ expulſio mox manife
eſt demonſtrata, quod mutus locutus eſt. Hu
miraculi conſideratio referatur ad hæc dicta, G
ne. 3. Semen mulieris conteret caput ſerpen
1. Iohan. 3. Filius Dei apparuit, vt deſtru
opera Diaboli. Iohan. 20. Et hæc ſcripta ſu
vt credatis quod Ieſus ſit Chriſtus Filius Dei,
vt credentes vitam habeatis per ipſum. Ex
ceturq; huius miraculi perpetua operatio in co
ctione & regeneratione Eccleſiæ per verbum
Sacramenta. Sic enim Chriſtus quotidie expe
Diabolos, ex filijs incredulitatis, in qnibus

rant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

unt ipſi efficaces, vt Paulus inquit: & deſtruit opera eorum, ac miſeros homines ex regno tenebrarum & Satanæ liberatos ad ſuum regnum transfert, Sicut in hoc Euangelio dicit Chriſtus: Si ego per digitum Dei eijcio Dæmonia, profectò regnum Dei ad vos peruenit. Hic eſt principalis opus huius Euangelij.

DE SECVNDA.

Blaſphemia horribilis eſt, quod dicunt Iudæi vnigenitum Filium Dei per Beelzebub principem Dæmoniorum, id eſt, per diabolicam virtutem eijcere Dæmonia. Talem blaſphemiam quotidie euomit Papa & eius aſſeclæ. Vident Diabolum eijci per verbum Euangelij, & destrui opera Diaboli. Sed blaſphemi hanc operationem tribuunt Diabolo. Hæc blaſphemia non eſt ferenda, ſed refutanda eſt, ſicut Chriſtus eam refutat, Sunt autem argumenta refutationis.

Primum, Si Diabolus Diabolum expellit, tunc diaboli proprium regnum deſtruunt, Nam omne regnum in ſe diuiſum corruet. Sed Diaboli non deſtruunt proprium regnum, Nam hoc …unt, vt ſuum regnum ſtabiliant. Ergo Diabolus non expellit Diabolum, Et per conſequens. Ego non eijcio Diabolos per Beelzebub. In hoc argumento per Antitheſin dicatur, quod deſtructio regni Diaboli non ſit opus Diabolorum, Sed

ſit proprium opus Meſſiæ vnigeniti filij De
iuxta dictum: Semen mulieris conteret capu
ſerpentis.

Et quia hoc argumentum continet locum
communem de diſcordia: omne regnum in ſe di
uiſum corruet, Itaq; in explicatione huius argu
menti, etiam de bono concordiæ, & malo diſcor
diæ dici poteſt. Qui locus concludatur adhorta
tione ad concordiam ex Pſalmo 133. Ecce quã
bonum & quàm iucundum habitare fratres
vnum &c. Nec erit abſurdum, Si aliæ quo
Ethicæ ſententiæ citentur, qualis eſt illa Saluſti
Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maxim
dilabuntur.

Secundum argumentum ſumitur ab ex
emplis. Etſi non repugno illis, qui hoc argume
tum de Prophetis & Apoſtolis intelligunt: T
men malo id in genere de dono eijciendi Dæm
nia exponere, quod donum Deus ſingulari co
ſilio & beneficio etiam ſub pontificatu ſeu ſu
Papiſtica tyrannide vnà cum ſcriptura in qu
buſdam conſeruauit, Quemadmodum negari no
poteſt, fuiſſe etiam ſub Papatu, qui habueru
donum eijciendi Diabolos. A talibus exemp
argumentatur Chriſtus: Filij veſtri qui habe
donum eijciendi Diabolos, non eijciunt eos
nomine Beelzebub aut Diabolorum, Sed in n
mine Dei Abraham, Iſaac & Iacob, Ergo i

eru

runt Iudices veſtri, quod in nomine Beelzebub non poßit eijci Diabolus, & quod ego non eijci-n Diabolos in nomine Beelzebub. Ad huius ar-umenti tractationem ſeu explicationem poteſt am accommodari illud dictum Matth. 7. Mul-dicent mihi in illo die. Domine, Domine, non-in nomine tuo Dæmonia eiecimus? &c.

Tertium argumentum à ſimili, Fortis ar-matus non expellitur niſi per fortiorem: Ego ex-llo Diabolos. Ergo ſum potentior Diabolis: & r conſequens ſum illud ſemen promiſſum, de o dictum eſt: Gene. 3. Semen mulieris conte-t caput ſerpentis. Sicut Iohannes dicit: Chri-um veniſſe in hunc mundum, vt deſtruat ope-Diaboli. Hoc argumentum claudit Epipho-mate: Qui non eſt mecum, eſt contra me, & n non colligit mecum, diſpergit. Concluſio ge-ralis argumentorum omnium, & totius refu-ionis ſeu reſponſionis præmiſſa eſt tertio Ar-mento, Videlicet, Si autem in digito Dei eijcio monia, profecto regnum Dei venit ad vos. ec ſententia quia eſt principalis ſententia to-s Euangelij huius, Ideo in ſingulorum argu-ntorum tractatione repeti & inculcari debet.

## DE TERTIA.

ERTIA pars eſt admonitio Chriſti grauiſſi-ma ad omnes, è quibus non tantum corpora-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

liter etiam eiectus eſt Diabolus, id eſt, qui è re-
gno Diaboli ſunt erepti per illuminationem
Euangelij Ieſu Chriſti, ne rurſus fiant Sacerdo-
tes, & ſecuri Epicuræi, ne indulgeant carni &
libidinibus, ne tali indulgentia rurſus irritent
Diabolum & eius habitationem & culcitram
parent. Sed vt vigilantes & orantes in fide re-
ſiſtant Diabolis, vt Petrus inquit, Nam ſem
expulſi Diaboli non dormiunt aut quieſcunt, ſe
circumambulant quærentes occaſiones rurſ
immigrandi & deuorandi.

In hac admonitione Chriſti obſeruetur an-
notatio cauſæ: Cur hypocritæ & Apoſtatæ
Chriſtiani plerunque ſint peiores ipſis Ethni-
cis, qui nunquam fuerunt illuminati per Euan-
gelium Ieſu Chriſti. Videmus ſic ſæpe fieri, &
miramur cauſam. Eam autem Chriſtus in h
explicatione explicat, quia Diabolus redie
ad Chriſtianum Apoſtatam & hypocritam aſſ
mit ſeptem Diabolos nequiores ſe, ita fiunt p
ſteriora hominis iſtius peiora prioribus. Itaq
hæc admonito Chriſti, ſedulo & diligenter exa
geranda & amplificanda eſt.

DE QVARTA.

MVLIER ſua acclamatione prædicat, be
tam matrem Chriſti, Sicut ipſa quoq; in ca



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

co dicit: *Ex hoc beatam me dicent omnes gene-
ationes.* Chriſtus accclamationi aſſentitur, Sed
ddit conſolationem communem & vniuerſa-
m, qua in cauſa fidei & beatitudinis æternæ
llit omnem reſpectum & prærogatiuam per-
onarum etiam propriæ matris. *Beati, inquit,*
*unt qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt il-*
*ud.* Sic & Matth. 12: Cùm in eadem hi-
oria indicaretur, quod mater & fratres vellent
um alloqui, demonſtratis diſcipulis reſpondit:
*cce mater mea & fratres mei: qui enim facit*
*oluntatem patris mei in cœlis, hic eſt meus fra-*
*r, ſoror & mater.* Porro hæc eſt voluntas
atris cœleſtis qui miſit Chriſtum, vt omnis qui
idet eum, & credit in eum, habeat vitam æ-
rnam. Iohan. 6. Hæc vniuerſalis conſola-
o egregiè poteſt explicari accommodatione di-
cti, Quod non ſit perſonarum reſpectus apud
Deum, Item, Quod in Chriſto Ie-
ſu omnes ſumus vnum,
Ad Gala. &c.

## DOMINICA LÆTA.

### E EVANGELIVM DE SA-turatis à Chriſto quinq; millibus viro-rum &c. Iohan. 6.

POST HÆC ABIIT Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis, & ſequebatur eum turba multa, quia videbant eius ſigna, quæ faciebat ſuper his qui infirmaban-



tur. Subijt autem in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet, quod turba multa veniret ad ſe, dicit ad Philippum: Vn-

e ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum, Ipſe nim ſciebat, quid eſſet facturus.

Reſpondet ei Philippus, Ducen- orum denariorum panes non ſufficiunt s, vt vnuſquiſq; eorum modicum quid cipiat. Dicit ei vnus ex Diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri, Eſt puer nus hic, qui habet quinq; panes hor- aceos, & duos piſces, ſed hæc quid nt inter tot?

Dixit autem Ieſus, Facite homines iſcumbere, Erat autem fœnum multũ loco: Diſcubuerunt ergo viri, nume- quaſi quinq; millia. Accepit autem ſus panes, & cum gratias egiſſet, diſ- ibuit diſcipulis, diſcipuli vero diſcum ntibus, Similiter & de piſcibus, quan- m volebant.

Vt autem impleti ſunt, dicit diſci- lis ſuis: Colligite quæ ſuperfuerunt gmenta, vt ne quid pereat. Collegę- nt ergo, & impleuerunt duodecim phinos fragmentorum ex quinq; pa- bus hordeaceis quæ ſuperfuerunt his,

qui manducauerant. Illi ergo homines
cum vidiſſent, quod Ieſus fecerat ſig-
num, dicebant: Quia hic eſt vere ill
Propheta, qui venturus eſt in mundum
Ieſus ergo cum cognouiſſet, quod ven-
turi eſſent, & rapturi ipſum, vt faceren
eum regem, ſeceſsit iterum in monten
ipſe ſolus.

*HISTORIA huius Euangelij præter gene-
ralem doctrinam de principali fine miracu-
lorum Chriſti, Scilicet quod ſunt manifeſtati-
nes diuinæ gloriæ ipſius Iohan. 2. ideo factæ &
ſcriptæ, vt credamus quod ipſe ſit Ieſus Chriſtu
hoc eſt, Saluator, Meßias & Rex noſter à De
miſſus & vnctus, & vt credentes vitam habe-
mus per ipſum, Iohan. 20: præter hanc inqua
generalem doctrinam de miraculis continet ha
hiſtoria plures inſignes & vtiles locos.*

*Primus locus pertinet ad generalem conſ-
derationem conſeruationis mundi & creatur-
rum, ac præcipue hominum in mundo. Sicut eni
Deus mundum & creaturas per miraculum cre-
uit, Ita verè animantia & nos homines per me-
miracula alit. Quæ miracula cum, vt Auguſtin
inquit: tractatu 24. in Iohannem, aßiduitate v-
leſcant, ita vt penè per ea nemo moueatur: Ia*

quando quædam inſolita miracula fiunt, vt
illorum admirationem ad quotidianorum mi-
raculorum conſiderationem adducamur. Non
enim minus eſt miraculum, quod Deus quotannis
facit in vita mutans aquam in vinum, quàm
quod fecit in nuptijs Canæ in hydrijs. Sic non
minus eſt miraculũ, quod Deus quotannis facit in
aquis & in agris, ex vno piſce multos piſces, &
ex vno grano multa grana producens, quàm quod
in hac hiſtoria fecit: Imo non quotannis, ſed
quotidie & ſingulis diebus & horis talia facit
miracula, in noſtris domibus, cellarijs, culinis &
menſis.

Diſcamus itaque ex hoc Euangelio agno-
ſcere effectum benedictionis diuinæ, vt non
exiſtimemus nos poſſe noſmet & noſtros ſine
Deo alere, ſed eò diligentius & ardentius pe-
tamus à Domino donationem panis quotidia-
ni. Huc pertinet locus Pſalmi 115. quem quo-
tidie ad menſam dicere ſolemus: Oculi omnium
in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam in
tempore oportuno, Aperis tu manum tuam, &
imples omne animal benedictione. Et Pſalm.
104. Producens fœnum iumentis, & herbam
ſeruituti hominum, vt educas panem de terra, &
vinum lætificet cor hominum, vt exhilaret faci-
em in oleo, & panis cor hominis confirmet: om-
nia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Dante te illis colligent, aperiente te manum*
*tuam omnia implebuntur bonitate, auertente t*
*faciem conturbabuntur.*

*In huius loci concluſione poteſt addi admo*
*nitio, quod hæc hiſtoria tempore ſationis ideo præ*
*legatur in Eccleſia, Sicut & ſimilis tempore meſ*
*ſis prælegitur, vt harum hiſtoriarum conſidera*
*tione & nunc ad petitionem felicis ſationis &*
*boni incrementi, & tunc ad gratiarum actionem*
*pro meſſe admoneamur.*

*Secundus locus eſt exemplum ſeu ex*
*emplaris declaratio promiſsionis Chriſti, Matth*
*6. Primum quærite regnum Dei & iuſticiam*
*eius, & cætera adijcientur vobis. Miraculoſ*
*facto Chriſti veritatem & certitudinem eius*
*promiſsionis in hac hiſtoria declarauit. Nam*
*ſequentibus ipſum quinq; millibus virorum ſu*
*perabundanter cibum dedit, de panibus quinq;*
*& duobus piſcibus, quos panes & piſces pue*
*ſecum ferebat, ita vt ſupereſſent reliquiarum*
*cophini duodecim. Non ſolum itaq; demonſtra*
*hoc miraculum, Hunc Ieſum Chriſtum eſſe ve*
*rum Deum creatorem. (Nam ita creaturas au*
*gere illius eſt proprium opus, qui creaturarum*
*eſt conditor) Sed etiam docet hoc miraculum*
*quod Chriſtus Eccleſiæ, quæ ipſum ſequitur &*
*audit, velit neceſſaria huius vitæ adijcere.*

*uq; propter curam panis quotidiani, hoc eſt, re-*
*m ad hanc vitam neceſſariarum non eſſe abij-*
*ndum amorem & deſiderium regni Dei, Sed*
*hoc deſiderio conſtanter eſſe perſeuerandum,*
*curam huius vitæ Domino commendandam*
*e, qui nouit, quibus indigeamus Matth. 6.*
*amſi in deſerto cum ipſo ſimus. Et promiſ-*
*nem nobis dedit, quod quæ nobis ſunt neceſ-*
*ia & vtilia velit nobis adijcere. Sicut eti-*
*Pſalm. 34. ſcriptum eſt: Inquirentes Do-*
*um non minuentur omni bono, id eſt,* Inen
rd nicht mangeln was jnen gut iſt.

*Coniungatur etiam recitatio aliquot ſimili-*
*exemplorum. Filios Iſrael aluit & conſerua-*
*Deus in deſerto annos 40. magnis miracu-*
*: Dedit panem de cœlo, aquam ex petra, co-*
*nices per ventum copioſe aduexit, Nume.*
*. veſtimenta & calceos eorum conſeruabat*
*attererentur, Deuteron. 8. Eliam latentem*
*torrentem Carith per miniſterium coruo-*
*n, qui ei mane & veſperi panem & car-*
*afferebant, pauit. Inde ad Sareptanam*
*duam miſſum aluit cum vidua & eius fi-*
*de pauxillo farinæ & olei, quæ non minue-*
*tur, 3. Reg. 17. Eidem cum tyrannidem*
*abelis fugeret, miſit per Angelum panem*
*cimericium, & aquam, & huic cibo tan-*
*tam*

*tam virtutem ſeu robur addidit, vt in forti-*
*tudine illius ambularet quadraginta dies & no-*
*ctes, 3. Reg. 19. Cùm Daniel ſederet in lacu, in-*
*ter leones, Angelus Prophetam Habacuc defe-*
*rentem pulmentum ad meſſores ex Iudæa in Ba-*
*bylonem vexit, vt ex eo pulmento Danieli pran-*
*dium daret, Daniel. vlt. Hic itaq; locus conclu-*
*datur repetitione admonitionis & promiſſionis*
*Chriſti: Quærite primùm regnum Dei: & admo-*
*nitionis Pauli 1. Timoth. 4. Exerce te ad pieta-*
*tem. Pietas enim ad omnia vtilis eſt, habens pro-*
*miſſionem huius & futuræ vitæ.*

III. *Tertius locus eſt de tentatione, qua*
*Chriſtus probat & examinat fidem Philippi, &*
*quidem non Philippi tantùm, ſed etiam aliorum*
*diſcipulorum. Quærit, vnde ſint ſumendi panes*
*pro tanta multitudine? Philippus ex Arithmetica*
*ratione ad quæſtionem reſpondet. Idem facit An-*
*dreas. Non cogitant de petitione, quam Ieſus*
*ipſos docuerat: Panem noſtrum quotidianum da*
*nobis hodie: nec de inſigni illa concione Chriſti*
*Matth. 6. Conſiderate volucres cœli &c. Neq; co-*
*gitant de alijs exemplis miraculorum, quæ &*
*deſerto facta erant, & quæ ipſi à Chriſto viderant.*

*Sic nobis quoq; accidere ſolet, cùm nos*
*Deus per penuriam & indigentiam examinat,*
*ſicut Deut. 8. dicitur, tunc recurrere ſolemus ad*

*Arith-*

rithmeticam rationem, & inde tantùm impoßi-
lia colligimus: nimirum: noſtræ opes,noſtra an-
nona, non ſufficiunt nobis & familiæ noſtræ,
rorſus ſicut Philippus & Andreas impoßibilia
ligunt. Sed Chriſtus calculationis humanæ
nitatem ipſo facto arguit, & argumentum im-
ßibilitatis miraculo ſoluit, quia accipit quinq;
nes & duos piſces, ac gratijs actis diſtribuit de
is diſcumbentibus, quantum ipſe vult, &
idem tantum diſtribuit, vt ſaturentur, &
undè ſuperſit. Docemur itaq; in tali proba-
ne penuriæ & indigentiæ ante & poſt omnem
culationem reſpiciendum, & recurrendum eſ-
ad inuocationē,iuxta dictū: Oculi omnium &c.
peris tu manum tuam, & imples omne animal
nedictione. Quia deficiente Arithmetica calcu-
ione & proportione,non deficit Dei promißio,
nignitas & potentia. Cuius promißio,benigni-
& potentia nunquam exhauriuntur, neq; nu-
rari aut menſurari poſſunt Sicut in hoc Euan-
lio dilucidè dicitur, Deus quantum voluit de-
. Cæſar non poteſt amplius dare quàm habet
promptu. Sic coquus, pincerna, œconomus Cæ-
ris,amplius quàm habent,dare non poſſunt Sed
c Dominus noſter de paucis panibus & piſci-
us,imò de nihilo dat quātum vult, & ſuperma-
t abundè. Sic in deſerto,vbi nullus panis erat,
dit quantum voluit. Sic ex petra, in qua nulla
erat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*gutta aquæ, dedit quantum voluit. De pauxil-
farinæ & olei Sareptanæ dedit quantum vo-
luit &c.*

*Hæc cogitatio nobis in petitione pan-
quotidiani neceſſaria & vtilis eſt, vt cogitem-
nos non petere è penu hominis, qui etſi ſit ditiſ-
mus, tamen exhauſto penu amplius dare non p-
teſt. Sed nos è penu inexhauſtæ benignitatis, p-
tentiæ & promiſsionis Dei petere panem n-
ſtrum quotidianum, qui dat quantum vult. A-
hunc locum pertinet accommodatio repræhenſio-
nis Apoſtolorum, quæ extat Matth. 16. & pert-
net ad nos omnes, cùm Chriſtus ad diſcipulos d-
ceret: Cauete à fermento Phariſæorum & Sad-
cæorum. Cogitabant illi inter ſe, hoc ideo dic-
quia panes ſecum non accepiſſent. Sed Ieſus ſcien-
cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis inte-
vos modicæ fidei, quia panes non habetis? No-
dum intelligitis neq; recordamini quinq; panum
in quinq; millia hominum, & quot cophinos ſum-
pſiſtis? neq; ſeptem panum in quatuor millia ho-
minum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Item pertin-
huc dictum Deut. 8. de quo dicetur Dominica 7.
poſt Trinitatis.*

IIII. *Quartus locus eſt conſolatio in his ver-
bis: Ipſe ſciebat quid eſſet facturus. Cum qu-
conſolatione conuenit concio Chriſti Matth. 6.
quam ſic concludit, Scit Pater veſter, quia his*

*omnibus*

*mnibus indigetis. Quærite ergò primùm regnum*
*ei & inſticiam eius, & hæc omnia adijcientur*
*obis. Magna hæc eſt conſolatio, & inſignis*
*mmendatio diuini amoris & curæ, quòd ſit de*
*bis ſollicitus Deus, ſicut pater de ſuis liberis*
*licitus eſt, etiam antequam clament: quia no-*
*quibus opus habeant melius quàm nouerint*
*imet.*

*Quintus locus eſt exemplum Chriſti, quòd*
*eptis panibus gratias agit. Hoc exemplum*
*igenter obſeruandum eſt. Filius Dei eſt crea-*
*omnium creaturarum, & tamen ſine inuoca-*
*ne ſeu gratiarum actione & benedictione*
*nquam fruſtum panis in ſanctas manus ſuas*
*epiſſe legitur: Ergo multo magis nos miſeri*
*mines & calamitoſi mendici cum inuocatione*
*gratiarum actione uti & frui debemus donis*
*i, ſicut admonemur grauiſſimè à Paulo, 1. ad*
*moth. 4. Deus creauit cibos ad percipiendū,*
*fruendū cum gratiarum actione fidelibus, &*
*s, qui cognouerunt ueritatem, quia omnis*
*atura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod*
*n gratiarum actione percipitur. Sanctificatur*
*tem per uerbum & orationem. Et Deut. 8.*
*itur: Cùm comederis & ſatiatus fueris, bene-*
*es Domino Deo tuo pro terra optima, quam*
*lit tibi. Repræhendantur* ἄθεοι, *qui tanquam*
*nes & ſues fruuntur donis Dei, & dicatur de*

*effectu*

*effectu inuocationis, qua ſcilicet & ſanctifican*
*tur nobis & augentur dona Dei, etiam in ip*
*vſu, non tantùm copia, ſicut hi panes & piſci*
*augentur, ſed etiam virtute & robore, ſic*
*Eſaiæ 3. robur panis & robur aquæ appellant*
*ipſa virtus nutriendi & confortandi, quæ eſt d*
*num Dei in cibo & potu, quam virtutem ſeu r*
*bur cùm aufert Deus, tunc nulla copia ad nutr*
*cationem ſufficit, ſicut dicitur Aggæi 1. Comed*
*tis, & non ſaturamini, Bibitis, & non inebriam*
*ni, Veſtitis vos, & non poteſtis calefieri.*

VI. *Sextus locus eſt præceptum de parſim*
*nia: Colligite fragmenta, ne quid pereat. Par*
*monia in medio cõſiſtit, inter auaritiam & pro*
*galitatem. Eſtq; virtus, quæ poſt vſus neceſſari*
*& communicationem Eleemoſynarum, collig*
*& conſeruat quæ ſuperſunt, ne pereant, ſed v*
*ipſa quoq; cum gratiarum actione alio tempo*
*ad bonos vſus conferantur. Commendetur ita*
*parſimonia his præcipuè argumentis.*

*Primum argumentum ſumatur à præ*
*cepto: Colligite fragmenta, ne quid pereat, Mul*
*magis peccant, qui non tantùm fragmenta qu*
*ſuperſunt, ſed totam ſubſtantiam flagitioſè diſſi*
*pant, ſicut filius prodigus, Luc. 15.*

2. *Secundum argumentum eſt à genere. Par*
*ſimonia eſt ſpecies gratitudinis, quia donis Dei re*
*uerenter vtitur.*

*Te*

Tertium argumentum ab vtili, ſicut Pro- 3.
uerb. 27. dicitur: Qui ſeruat ficum comedet fructus eius. Et notum eſt dictum ethicum: Non intelligunt homines quam magnum ſit vectigal parſimonia. Parſimonia vtilis eſt, vt de donis à Deo datis poßint præſtari officia & beneficia, quæ quis debet Eccleſiæ miniſterio & pauperibus, Eccleſiæ membris, Item politico officio, item, ſibiipſi, vxori, liberis, familiæ, amicis & proximis, Nam bonus Seruatius, vt dici ſolet, etiam vincit bonum Bonifacium.

Quartum argumentum à contrario. Prodi- 4
galitas eſt peccatum, & eſt ſpecies ingratitudinis, & ſpecies furti eſt. Ingratitudinis ſpecies eſt, quia irreuerenter tractat dona Dei, irreuerenter illis vtitur, & ea ſpernit ac contemnit, ſicut ſi filius cibos & veſtes à patre datas in terram proiiceret, & pedibus conculcaret. Furti ſpecies eſt, quia prodigus furatur ſibiipſi, ſenectuti ſuæ, vxori ſuæ, liberis ſuis, ea quæ dedit Deus ipſis ad vſus neceſſarios. Item, furatur Eccleſiæ & politiæ ea quæ debebat ad publicos vſus conferre, et furatur pauperibus Eleemoſynas, quas ipſis de donis Dei diſtribuere debebat.

Quintum à pœnis prodigalitatis, quia Deus 5
non ſinit hoc peccatum, cum quo plura peccata coniuncta ſunt impunitum. Ita quoq; exempla pœnarum in quotidiana vita occurrunt: Prodi-

galitatem regulariter comitatur paupertas cum
multis alijs calamitatibus, Sicut oſtendit exem
plum filij prodigi, & infinita alia exempla hiſto
riarum & experientiæ. Comitantur ſæpe eti
am aliæ pœnæ temporales, horribiles, propterea
quod prodigi rebus ſuis abſumptis conuertunt
plerumq; ad malas artes, & cum peccatis etiam
pœnas attrahunt.

VII Septimus locus pertinet ad dictum Chriſti
Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et Iohan
8. Ego gloriam meam non quæro. Admonetq; hic
locus, quod quilibet debet contentus eſſe ſua vo
catione & gradu, nec debet adpetere vanam glo
riam, Sicut dicit ad Hebr. 5. Nemo ſumat ſibi
honorem. Sed qui vocatur à Deo tanquam Aa
ron, & ad Gal. Non efficiamur inanis gloriæ cu
pidi. Et Iohan. 5. dicit Chriſtus: Quomodo
vos poteſtis credere, qui gloriam ab
inuicem accipitis, & gloriam
quæ à ſolo Deo eſt
non quæritis.

## DOMINICA IVDI
## CA EVANGELIVM
Iohan. 8.

QVI



*QVIS EX VOBIS AR-*
guit me de peccato? Si au-
tem veritatem dico, quare
vos non creditis mihi? Qui
ex Deo eſt, verba Dei au-
dit, Propterea vos non auditis, quia ex
Deo non eſtis. Reſponderunt ergo Iu-
dæi, & dixerunt ei, Nonne bene dici-
mus nos: quia Samaritanus es tu: & dæ-
monium habes? Reſpondit Ieſus: Ego
dæmonium non habeo, ſed honoro Pa-
trem meum, & vos inhonoraſtis me,
Ego autem non quæro gloriam meam,

Eſt qui quærit & iudicat. Amen amen
dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſer-
uauerit, mortem non videbit in æter-
num, Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc co-
gnouimus, quod dæmonium habes. A-
braham mortuus eſt & Prophetæ, & tu
dicis: ſi quis ſermonem meum ſeruaue-
rit, non guſtabit mortem in æternum.
Nunquid tu maior es patre noſtro Abra-
ham, qui mortuus eſt? Et Prophetæ
mortui ſunt, Quem teipſum tu facis?
Reſpondet Ieſus: Si ego glorifico me-
ipſum, gloria mea nihil eſt, Eſt pater me-
us, qui glorificat me, quem vos dicitis
quia Deus veſter eſt, & non cognoui-
ſtis eũ: Ego autẽ noui eum: & ſi dixero
quod non nouerim eum: ero ſimilis vo-
bis mendax: ſed noui eũ & verbũ eius
ſeruo. Abraham pater veſter exultauit
vt videret diem meũ: & vidit, & gauiſus
eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quin-
quaginta annos nondum habes, & A-
braham vidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen
amen dico vobis, Antequam Abraham
eſſet, ego ſum. Tulerunt ergo lapides, vt



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de Templo.

*Hoc Euangelium eſt pars acerrimæ diſputationis Chriſti, cum Iudæis de controuerſia, an Phariſæi & Sacerdotes Iudæorũ cum ſuo cœtu ſint Eccleſia, an verò Chriſtus cum ſuis diſcipulis et auditoribus ſint vera Eccleſia: Eſtq; hæc diſputatio ſimilimũ exemplũ eius controuerſiæ & diſputationis, quæ ſemper fuit inter veram Eccleſiã, & eum cœtum qui falſo vſurpat titulum veræ Eccleſiæ, & vocatur Eccleſia malignantium & quæ diſputatio ac controuerſia adhuc hodie eſt inter veram Eccleſiam amplectentem doctrinam Euangelij ac ſequentem Prophetam Dei Lutherum, atq; inter Papiſtas adhærentes Papæ, Cardinalibus & Epiſcopis: quare omnia membra propoſitionum et argumenta in hac tota diſputatione bene obſeruanda, & ad controuerſiam huius temporis accommodanda ſunt. Prima propoſitio à Chriſto proponitur de doctrina. Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Hac propoſitione damnat, falſas doctrinas Phariſæorum & Sacerdotũ, quod ſint illorum doctrinæ tenebræ, id eſt, errores & mendacia, eiſq; opponit lucẽ ſuæ doctrinæ, quam ipſe adfert ex ſinu æterni patris, et ſimul monſtrat ſeu affirmat ſe eſſe doctorẽ illum à Deo miſſum, qui in Prophetis lux gentium appellatur.*

*In huius Propoſitionis declaratione di-cendum eſt, cur Chriſtus Iudaicam doctrinam appellet tenebras, & cur Lutherus tenebras appellet Papiſticam doctrinam, monſtratis præcipuis erroribus, & viciſsim dicendum eſt, cur Chriſtus & ſe & ſuum Euangelium vocet lucem, ſicut etiam Euangeliſta Iohannes hanc appellationem diligenter inculcat cap. 1. ſui Euangelij, nimirum, quia hæc ſola lux illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: per hanc ſolam lucem cognoſcitur Deus, iuxta dictum: Deum nemo vidit vnquam, Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis: & per hanc ſolam lucem cognoſcitur veritas fidei, & via ſalutis ac vitæ æternæ: Reliquæ doctrinæ omnes ſunt tenebræ, & ſunt errores in his articulis, de Deo, de fide, de ſalute & vita æterna, & ducunt in æternas tenebras æternæ damnationis: Contra hanc Propoſitionem Chriſti opponunt Iudæi hoc argumentum: Tu teſtimonium fers de teipſo: Ergò teſtimonium tuum non eſt verum. Requirunt itaq; teſtes ipſius doctrinæ valentes autoritate, & eſt idem argumentum, quod Luthero & nobis obijciunt Papiſtæ: Vos Lutherani ipſimet commendatis veſtram doctrinam, ſed debebatis adferre teſtimonia Eccleſiæ, conſenſum eorum, qui ſedent in ordinaria ſucceſsione, id eſt, Paparum, Cardinalium & Epiſcoporum, & eorum autorum, qui ab*

illis

*illis approbati ſunt, ſicut Iudæi requirunt in hac quæſtione conſenſum principum Phariſæorum & ſeniorum, quemadmodum patet ex 7, Iohan. vbi dicunt: Nunquid ex principibus aliquis credidit in ipſum, aut ex Phariſæis? ſed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt.*

*Ad hanc obiectionem reſpondet Chriſtus duplici modo: Primo Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium verum eſt, quia ſcio, vnde veni, & quò vado. Hæc reſponſio ſumpta eſt ex hoc fundamento: Deus non mentitur: ego ſum Filius Dei: Ergò ego non mentior, ſed teſtimonium meum eſt verum: Sic nos dicimus: Scriptura non mentitur: Noſtra doctrina eſt ſcriptura: Ergo &c. Sicut Prophetæ hac vnica demonſtratione veritatem ſuarum concionum confirmant: Dixit Deus, Dominus locutus eſt.*

*Secunda reſponſio ſumpta eſt ex ipſa lege, ſed hoc idem fundamentum ponit, videlicet, veritatem Dei: In lege veſtra ſcriptum eſt, quòd duorum hominum teſtimonium verum eſt: Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, & teſtimonium de me perhibet Pater: Ergò meum teſtimonium eſt verum, imò multo magis verum eſt, quàm ſi homines teſtificarentur &c. Quoniam dicit Iohannes 1. Iohan. 5. Si teſtimo-*

*nium hominis accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Sic Iohannes eodem capite 5. teſtimonium Trinitatis allegat. Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Hæc allegatio teſtimonij non tantùm intelligatur de duabus teſtificationibus in Baptiſmo Chriſti, & in eius glorificatione in monte, ſed etiam ſimul de teſtificatione totius ſacræ ſcripturæ, ſicut hanc teſtificationem allegat Ioh. 5. Scrutamini ſcripturas &c. Et ſimul de interna teſtificatione ſeu obſignatione per Spiritum S. id eſt, teſtificatio Spiritus ſancti imprimitur in cor credentis, ſicut Ioh. 3. dicitur: Qui accipit teſtimoniū eius, hunc obſignauit, quia Deus verax eſt. Et Iohan. 7. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego ex me loquar. 1. Ioh. 5. Si teſtimonium hominū accipimus, teſtimonium Dei maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de Filio ſuo: qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe, id eſt, Spiritum ſanctum teſtificantem. Rom. 8. Spiritus teſtimonium dat Spiritui noſtro, quòd ſimus filij Dei.*

*Huc pertinet appellatio arrhæ & pignoris, quæ tribuitur Spiritui ſancto, propterea, quia obſignat veritatem Euangelij in cordibus noſtris, ac de ea ac hæreditate promiſſa vitæ æternæ nos certificat, ad Ephe. 1. 2. Corinth. 1. & 5. Hanc*

*reſpon-*

ſponſionem de certitudine & veritate doctri-
e Chriſti ſeu Euangelij nos quoq; hoſtibus no-
ris opponere debemus. Nam ſicut Iohannes re-
ißimè dicit, teſtimoniū Dei maius eſt omnium
ominum teſtimonijs. Secunda propoſitio, eſt
doctrina & Eccleſia ſimul: Si vos manſeritis
ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis, & vos
oſcetis veritatem, & veritas liberos vos faciet.
hac propoſitione alligat Chriſtus Eccleſiam,
libertatem Eccleſiæ promiſſam, hoc eſt, liber-
tem à ſeruitute & damnatione legis & mortis
ſuum verbum, id eſt, Euangelium, docetq; tan-
m eum cœtum eſſe veram Eccleſiam, & gau-
re libertate et omnibus beneficijs Eccleſiæ pro-
ißis, qui fide amplectitur Euangelium Domini
ſtri Ieſu Chriſti. Hæc definitio Eccleſiæ obſer-
nda eſt, Nam hæc ab hoſtibus Eccleſiæ ſem-
r furioſè eſt oppugnata, & adhuc furioſè oppu-
atur, cuius rei exemplum & figura in hac diſ-
tatione præſcribitur. Argumētum, quod Iudæi
ponunt, hoc eſt: Nos ſumus Abrahæ ſemen, &
bemus patrem Abraham: Ergò ſumus Eccle-
, & ad nos pertinet libertas et beneficia Eccle-
promiſſa. Simile eſt Papiſtarum argumen-
m, quod ipſi nobis opponunt: Nos adhæremus
di & ſucceßioni Apoſtolicæ: Ergo nos ſumus
cleſia.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Chriſtus grauiſsimè reſpondet, & nob
1 exemplum reſponſionis præſcribit. Prima reſpon
ſio ſumpta eſt ex fructibus eorum per accommo
dationem loci communis. Omnis qui facit pecca
tum, ſeruus eſt peccati, & non manet in domo
ſed eijcitur, ſicut de Iſmahelo dicitur: Eijce f
lium ancillæ è domo, Gene. 21. quæ hiſtoria in
gni allegoria pertinente ad hanc diſputatione
explicatur à Paulo ad Gal. 4. Vos volẽtes facit
peccata, ſicut poſtea dicit, vos vultis obedire Di
bolo, Vos vultis me interficere &c. Ergò eſt
ſerui peccati, & per cõſequens ipſi fructus veſ
demonſtrant, quòd non ſitis Eccleſia, nec ſitis pa
ticipes libertatis, quæ eſt Eccleſiæ promiſſa. Eſ
enim mancipia Diaboli & peccati. In hac reſpo
ſione obſeruanda eſt deſcriptio libertatis Chr
ſtianæ contra falſam gloriationem Iudæorum
Nemini ſeruiuimus. Monet enim Chriſtus, libe
tatem Chriſtianam non eſſe, non ſeruire homini
ſicut Paulus dicit ad Corinth: Seruus vocatus
non ſit tibi curæ: ſed hanc eſſe libertatem Ch
ſtianam, liberatum eſſe per Filium Dei à ſeruit
te peccati, mortis & condemnationis æternæ.

2 Secunda reſponſio: Abraham exultau
vt videret diem meum, vidit, & gauiſus e
Vos me videntes & audientes non gaudetis,
quæritis me interficere, quod Abraham non fec

Er

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

rgò vos non eſtis veri filij Abraham. Ad hanc ſponſionem pertinet declaratio, de diſcrimine ter filios carnis et filios promiſsionis, quod extat l Galat. 4. & ad Rom. 9. Sicut autem Chriſus reſpondet Iudæis gloriantibus præſumptuosè Abrahamo: ita nos reſpondemus Papæ, Carnalibus, Epiſcopis gloriantibus de ſede & ſucſsione Apoſtolica. Si eſſent ſucceſſores Petri Apoſtolorum, lætarentur in fide propter Euanlium, & imitarentur opera Apoſtolorum, dilirent Chriſtum, & paſcerent oues Chriſti ver- Euangelij: ſed ij non ſolùm his proprietatibus poſtolicis carent, ſed etiam contrà odio perſeuntur Chriſtum & Euangelium ipſius, & es ac membra Chriſti interficiunt: Ergò non nt ſucceſſores Apoſtolorum.

Secundum argumentum Iudæorum, ſumũ eſt ex dicto de electione Iſraelitarũ, Exod. 19. itis mihi in peculium de cunctis populis, & tis mihi in regnum ſacerdotale & gens ſan. Inquiunt enim: Nos patrem habemus Deum: gò nos ſumus vera Eccleſia: hanc obiectiom aliquot argumẽtis magno zelo refutat Chris: & præcipuum fundamentum argumentom ſumptum eſt ex eodem dicto Exod. 19. quia preſsè ibi dicitur: Si audieritis vocem meam, cuſtodieritis præceptum meum, eritis mihi in pecu-

*peculium: Primum argumentum refutationis*
*Si Deus eſſet veſter pater diligeretis me vtique*
*quia ego à Patre proceſſi & veni, ſed vos non*
*diligitis me, non auditis vocem meam, neq; credi-*
*tis mihi: Ergo vos non eſtis filij Dei. Secun-*
*dum: Filij Dei agnoſcunt meam loquelam, Io-*
*han. 10. Vos non agnoſcitis loquelam meam*
*imò vos non poteſtis ferre ſermonem meum*
*Ergo vos non eſtis filij Dei.*

*Tertium: Vos volentes obtemperati*
*Diabolo mendaci & homicidæ, quia non crediti*
*veritati, quam ego vobis annuncio, & quæriti*
*me interficere hominem, qui veritatem loquo*
*vobis, & quem non poteſtis arguere vllius pec-*
*cati: Ergò vos eſtis ex Diabolo patre mendac*
*& homicidij.*

*Quartum: Qui ex Deo eſt verbum Dei au-*
*dit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non*
*eſtis. Hæc argumenta omnia facilimè & di-*
*lucidè etiam opponi poſſunt Papiſtis ad refuta-*
*tionem falſæ gloriationis ipſorum, vtq; demon-*
*ſtretur, quod & ipſi, ſicut de Iudæis conclud*
*Chriſtus, non ex Deo, ſed ex patre Diabo*
*ſint, cuius opera volentes imitantur, deſid*
*rijs ipſius obſequuntur, & ea perficiunt ho*
*ribilibus mendacijs & homicidijs eorum, qu*
*in nulla parte doctrinæ redarguere poſſun*
*In eo quoq; Iudæi ſimiles ſunt Papiſtis, qu*

*ſic*

cut ipſi cum non poſſunt amplius reſpondere d argumenta Chriſti, conuertuntur ad horribi-s blaſphemias, clamantes horribili voce, Fi-um Dei habere Diabolum, & blaſphemiæ ad-nt violentiam, quærentes lapides, vt eum la-dent. Ita Papiſtæ quoq; & fiunt blaſphemi con-a Filium Dei, & eius Euangelium: & ad arma oncurrunt, vt Eccleſiam opprimant.

Tantum breuiter dici poteſt de ſumma diſ-tationis, Propterea quod vtiliſſima eſt accom-odatio ad præſentem controuerſiam inter nos, et apiſtas, poſtea dicatur etiam de præcipuis locis uangelij.

Primus locus eſt gloriatio Chriſti.

Secundus, Reprehenſio Chriſti eorum, qui on amplectuntur fide, & audiunt Euangelium riſti. Quæ reprehenſio continet grauiſſimum gumentum: Qui ex Deo eſt, verbum Dei au-t, propterea vos non auditis, quia ex Deo on eſtis &c.

Tertius, De dignitate, efficacia & virtu- Euangelij Ieſu Chriſti.

Quartus, De lætitia & fide Abrahæ & om-um patrum.

Quintus, Teſtimonium diuinitatis Chriſti.

Sextus, Conſideratio cauſæ & exempli, cur riſtus non regeſſerit maledicta.

Septi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Septimus*, *Conſolatio de abſconſione ſer*
*protectione Eccleſiæ.*

DE TRIMO.

ETSI *Chriſtus hoc loco principaliter gloriatu*
*de veritate ſuæ doctrinæ, quod ea nullius er*
*roris argui à quoquam poſſit: tamen vniuerſa*
*liter intelligatur de tota & perfecta innocenti*
*Ieſu agni immaculati. Solus enim Ieſus Chri*
*ſtus de nullo peccato argui poteſt, quia ſine pec*
*cato conceptus & natus eſt, & ſine peccato vi*
*xit, quemadmodum ſcriptum eſt, ſanctum quo*
*ex te naſcetur, Luc. 1. Item, peccatum non feci*
*nec eſt inuentus dolus in ore eius. Item, Factu*
*eſt obediens patri vſq; ad mortem, mortem aute*
*crucis. Hoc loco dicatur de conſolatione, qua*
*nobis hæc innocentia Chriſti adfert ſicut ad Ro*
*ma. 5. ſcriptum eſt: Quemadmodum per inob*
*dientiam vnius hominis peccatores conſtitu*
*ſunt multi: Ita per obedientiam vnius iuſti con*
*ſtituuntur multi, Exemplum autem gloriation*
*Chriſti debet nos admonere, vt ſtudeamus pe*
*auxilium Spiritus ſancti ſeruare gloriam bon*
*conſcientiæ in miniſterio & tota vita ſicut præ*
*cipit Paulus 1. ad Timoth. 1. Milita bona*
*militiam, ſeruans fidem & bonam conſcientiam*
*Et 2. Corinth. 1. inquit: Gloriatio noſtra hæc e*
*teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd cum ſim*

plici

*licitate & ſinceritate Dei, non ſapientia carna-
li, ſed per gratiam Dei conuerſati ſumus in mun-
do.*

## DE SECVNDO LOCO.

*HAEC repræhenſio: Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? debet perterreface-re omnes contemptores Euangelij, eoſq; admo-nere, vt ab eo contemptu deſiſtant: Et hanc ad-monitionem debet augere hoc grauiſsimum argu-mentum diſcernens inter veram Eccleſiam Ieſu Chriſti, & omnes alios homines, qui non ſunt Eccleſia, ſeu non pertinent ad Eccleſiam. Omnis qui ex Deo eſt, verbum Dei audit: Ergo qui verbum Dei non audiunt, non ſunt ex Deo. Vel qui non ſunt ex Deo, verbum Dei non audiunt. Hoc iudicium fert ipſe Filius Dei iudex viuo-rum & mortuorum de contemptoribus verbi ac Euangelij ſui: ſicut autem nihil horribilius dici poteſt de homine, quàm quòd non ſit ex Deo, ſed ex Diabolo: Ita etiam nihil horribilius dici poteſt, quàm hominem eſſe contemptorem Eu-angelij Chriſti. Quàm ſit hæc horribilis calami-tas, id patebit in nouiſsimo die, quando Filius Dei ad contemptores illos dicet, vt cum Patre illorum Diabolo, & Angelis eius eant in ignem æternum.*

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Hoc loco inſtituatur ſeria admonitio a amorem & auditionem Euangelij, ex dicto: Qui ex Deo eſt, verbum Dei audit: dicatur hoc eſſe proprium Eccleſiæ, & propriam ipſius natam per quam cognoſcitur, ſicut etiam Iohan. 10: cit Chriſtus: Oues meæ vocem meam audiunt, ego cognoſco eas, & ſequuntur me.*

*Dicatur quoq́, de lætitia omnium pioru audientium Euangelium, ſicut de lætitia Abr hami dicit Chriſtus: Et Dauid in Pſalm 12 Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. Ite Pſalm. 26. Adhæreo altari tuo Domine, v auditur vox gratiarum actionis, & prædicant vniuerſa mirabilia tua, Domine loca habitat nis tuæ diligo.*

## DE TERTIO LOCO.

*IN effabilis dignitas & virtus Euangelij Ie Chriſti, nos ad amorem & auditionem eius e citare debet, de qua dignitate & virtute di Chriſtus cum iuramento: Amen amen dico v bis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, morte non videbit in æternum. Ægrotus audiens remedio contra ſuum morbum, nihil pr habet, quàm vt illud conſequatur: Quid face mus, ſi ad arborem vitæ in Paradiſo recurr poſſemus, vt non moreremur? Atqui ſumus*

firri

*firmi, laboramus lethali morbo ex Diaboli vene-
ato morſu.*

*Hic morbus nobis adhæret ex conceptione
& natiuitate, & quotidie augetur noſtris
ctionibus. Verſatur ante oculos non temporalis
antùm, ſed æterna mors & condemnatio. Con-
ra hæc mala, hic diuinus noſter medicus Domi-
us noſter Ieſus Chriſtus, dat nobis ſuum ver-
um ſeu Euangelium cum ſacroſanctis Sacra-
entis: hoc eſt diuinum & efficax remedium:
æc eſt arbor vitæ Paradiſi, de qua qui comedit,
on moritur in æternū. Qui itaq; hanc medicinam
eſiderat, ille conſilio diuini medici Ieſu Chriſti
bem petat: Amen amen dico vobis, ſi quis ſer-
onem meum ſeruauerit, mortem non videbit
æternum. Ad hanc admonitionem accommo-
entur alia ſimilia dicta de virtute & efficacia
uangelij, quam per illud operatur Deus in cre-
entibus, Iohan. 5. Amen amen dico vobis: Qui
erbum meum audit, & credit ei qui miſit me,
bet vitam æternam, & in iudicium non veni-
, ſed tranſibit à morte in vitam. Iohan. 15. Vos
tis mundi per ſermonem quem locutus ſum vo-
is. Rom. 1. Euangelium eſt potentia Dei, ad
lutem omni credenti. Roma. 10. Fides ex au-
tu &c. Acto. 10. Adhuc loquente Petro
erba hæc &c. Ad Gal. Ex auditu fidei ſpiri-
m accepiſtis. 2. Cor. 3. vocatur Euangelium*

Z *mini-*

miniſtratio Spiritus. Et 2. Corinth. 1. 5. Et E-
pheſ. 1. dicitur: Credentes Euangelio obſignari
pignore Spiritus ſancti in cordibus ipſorum. Hæc
& ſimilia dicta ad hanc commendationem Euan-
gelij accommodanda ſunt.

DE QVARTO LOCO.

SICVT vnus eſt mediator Dei & hominum,
vnus Saluator mundi, Dominus noſter Ieſus
Chriſtus: Ita vna eſt fides omnium ſanctorum
ab initio mundi vſq; ad finem, quare Abraham
non aliter accepit conſolationem & læticiam Spi-
ritus in corde ſuo, & vitam æternam, quàm fide
Ieſu Chriſti promißi ſeminis, cuius diem ipſe in
promißione vidit per fidem, & gauiſus eſt ſpi-
rituali exultatione,

DE QVINTO LOCO.

ILLVSTRE teſtimonium diuinitatis Chriſti
eſt in dicto: Antequam Abraham eſſet, ego
ſum, Ergò non incepit Chriſtus eſſe poſt Abraha-
mum cùm conciperetur in Maria virgine: nec tan-
tum eſt homo de ſemine Abrahæ natus, ſed eſt ab
æterno vnigenitus & æternus Dei Filius. Dicit
autem certo conſilio: Ego ſum. Quia verbum
præſens, æternitati magis conuenit, & admonet
Chriſtum in ſua incarnatione non depoſuiſſe di-
uinitatem, ſed eſſe & manere æternum Deum

ab

ab æterno in æternum. Huc accommodetur initium cap. 1. Iohannis, vbi expreſsè dicitur, quòd Chriſtus eſt æternus Dei Filius, & quòd ipſe iam eſt Deus verus, & vita omnium credentium, non tantum poſt incarnationem, ſed ab initio ſemper.

## DE SEXTO LOCO.

PETRVS dicit Ieſum non regeſsiſſe maledicta, ſed tradidiſſe vindictam ei, qui rectè iudicat: in hoc Euangelio obſeruandum eſt, quia dicit Eſt pater meus, & me glorificat.

## DE SEPTIMO.

CHRISTVS abſcondit ſe contra vim Iudæorum: quia nondum venit tempus eius, & egreditur è templo, quia odit Eccleſiam malignantium, & deſerit obduratos. Proponitur autem in hoc loco conſolatio, Sicut Chriſtus abſcondit ſe contra vim Iudæorum, quia nondum venerat tempus: Ita teneamus hanc conſolationem, quòd Filius Dei etiam abſcondit & tegit Eccleſiam contra vim perſequutorum & hoſtium, ſicut Pſalmo 17. dicitur: Abſcondit me in tabernaculo ſuo, in tempore malo.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# IN DIE PASCHÆ
## EVANGELIVM MARCI XVI.



ET CVM PRÆTERI-
iſſet Sabbatum, Maria Mag-
dalene, & Maria Iacobi, &
Salome, emerunt aromata,
ut venirent & ungerent eũ.
Et ſummo diluculo diei primi ſabbato-
rum, veniunt ad monumentum, exorto
Sole, dicebantq; inter ſeſe: Quis reuol-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

uet nobis lapidem ab oſtio monumen-
ti? Et cùm reſpexiſſent, vident lapidem
eſſe reuolutum: nam erat magnus val-
de. Et ingreſſæ in monumentum, vide-
runt adoleſcentem ſedentem à dextris,
amictum ſtola candida, & expauerunt.
At ille dicit eis: Ne expaueſcatis: Ieſum
quæritis Nazarenum, qui fuit crucifi-
xus: ſurrexit, non eſt hic: ecce locus u-
bi poſuerant illum. Sed abite, dicite diſ-
cipulis eius, & Petro, quòd præcedet
vos in Galilæam: illic eum videbitis, ſi-
cut dixit vobis.

*HACTENVS audiuimus in Eccleſia hiſtoriam Paßionis & mortis Chriſti: ſequitur itaq; nunc Feſtum hoc Paſchatis, in quo declaratur articulus fidei noſtræ de Chriſti paßione & crucifixi glorioſa reſurrectione à mortuis. Nam hi articuli cõnexi ſunt: Qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus: deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis &c. Sicut Paulus illos in illuſtri dicto de noſtra ſalute coniungit, ſeu connectit ad Roma. 4. Non eſt autem ſcriptum propter Abraham tantùm, quod reputatum eſt illi ad iuſticiam, ſed etiam propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri. Atq; neceßitatem huius connexionis Articulorum in fide noſtra demonſtrat Apoſtolus 1. ad Cor. 15. Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra: inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quod ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit. Si mortui non reſurgunt, neq; Chriſtus reſurrexit: quod ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis. Ergò & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Hic locus poterit prolixa declaratione explicari, vt oſtendatur cauſa cur Apoſtolus Paulus non Timotheo tantùm, ſed nobis omnibus & ſingulis commendet memoriam articuli de reſurrectione Chriſti. 2. ad Timoth. 2. Memento Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum. Præcipuè autem declaretur hoc argumentum quod quilibet intelligere poteſt: Si Chriſtus non reſurrexiſſet à mortuis, tunc crederemus nos habere talem redemptorem, quem mors viciſſet, & in ſua poteſtate propter noſtra peccata detineret: quomodo ergò credere poſſemus eum nos à peccatis redemiſſe, & nos à morte liberaſſe, ſi ipſe propter noſtra peccata à morte eſſet deuictus &

detentus

*detentus? quomodo credere poſſemus eum nobis dare vitam æternam? Imò ipſum eſſe noſtram vitam & reſurrectionem, ſi ipſe non reſurrexiſſet, ſed maneret in morte, & vitam non haberet in ſemetipſo? Sciens hoc fidei noſtræ hoſtis Satanas tantum ſcilicet momenti in articulo de reſurrectione Chriſti poſitum eſſe, nequiter Phariſæis hoc conſilium ſuggeßit, vt Matth. vltimo ſcriptum eſt, vt cuſtodes ſepulchri Chriſti pecunijs corrumperent, mandantes ipſis vt dicerent, Diſcipulos Ieſu nocte veniſſe, & ipſis dormientibus abſtuliſſe corpus Ieſu, quod Diabolicum mendacium ſe quidem ipſum confutat. Quomodo enim dormientes viderunt Diſcipulos corpus Ieſu auferre? Nos verò gratias agamus Deo, quòd noſtram fidem de reſurrectione vnigeniti filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti clarißimis teſtimonijs & manifeſtis apparitionibus confirmauit, vt ſine omni hæſitatione & dubitatione firma fide dicamus cum Paulo 1. Corin 15. Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas, & ſepultus eſt & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & viſus eſt &c.*

*Diuidemus autem concionem de hoc Euangelio in quatuor partes: Prima pars ſit ipſa hiſtoria, quæ breui recitatione ex Euangelio prælecto, vel ex quatuor Euangeliſtis repeti poteſt. Nam hiſtoriæ ſummam omnes Chriſtiani ſcire debent,*

*ſicut ea cognitio etiam in alijs articulis fidei vtilis eſt, & in recitatione hiſtoriæ monſtrantur teſtimonia, quòd ille idem Chriſtus Ieſus, quem Iudæi crucifixerunt, cum illo eodem corpore, in quo eſt crucifixus à mortuis reſurrexit, ſicut Lucæ 24. dicit ad Diſcipulos: Videte manus meas & pedes, quia ego ſum ipſe, palpate & videte, quia Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, & cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Item ad Thomam Iohan. 20. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & infer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Huc pertinent teſtificationes ex concionibus Apoſtolicis in Actis, vt cap. 2. Viri Iſraelitæ audite hæc verba, Ieſum Nazarenum virum exhibitum à Deo, erga vos virtutibus & prodigijs & ſignis quæ fecit per illum Deus in medio noſtri, ſicut ipſi ſcitis: hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum cum accepiſſetis per manus iniquorum, crucifixum interemiſtis, quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus mortis: nam impoſsibile erat teneri illum ab ea. Item capite eodem. Hunc Ieſum ſuſcitauit Deus, cuius nos omnes ſumus teſtes. Certò ſciat ergò tota domus Iſrael, quoniam Dominum & Chriſtum fecerit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Item, cap. 3. Autorem vitæ interfeciſtis, quẽ Deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos*

teſtes ſumus. Et cap. 4. Notum ſit omnibus vobis & toti plebi Iſrael, quòd per nomen Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, per hunc ille aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis ille, qui reiectus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, nec eſt in alio quoquam ſalus, nec enim aliud nomen ſub cœlo datum eſt inter homines, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et cap. 5. Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno, Hunc principem & Seruatorem Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, remiſſionemq́; peccatorum, ac nos ſumus ei teſtes horum, quæ dicimus. Inſuper autem & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus obedientibus ipſi. Et Acto. 10. Ieſum Nazarenum vnxit Deus Spiritu ſuo et virtute, qui ambulauit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. & nos teſtes ſumus omnium quæ fecit, in Iudæorum regione & Ieroſolymis, quem occiderunt ſuſpenſum in ligno, hunc Deus ſuſcitauit tertio die, & exhibuit eum vt manifeſtus fieret, non toti populo, ſed teſtibus prius ad hoc electis à Deo, nimirum nobis, qui comedimus & bibimus vnà cum illo, poſteaquàm reſurrexit ex mortuis. Et cap. 13. Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter vos timent Deum, vobis



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſermo ſalutis huius miſſus eſt. qui enim habita-
bant Ieroſolymis, & principes eorum cùm igno-
rarent illum, & voces Prophetarum, quæ pe
omne Sabbatum leguntur, condemnato eo imple-
uerunt, nullaq; cauſa mortis inuenta, petierunt
Pilato vt interficeret illum. Cumq; conſumma
ſent omnia quæ de eo ſcripta erant, depoſitum de
ligno poſuerunt in monumento. Deus autem ſuſ
citauit eum à mortuis, qui viſus eſt per dies mu
tos his, qui ſimul aſcenderant cum eo à Galilæa
Ieroſolymam: qui ſunt teſtes eius apud plebem
& nos vobis annunciamus, quòd eam repromiſ
ſionem, quæ ad Patres facta eſt, Deus adimple
uerit filijs illorum, nimirum nobis, reſuſcitato Ie
ſu &c. Notum igitur ſit vobis viri fratres
quòd per hunc vobis remiſſio peccatorum annun
ciatur, & ab omnibus à quibus non potuiſtis pe
legem Moſi iuſtificari: per hunc omnis qui credi
iuſtificatur &c.

### DE SECVNDA PARTE.

SECVNDA PARS ſit collatio hiſtoriæ cum
promiſſionibus & Prophetarum prædictio
nibus de reſurrectione Chriſti. Nam hæc collatio
monſtrans Chriſtum iuxta ſcripturam ex mortuis
reſurrexiſſe, eſt vtilis. Ideo Chriſtus prædicens
ſuam reſurrectionem Matth. 16. Marci 8. Luc.
9. de hac collatione admonet, inquiens: Oportet

filium

*filium hominis multa pati & occidi, & tertio die reſurgere. Item Lucæ vltimo, O ſtulti & tardi corde ad credendum omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam. Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum, quòd neceſſe eſſet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moſis & Prophetis & Pſalmis de me, ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes. Chriſtus Matth. 12. allegat ſignum Ionæ Prophetæ. Petrus Act. 2. Et Paulus Act. 13. citat teſtimonium Pſalmi 16. Ad Heb. 2. citatur Pſalmus octauus: Poſſunt addi & alia teſtimonia, vt Gene. 3. Semen mulieris conteret caput ſerpentis. Pſal. 3. Ego iacui & dormiui, & euigilaui, quia Dominus ſuſcepit me. Pſal 110. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Eſaiæ 53. De anguſtia & iudicio ablatus eſt, longitudinem vitæ eius quis narrabit? poſtquam poſuerit animam ſuam expiationem pro peccato, videbit ſemen, & diu viuet, & conatus Domini per manum eius proſperum habebit ſucceſſum. Oſeæ 6. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia reſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius. Micheæ 2. Aſcendet pandens iter ſeu præruptor &c.*

Talis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Talis collatio monſtrat Chriſtum iuxta ſcripturam reſurrexiſſe, & ipſius reſurrectione ſcripturas ad noſtri iuſtificationem, ſalutem & conſolationem eſſe impletas, ſicut Paulus Acto. 13. inquit: Et nos vobis annunciamus, quòd eam repromiſsionem, quæ ad Patres facta eſt, Deus adimpleuerit filijs illorum, nimirum nobis, reſuſcitato Ieſu. Nam vt antea ex 1. ad Corinth. 15. capite dictum eſt. Si Chriſtus non reſurrexiſſet, tum adhuc eſſemus in peccatis, nec eſſent promiſſiones conſummatæ, in quibus nobis promittitur liberatio à peccato, morte, inferno, iuſtificatio & donatio vitæ æternæ, quæ beneficia reſuſcitatus Chriſtus victor peccati, mortis, Diaboli & inferni nobis impertit.

## DE TERTIA PARTE.

TERTIA PARS ſit doctrina de virtute & fructibus reſurrectionis Chriſti, in quorum conſideratione conſolationes poſitæ ſunt, Et pars diſtribui poteſt in quatuor locos.

Primus eſt, Exaltatio Chriſti & declaratio victoriæ ac diuinæ omnipotentiæ crucifixi ac reſuſcitati Chriſti ad Roman. 1. Declaratus eſt Filius Dei cum potentia ſecundum Spiritum ſanctificationis ex eo, quòd reſurrexit ex mortuis Ieſus Chriſtus, Dominus noſter. Ad Philip. 2. Propter quod Deus exaltauit illum, et donauit illi no-

me

*en, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine ſu flectatur omne genu, cœleſtium, terreſtrium inferorum, & omnis lingua confiteatur, quòd ominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris: ſtendit Chriſtus in ſua reſurrectione, quòd ipſe icit peccatum, Diabolum & mortem, quia à orte teneri non potuit, Sed victa morte reſur- xit. Huc pertinet locus ad Ephe. 1. Acto. 2.*

*Secundus locus: Iuſtificatio noſtri, ad om. 4. Excitatus eſt propter iuſtificationem no- i. Item, Victoria noſtra & vita noſtra. Nam riſti reſurrectio nobis adfert iuſtificationem, ictoriam ac vitam. Imò Chriſtus mortuus reſuſcitatus eſt noſtra iuſticia, victoria, no- a reſurrectio, & noſtra vita, Iohan. 11. Ego m reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi ortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit & edit in me, non morietur in æternum. 1. ad Co- th. 15. Abſorpta eſt mors in victoria, Vbi tuus mors aculeus, Vbi tua inferne victoria? culeus autem mortis peccatum, potentia verò cati lex, ſed Deo gratia, qui dedit nobis vi- riam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. ſeæ 6. Propheta de morte & reſurrectione riſti prophetans, virtutem eius ad nos accom- odat eodem modo, ſicut Chriſtus facit Iohan. 1. In tribulatione ſua mane quærent me, &*

*dicent*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

dicent, *Venite, reuertamur ad Dominum, quia ipſe lacerauit nos, & ipſe ſanabit nos. Ipſe percuſsit nos, ipſe etiam alligabit vulnera noſtra, ipſe viuificabit nos poſt duos dies, ipſe tertia die recreabit nos vt viuamus coram illo. Similiter de virtute reſurrectionis Chriſti loquitur Paulus ad Epheſ. 2. Deus qui diues eſt &c. Et ad Coloſſ. 2. Eſtis in illo repleti, conſepulti ei in baptiſmo &c. 1. Pet. 1. Benedictus Deus &c.*

*Tertius locus, Collectio & propagatio Eccleſiæ per prædicationem pœnitentiæ & remiſsionis peccatorum in nomine ipſius. Lucæ 24. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportuit Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes. Huc pertinet dictum Eſa. 53. Poſtquam poſuerit animam ſuam expiationem pro peccato, videbit ſemen, & diu viuet & conatus Domini per manus eius, proſperum habebit ſucceſſum. Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus eius, & plenitudo eius.*

*Quartus locus, Reſurrectio noſtra in nouiſsimo die, ſicut prolixè deſcribitur & demonſtratur 1. ad Corinth. 15. 1: ad Timoth. 6. Hos quatuor locos accommodare debemus ad noſtram conſolationem & lætitiam iuxta dictum Chriſti*

Iu

*...rum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, &
...dium veſtrum nemo tollet à vobis, Ioh. 16.*

## DE QVARTA PARTE.

*QVARTA pars ſit admonitio de noua obedientia, quam præſcribit Apoſtolus ad Rom. Et de qua concionatur Epiſtola hodierni feſti, purgandum eſſe vetus fermentum &c.*

## FERIA SECVNDA PASCHÆ, IOHAN. 3.



SIC

SIC DEVS DILEXIT
mundum, vt Filium ſuum
vnigenitum daret, vt om-
nis qui credit in eum, non
pereat, ſed habeat vitam
æternam. Non enim miſit Deus Filium
ſuum in mundum, vt condemnet mun-
dum, ſed vt ſeruetur mundus per eum.
Qui credit in eum non condemnatur.
Qui vero non credit, iam condemnatu
eſt, quia non credit in nomen vnigeniti
Filij Dei. Hæc eſt autem condemnatio
quod lux venit in mundum, & dilexe-
runt homines magis tenebras quàm lu-
cem, Erant enim opera eorum mala.
Omnis enim qui mala agit, odit lucem
nec venit ad lucem, ne arguantur ope-
ra ipſius. Qui autẽ operatur ueritatem
venit ad lucem, vt conſpicua fiant facta
ipſius, quòd per Deum ſint facta.

*EVANGELIVM hoc eſt quaſi dulciſſimus nucleus totius doctrinæ Euangelicæ & omnium Euangelicarum concionũ, imò totius ſacræ ſcripturæ. Eſtq́ principalis locus communis ſeu ſcopus Euangelij: Quod ſola fide gratis per dile-ctionem*

ctionem, gratiam & miſericordiam Dei, propter meritum redemptoris Ieſu Chriſti, iuſtificamur & ſaluamur, hoc eſt, accipimus remiſſionem peccatorum & vitam æternam. Hæc itaq; ſumma Euangelij dilucidè explicetur, allegatis concordantibus ſententijs ſcripturæ, quæ maximè ſunt claræ & perſpicuæ, nimirum Rom. 3. Iuſtificantur autem gratis per ipſius gratiam, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem, in ſanguine ipſius. Ephe. 2, Gratia ſaluati eſtis per fidem, idq; non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. 1. Iohan. 5. Hoc eſt teſtimonium, quod vitam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt. Qui habet Filium Dei, habet vitam, qui non habet Filium Dei, vitam non habet. Recitentur etiam & explicentur cauſæ, cur & vniuerſalem & excluſiuam retinere neceſſe ſit. Et refutentur illi, qui prædeſtinationis locum opponunt vniuerſali promiſſioni, & papiſtæ, qui excluſiuam tollunt, & ſic abiecta excluſiua, etiam abijciunt gratiam Dei. Ideoq; inculcetur dictum Pauli Galat. 2. Non abijcio gratiam Dei: Si enim per legem eſt iuſticia, Ergo Chriſtus fruſtrà mortuus eſt. Hæc poſſunt ſumi ex locis communibus. Ego breuiter tantùm aliquas obſeruationes de ipſis verbis Euangelij indicabo.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## Sic Deus dilexit mundum &c.

*Chriſtus prædicat immenſam & inenarrabilem dilectionem Dei erga genus humanum, quæ eſt cauſa miſsionis ſeu donationis Filij Dei vnigeniti, redemptoris noſtri, & fons omnium beneficiorum & omnium conſolationum Euangelicarum. Suntq́ omnia verba inſigniter Emphatica in hac dulciſsima ſententia ſeu dicto, nec poteſt humana mens profunditatem ſeu altitudinem ſapientiæ diuinæ, de qua hoc dictum concionatur, ſatis perſcrutari in hac vita.*

*Primùm autem noſtra meditatio aliquandiu conſiſtat in cōſideratione particulæ* SIC *quæ hoc loco non tantùm collationis, ſed etiam admirationis & excellentiæ ſignificationem habet.*

*In operibus creationis multa ſunt ſigna & teſtimonia dilectionis Dei erga humanum genus. Creatio ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Collocatio in Paradiſum, Donatio dominij ſuper alias creaturas &c. Et manent etiam poſt lapſum multa ſigna miſericordiæ & amoris Dei in natura creata, & naturæ conſeruatione, de quibus dicitur Pſal. 104. Terra plena eſt bonis tuis. Et eorum bonorum longus recitatur catalogus. Sed homo lapſus his teſtimonijs ſe non poteſt conſolari contra peccatum & mortem, hoc eſt, non poteſt*

horum

*borum teſtimoniorum meditatione vincere ter-
ores peccati & mortis. Ideo Deus hoc teſtimo-
ium ſuæ dilectionis exhibuit, de quo hic dicit
Filius Dei: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium
uum vnigenitum daret. Hoc teſtimonium adeò
ranſcendit omnia alia teſtimonia, quæ in creatu-
is extant ſicut Filius Dei excellentior et dignior
ſt omnibus creaturis. Et ſicut dilectio Dei Pa-
ris erga vnigenitum Filium infinitis modis vin-
it & ſuperat omnium dilectionem in creaturis.
Quemadmodum itaq; Deus Pater nihil habet
rius in cœlo & in terra, vnigenito Filio, ita nul-
um teſtimonium excelſius, illuſtrius, certius &
ficacius ad conſolandum exhibere nobis potuit,
uàm vnigeniti Filij donationem, De hac ſu-
erexcellentia admonet Chriſtus nos per hæc ver-
a: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum
nigenitum daret &c. Eius vſum experimur
vera meditatione fidei, quantum eius in hac
becillitate comprehendere poſſumus: de qua
editatione dicit Auguſtinus: Mirentur alij po-
ntiam Dei immenſam, Ego mirabor miſericor-
am Dei propter Filium promiſſam. Atq; eius
editationis exemplum proponit Apoſtolus Ro-
an. 8, Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui
iam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro omni-
us nobis tradidit illum quomodo non etiam cum
o omnia nobis donaret? Quis accuſabit aduer-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſus electos Dei? Deus eſt, qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, & interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit à caritate Dei? num tribulatio? aut anguſtia? aut fames? aut nuditas? aut periculum? aut gladius? ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus, per eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

2 Secundò conſideremus vocem mundi. Mundus ſignificat collectionem hominum, qui natura ſunt peccatores & filij iræ, ſicut explicatur hæc vox Rom. 5. in dicto ſimili. Si ita nos dilexit Deus, cùm eſſemus peccatores & inimici, vt filium ſuum vnigenitum daret, multò magis nunc ſanguine eius iuſtificati ſeruabimur per eum ab ira. Huius vocis meditatio pertinet ad declarationem vniuerſalis, & non exiguam conſolationem oſtendit contra tentationes de particularitate prædeſtinationis aut promiſſionis. Non dicit Chriſtus, Sic Deus dilexit Noha, Abraham, Dauid, Prophetas, Apoſtolos, Mariam &c. Se

vniuer

vniuerſaliter dicit, Sic Deus dilexit mundum. Quiſquis itaq; es homo, apprehende hanc conſolationem fide, & cogita certò te ſic dilectum eſſe à Deo, vt filium ſuum vnigenitum pro te dederit. Nam apud Deum non eſt reſpectus perſonarum. Promiſsio ipſius vniuerſalis eſt, Ipſe neminem reijcit venientem ad ſe, ſed vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: Increduli ſua incredulitate propria ſemetipſos excludunt ex vniuerſali Dei promiſsione, ſicut dicit Chriſtus Iohan. 6. Vos non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Sic etiam Baptiſta dicit vniuerſaliter, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Item Iohannes Apoſtolus 1. Ioh. 2. Ieſus Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi peccatis.

Tertiò. Quomodo vnigenitus filius Dei datus ſit mundo, ſeu pro mundo, id Euangelica hiſtoria & Prophetarum atq; Apoſtolorum conciones explicant. Et ſumma traditur in articulis Symboli. Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato etc. Et pertinent huc loci, Eſaiæ 53. Deus voluit eum conterere in infirmitate &c. Galat. 4. Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere fa-

*ctum legi obnoxium, vt eos qui ſub lege erant, redimeret &c. Simul etiam huc pertinent loci de dilectione filij & ſpontanea ac voluntaria eius oblatione, & obedientia. Galat. 2. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Philip. 2. Exinaniuit ſemetipſum ſumpta ſerui forma, factus obediens Patri vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Pſal. 4. & Hebr. 10. Ingrediens in mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata pro peccato non placuerunt tibi, Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Item Ioh. 10. Ecce ego pono animam meam à meipſo &c.*

## Vt omnis qui credit in eum.

*Quarto conſideranda eſt additio de fide, qua fit applicatio ſeu apprehenſio. Nam promiſſio correlatiuè requirit fidem, & fides correlatiuè reſpicit in promiſsionem ſeu in Chriſtum promiſſum. Eſt autem fides certa appræhenſio cordis, & fiducia nitens promiſsione ſeu Chriſto promiſſo, & applicans ſibi promiſsionem, ſeu ſe includens in promiſsione vniuerſali, ſicut Dauid Pſal. 106. inquit: Memento mei Domine ſecundum gratiam populo tuo promiſſam. Sic cùm dici-*

*Dicimus: Credo remiſsionem peccatorum. Item: Credo vitam æternam. Hæc eſt ſententia: Credo mihi dari remiſsionem peccatorum & vitam æternam propter Chriſtum vnigenitum Filium Dei, qui propter me homo factus eſt, paſſus, crucifixus, mortuus & reſuſcitatus &c. Nec imaginandum eſt, doctrinam de applicatione fidei ex vniuerſali promiſsione facere particularem, propterea, quòd multi non credunt. Nam additio de fide non mutat naturam promiſsionis Dei, hoc eſt, non mutat vniuerſalem in particularem, ſicut dicitur: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Item: Ieſus Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis totius mundi. Sed additio de fide docet, quomodo appræhendenda ſit promiſsio vniuerſalis & qui eam appræhendãt, eiusq; fiant participes, quiq; eam non appræhendant, & idcirco nullam ex ea vtilitatem accipiant: de quibus dicit Chriſtus Iohan. 6. Vos non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Item: Qui non crediderit, condemnabitur.*

## Non pereat.

*Quinto conſideranda ſunt hæc verba: Non pereat, ſed habeat vitam æternam. Quæ verba loquuntur de fructu & efficacia miſsionis, obedientiæ & mortis Chriſti donati nobis à Deo,*

*Cuius participes efficimur per fidem in ipſum. Seu loquuntur de cauſa finali miſsionis Chriſti. Non pereat, id eſt, non maneat in regno peccati, Diaboli, mortis & inferorum, non condemnetur, non moriatur æterna morte. Significatur ergo manifeſte, ſine Chriſto, ſeu ſine fide in Chriſtum omnes homines perire in peccatis ſuis, & manere in poteſtate Diaboli, maledictione legis, & æterna condemnatione, ſicut Baptiſta dicit in fine huius capitis: Qui incredulus eſt Filio, ira Dei manet ſuper ipſum. Et Chriſtus Iohan. 8. Si non credideritis quod ego ſum, manebitis in peccatis veſtris.*

*Deinde ſignificatur ſolum Chriſtum eſſe ſaluatorem, & liberatorem, & redemptorem, qui nos ex hac perditione eripuit & liberauit, ſcilicet à peccato, ex morte, & ex condemnatione. Sicut in prima promiſsione dicitur: Semen mulieris conteret caput Serpentis, Et Oſeæ 13. de manu mortis liberabo eos, de inferno redimam eos. Item, per quem ſolum accipimus hæreditatem vitæ æternæ. Sicut ipſe dicit Iohan. 10. Ego vitam æternam do eis. Quanta autem ſit dignitas, gloria & maieſtas vitæ æternæ, Et quanta ſit beatitudo eſſe hæredem vitæ æternæ, hoc in hac vita nulla mens intelligere, & nulli ſenſus comprehendere poſſunt. Sicut Eſaiæ 64.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*culus non vidit abſq; te, quæ præparaſti ex-*
*ectantibus te. Inchoatio vitæ æternæ in hac vi-*
*a eſt lux, conſolatio, pax & lætitia, quam Spiri-*
*tus ſanctus per fidem Chriſti operatur in cordibus*
*noſtris, Sicut Ioh. 5. dicitur. Qui credit tranſiuit*
*de morte in vitam. Et Iohan. 11. Non morie-*
*tur in æternum.*

Non enim miſit Deus filium ſuum
in mundum, vt condemnet &c.

*In hac ſententia clarius exponit Chriſtus fi-*
*nalem cauſam donationis ſeu miſsionis ſuæ, ad-*
*dita antitheſi plena conſolationis, qua proprium*
*officium ſuum in primo Aduentu declarat, quod*
*ſit non condemnare aut iudicare, ſed ſaluare.*
*Sicut etiam ſæpe alias dicit, vt Lucæ 9. Filius*
*hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.*
*Lucæ 19. Venit Filius hominis quærere & ſal-*
*uum facere quod perierat, Matt. 18. Venit Fili-*
*us hominis ſaluare quod perierat. Mar. 10. Fili-*
*us hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*
*& dare animam ſuã redemptionem pro multis.*
*Et ex talibus dictis Chriſti ſumpſit Paulus illam*
*diuinam & viuificam ſententiam. 1. Timot. 1.*
*Fidelis ſermo, & omni acceptatione dignus,*
*quod Ieſus Chriſtus venit in mundum, pecca-*
*tores ſaluos facere. Etiamſi itaq; conſcientia tua*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*hoc tibi dicit, quod Paulus ibi de ſe dicit, ſcilicet, te eſſe primum vel ſummum omnium peccatorum, tamen non deſpera, non cogita te propter magnitudinem peccatorum tuorum ſic abiectum eſſe, ſicut Diaboli abiecti ſunt, hoc eſt, vt non habeas ſpem ſalutis in Chriſto. Sed firmiter retine fide hanc ſententiam ſeu conſolationem. Non miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt condemnet mundum, ſed vt ſeruetur mundus per ipſum. Ergo etiam ideo miſſus eſt, non vt te condemnet: ſed vt tu quoque per ipſum ſerueris.*

*Tales meditationes valde ſunt efficaces, contra tentationes deſperationis ob magnitudinem peccatorum noſtrorum. Iudas proditor, Item, Ananias, Caiphas, Pilatus ſi pœnitentiam egiſſent, non fuiſſent condemnati, ſed ſaluati per Chriſtum. Huc pertinent dulciſsima illa dicta: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Item, Neminem qui venit ad me eijcio foras. Item, Eſaiæ 47. Calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet: Eſaiæ 61. Spiritus Domini ſuper me &c.*

Qui credit in eum non iudicatur.

*Repetitio promiſsionis aſſeuerandi vim
abet, & ad certitudinem fidei referenda eſt.
ingulariter autem in hac ſententia phraſis ob-
ruanda eſt. Qui credit in eum non iudicatur,
ilicet, quia habet remiſsionem peccatorum, quia
ſt abſolutus & iuſtificatus: eadem enim eſt
rum phraſium ſignificatio, Credens in Chri-
um iuſtificatur, & credens in Chriſtum, non
dicatur. Vna declarat alteram, & colla-
o oſtendit quod iuſtificari ſeu iuſtificatio in lo-
tionibus de fidei iuſticia ſignificat abſolutio-
m à peccatis ſeu peccatorum remiſsionem.*

*Meditatio huius phraſis ſeu dicti, & ſi-
ilis, Ioh. 5. Qui credit ei qui miſit me, habet
itam æternam, & in iudicium non veniet,
l tranſiuit de morte in vitam, proponit inſi-
em & efficacem conſolationem, contra ſen-
n peccatorum, & metum iudicij: quam con-
ationem explicat Paulus Roman. 5. Nihil
demnationis eſt his qui ſunt in* CHRISTO
SV. *Non decet nihil peccati, ſed nihil con-
nnationis, quia iniquitates remiſſæ ſunt.
ilm. 32. & chirographum peccatorum affi-
n eſt cruci Chriſti, & deletum eſt ſanguine
us: Condonatis autem peccatis etiam iudicium
condemnatio remiſſa eſt. Sicut quando magi-
tus furi peccatum condonat, ſimul etiam cum
condonatione ſublata eſt condẽnatio iudicij,*

*Perti.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Pertinet huc locus Rom. 7. Quis accuſabit ele-
ctos Domini? Deus eſt qui iuſtificat. Quis eſt qui
condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt, qui eti-
am reſurrexit, & ſedet ad dexteram patris, &
interpellat pro nobis.*

## Qui non credit &c.

*Idem dicit hæc ſententia, quod aliæ ſimiles
de incredulis dicunt, vtpote: Qui non crediderit
condemnabitur. Item, qui incredulus eſt Filio
ira Dei manet ſuper ipſum. Item, Qui incredu-
lus eſt filio, non videbit vitam. Item, Qui non
habet filium Dei, vitam non habet. Vtitur au-
tem Chriſtus etiã ſingulari phraſi: Iam iudicatu
eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij De
vt ſignificet nullum eſſe aliud medium aut viam
aut modum liberationis ex iudicio aut condem-
natione aut morte, quam credere in Chriſtũ. Sicu
in Actis dicitur: Non eſt in alio quoquam ſalus
nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus
in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

*Concluſio continet commendationem huius
Euangelij ſeu concionis Chriſti. Et refutatione
cõtrariarum doctrinarum de meritis operum, qu
doctrinæ refutentur oppoſitione huius doctrin
Chriſti, allegatione ſimilium teſtimoniorum ſcri-
pturæ.*

*Euan*

*Euangelium Feriæ tertiæ, quæratur in annota-
tionibus noui Teſtamenti, quæ mox
edentur volente Deo.*

## DOMINICA QVASI-
## MODOGENITI EVAN-
*gelium, Iohan. 20.*



CVM VESPERA ES-
ſet die illo, qui erat vnus
Sabbatorum, & fores eſ-
ſent clauſæ, vbi erant diſ-
cipuli congregati propter
metum

metum Iudæorum, venit Ieſus, & ſtetit in medium, & dicit eis, Pax vobis, Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus ſuum, Gauiſi ſunt ergo Diſcipuli, viſo Domino, Dixit ergo eis Ieſus iterum, Pax vobis, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Et cum hoc dixiſſet, inſufflauit eis, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta ſunt.

Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus, Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in veſtigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis, Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medium & dixit: Pax vobis, Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed credens. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus. Dixit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Multa quidem igitur & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in hoc libro. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

*EVANGELIVM in duas partes diuiditur.*

*Prima pars eſt de duabus apparitionibus Chriſti.*

*Secunda pars de miſſione & miniſterio Apoſtolorum.*

## *DE LOCIS PRIMÆ partis.*

*PRIMVS locus eſt de duabus apparitionibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro nobis paſſi, & morte reſuſcitati, quæ duæ apparitiones ad certiſſimam demonſtrationem Reſurrectionis Chriſti*

*Chriſti pertinent, & ad confirmationam noſtræ fidei, tam de Chriſti reſurrectione, qnam de reſurrectionis ipſius virtute & efficacia in nobis ad iuſtificationem noſtri, & noſtram reſurrectionem ad vitam æternam. Sicut 1. ad Corinth. 15. ſcriptum eſt. quod ſi Chriſtus prædicatur à mortuis reſurrexiſſe, quomodo dicunt aliqui inter vos non eſſe reſurrectionem mortuorum? Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur.*

*Itaq; breuiter repetantur quæ antea de hoc Articulo, & de Chriſti apparitionibus dicta ſunt: Præcipue autem in hoc loco explicetur demonſtratio, quod ſicut caput noſtrum Ieſus Chriſtus certo demonſtrauit Apoſtolis & Thomæ, ſecunda vice ſe cum illo corpore reſurrexiſſe, in quo fuit crucifixus, vulneratus & mortuus: Ita nos etiam cum his corporibus noſtris, ſeu cum hac carne noſtra in qua nunc viuimus & morimur, ſed depoſito omni peccato, quo nunc caro noſtra inquinata eſt reſurrecturos eſſe, ſicut dicimus: Credo carnis reſurrectionem: quemadmodum clare dicit S. Iob, cap. 19. Scio quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle*

mea

pelle mea, & in carne mea videbo Dominum:
quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei con-
ſpecturi ſunt, & non alius, repoſita eſt hæc ſpes
in ſinu meo. Eſa. 26. Viuent mortui tui, & cum
corporibus reſurgent. Expergiſcimini & lauda-
te, qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus.
Immutabuntur autem qualitates corporũ noſtro-
rum, ſicut 1. ad Corinth. 15. ſcriptum eſt: Semina-
tur in corruptione, ſurget in incorruptibilitate,
id eſt, ſeminatur corpus corruptibile & mortale,
& reſurget incorruptibile & immortale: Semi-
natur in ignominia, ſed reſurget in gloria: Semi-
natur in infirmitate, reſurget in potentia: Semi-
natur corpus animale, reſurget ſpirituale. Item:
qualis cœleſtis, tales cœleſtes. Sicut portauimus
imaginem terreni, geſtabimus imaginem cœleſtis:
Hæc eſt ſummaria deſcriptio immutationis, quæ
etiam eſt in Epiſtola Iohannis 1. Iohan. 3. Sci-
mus, quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus.

SECVNDVS LOCVS.

SECVNDVS locus eſt de ſalutatione Chriſti ad diſcipulos: Pax vobis. Dulcis eſt appellatio pacis, etiã in rebus humanis. ſicut Poeta Silius eleganter dicit:

Pax optima rerum
Quas homini nouiſſe datum eſt, pax vna trĩuphis
Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem
Et ciues æquare potens.

Bb Sed

*Sed infinitis modis dulcior eſt pacis ſpiritualis appellatio, & ſenſus in conſcientia: qua pace Chriſtus pro nobis paſſus & reſuſcitatus, ſalutat ſuos diſcipulos, & ſalutat nos omnes in Euangelio ſuo, quod eſt Euangelium pacis Chriſti, ſicut ſcriptum eſt Zach. 9. Loquetur pacem gentibus. Et Eſa. 9. vocatur Chriſtus princeps pacis,* ein Friedefürſt. *Itaq; teneantur præcipua dicta ſcripturæ, quæ hanc pacem Chriſti deſcribunt, & de ea loquuntur, eamq; commendant. Ioh. 14. inquit Chriſtus: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis, non ſicut mundus dat, do vobis. Ne turbetur cor veſtrum, neq; formidet. Iohan. 16. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo afflictionem habebitis, ſed bono animo ſitis, ego vici mundum. Ad Roma. 5. Iuſtificati fide, pacem habemus erga Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem contigit nobis, vt perduceremur in gratiam hanc, in qua ſtamus, & gloriamur ſub ſpe filiorum Dei. 2. ad Corinth. 5. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos ſibi per Ieſum Chriſtum, deditq; nobis miniſterium reconciliationis, quandoquidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non imputans eis peccata ſua: & poſuit in nobis ſermonem reconciliationis. Ad Ephe. 4. Nunc autem per Chriſtum Ieſum vos, qui quondam eratis longinqui, facti eſtis*

pro-

propinqui, per ſanguinem Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit ex vtriſq; vnum, & inſteritium maceriæ diruit, ſimultatem per carnem ſuam, legem mandatorum in decretis ſitam abrogans, vt duos conderet in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem, & vt reconciliaret ambos in vno corpore Deo per crucem, peremta inimicitia per eã, & veniens Euangelizauit pacẽ vobis &c. Ad Col. 1, In illo complacitũ eſt Patri vniuerſam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta erga ſe, pacificatis per ſanguinem crucis eius, per eundem, ſiue quæ in terra ſunt, ſiue quæ in cœlis. Ad Philip. 4. Pax Dei, quæ ſuperat omnem intellectum, cuſtodiat corda veſtra & ſenſus veſtros per Chriſtum Ieſum. Et ad Colloſ. 3. Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore. Ex his locis ſumatur vera deſcriptio pacis Chriſti, quam ipſe morte & reſurrectione ſua nobis acquiſiuit, & quam ſalutatione ſua, hoc eſt, prædicatione Euangelij nobis impetrat. Habet hæc pax propriiſsimam appellationem: quia vocatur pax Dei, pax Chriſti, & pax in Spiritu ſancto. Eſtq; pax facta per Chriſtũ mediatorẽ inter Deum & homines, & reconciliatorem, quæ pax exuperat omnem intellectum humanum, & gaudium exuſcitat in cordibus noſtris in Spiritu ſancto. Complectitur autem hæc pax tria.

I. *Primum eſt ipſa reconciliatio Dei ad homines. Nam propter peccatum fuit inimicitia inter Deum & homines: quam inimicitiam compoſuit mediator Dei & hominum homo Ieſus Chriſtus, & nos Deo reconciliauit, atq; in gratiam Dei nos reduxit ſua ſatisfactione, & ſacrificio pro nobis, ſicut in citatis ſententijs dicitur. Et verba capitis primi ad Colloſ. diligenti obſeruatione ſunt digna: Vos qui quondam eratis abalienati, & inimici mente in operibus malis, nunc reconciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem. Hæc reconciliatio inſigni dicto declaratur à Chriſto Ioh. 20. Vade ad fratres meos, & dic illis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, & Deum meum, & Deum veſtrum.*

II. *Secundum eſt ſenſus huius pacis in conſcientia, ſeu in corde noſtro, hoc eſt, tranquillitas & gaudium & læticia conſcientiæ, quam efficit Spiritus ſanctus per ſalutationem pacis Chriſti, ſicut inquit Chriſtus Iohan. 14. Pacem meam do vobis, ne turbetur cor veſtrum neq; formidet. Et ad Rom. 5. ſcriptum eſt: Iuſtificati fide pacem habemus ad Deum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Iohan. 16. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. Rom. 14. Regnum Dei eſt iuſticia & pax & gaudium in Spiritu ſancto. Huc pertinet inſignis locus 1. Pet. 3. de bona reſponſione conſcientiæ noſtræ apud*

Deum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Tertium eſt admonitio de fraterna pace & vnitate & dilectione, inter omnes Chriſtianos, qui ſunt in Chriſto fratres, imò ſunt in Chriſto vnum, & membra vnius corporis, habentia vnum caput Chriſtum, & vnum Spiritum ſanctum habitantem in ipſis. Decet itaq; vt pacem & vnitatem inter ſe colant, & ſit inter ipſos vnitas fidei & dilectionis, quia ad vnitatem vocati ſumus omnes in Ieſu Chriſto. Sic Act. 4. ſcriptum eſt: Multitudinis erat cor vnum, & anima vna. Huc accommodari poſſunt plurima ſcripturæ dicta, de vnitate, pace & charitate fraterna.

Porrò ſicut Chriſtus ſalutat ſuos Apoſtolos ſalutatione pacis: ita viciſſim Apoſtoli ſalutant ſalutatione pacis, ſicut mandat Chriſtus: Dicite, Pax huic domui. Huc pertinent ſalutationes in Epiſtolis Apoſtolicis: Gratia & pax &c. Talis ſalutatio decet etiam omnes Chriſtianos. Repræhendatur itaq; contrarius mos maledicendi, qui eſt à Diabolo.

## TERTIVS LOCVS.

EST de gaudio diſcipulorum, quod conceperunt viſo Chriſto, & audita eius ſalutatione, qui locus cum præcedente coniunctus eſt, iuxta dictum ad Roman. 14. Regnum Dei eſt iuſticia, pax & gaudium in Spiritu ſancto.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

QVARTVS LOCVS.

*Est de infirmitate Thomæ, quem tamen Chriſtus altera apparitione erigit, & confirmat, vt qui antè dixit: Niſi videro in manibus eius veſtigia clauorum, Non credam: is nunc firma fide exclamet: Dominus meus, & Deus meus: quæ exclamatio fidei cõtinet ſummam confeſſionis Chriſtianæ, de Chriſto, quòd ſit Iehoua, hoc eſt, Deus verus, & quòd ſit Meſſias & ſaluator verus. Pertinet hic locus ad doctrinam, quòd infirmi in fide non ſtatim ſunt abijciendi, ſicut faciunt Stoici hypocritæ. Cogitetur enim de hoc exemplo Thomæ, propter quem iterum apparet Filius Dei, & ſe ad ipſum ita accommodat, vt eum ex incredulitate eripiat: infer, inquit, digitum tuum huc, & vide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed credens. Hoc exemplo inſigniter demonſtrauit Chriſtus, ſe calamum quaſſatum non frangere, & linum fumigans non extinguere, Eſa. 42. Et quærere errãtes oues. Quare ſentientes imbecillitatem fidei, non deſperemus ſed oremus: Domine, adiuua incredulitatem meã. Marc. 9. Accommodetur etiam hoc exemplum ad præceptum Apoſtolicum de aſſumptione infirmorum, ad Roman. 4. Infirmum in fide aſſumite.*

*Quintus*

QVINTVS LOCVS.

IN genere ad omnes articulos fidei pertinet: Nimirum admonitio vt non quærantur oculares aut Geometricæ, aut Phyſicæ demonſtrationes articulorum fidei, ſed vt acquieſcamus in verbo reuelato, credentes, vt de Abrahamo dicitur ad Roma. 4. præter ſpem in ſpem, & dantes gloriam Deo, quod quæcunq; promiſit poteſt etiam facere: Huius loci obſeruatio eſt in his verbis, quia vidiſti Thoma, credidiſti: Beati qui non viderunt & crediderunt, Notetur etiam quod in hoc dicto commendatur fides ſanctorum Patrum, Patriarcharum & Prophetarum, omniumq; aliorum Sanctorum ante aduentum Chriſti, & quod eorum exemplum nobis accommodationis cauſa proponitur.

## DE LOCIS SECVNDÆ partis.

SECVNDA pars eſt de miſſione Apoſtolorum, cuius partis PRIMVS locus eſt de ipſa miſſione, Non vult Chriſtus vt Apoſtoli currant ſine vocatione ſeu miſſione, quemadmodum dicitur Ierem. 23. currebant & non mittebam eos. Ideo hic locus admonet, quod miſſio Dei per ordinariam vocationem magnifacienda eſt: Eſt autem nota diſtinctio vocationis ſeu miſſionis videlicet quod alia eſt inmediata, vt Prophetarũ &

*Apoſtolorum, alia mediata, quæ fit ab Eccleſia. vtraq; autem eſt diuina, ſicut ad Epheſ. 1. ſcriptum eſt: Ipſe dedit alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores, alios Doctores, ad inſtaurationem ſanctorum, in opus adminiſtrationis, in ædificationem corporis Chriſti. Itaq; etiam de vtraq; intelligatur hoc dictum: Sicut me miſit pater, ita & ego mitto vos &c.*

SECVNDVS LOCVS.

*Est de collatione in voce ſimilitudinis (ſicut) quæ non tantùm de fortuna legatorum in mundo, ad exemplum Chriſti, ſed præcipuè etiam de autoritate & poteſtate miniſterij intelligenda eſt, ſicut 2. ad Corinth. 5. dicitur, Dedit nobis miniſterium reconciliationis. Item, Poſuit in nobis ſermonem reconciliationis, Itaq; nomine Chriſti legatione fungimur, tanquam Deo vos obſecrante per nos, rogamus pro Chriſto, reconciliemini Deo. Amplificetur itaque hæc collatio ad commendationem miniſterij Euangelij, & accommodentur congruentia dicta, vt Lucæ 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.*

TERTIVS LOCVS.

*Est, quod miniſterium Euangelicum ſit miniſterium Spiritus ſancti, quod & afflatu &*

*verbi*

verbis Chriſtus in Euangelio declarauit: Afflans n. diſcipulos dixit: Accipite Spiritum ſanctum. Itaq; Paulus vocat Euangelij miniſterium adminiſtrationem ſpiritus, 2.Cor.3. quæ appellatio & ab ipſis miniſtris, et ab auditoribus diligenter obſeruari debet, vt & miniſtri miniſterio ſuo piè, ſanctè et reuerenter vtantur, et illud non ad affectus carnales accõmodent, & vt auditores illud non contemnant, ſed ament & reuereantur, ſcientes Spiritum ſanctum per illud loqui & eſſe efficacem, imò mitti in corda noſtra, contemptoreſq; miniſterij non homines, ſed Spiritum ſanctum contemnere ad ipſorum pernitiem, 1.Theſſ.4.

## QVARTVS LOCVS.

EST de poteſtate clauium, quam Chriſtus cum Eccleſiæ miniſterio coniunxit: Quorum inquit remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Similis locus eſt Matt. 16. & 18. De hac poteſtate cogitantes glorificemus Deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus Matth. 9. Sed ſimul cogitemus hanc poteſtatem abſoluendi & ligandi, non eſſe poteſtatem humanorum affectuum, ſed eſſe poteſtatem Spiritus ſancti, qui non accommodat ſe ad hominum affectus, ſed ſequitur normam verbi Dei, quo condonantur peccata omnibus pœnitentibus, & retinentur peccata omnibus impœnitenti-

*bus, ſine diſcrimine & reſpectu perſonarum. Hoc loco prolixè dici poteſt de autoritate abſolutionis & excommunicationis Eccleſiaſticæ, & concluſio loci eſt accommodanda ad doctrinam de pœnitentia, & commendationem Euangelicæ abſolutionis.*

## DOMINICA MISERICORDIAS DOMINI

*Euangelium, Iohan. 10.*





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

EGO SVM PASTOR bonus, Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus, Mercenarius autem, & qui non eſt Paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt Lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & Lupus rapit illas, & diſpergit oues, Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius eſt, & non ſunt illi curæ oues. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcor à meis, Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fient vnum ouile, & vnus Paſtor.

*EVANGELIVM continet dulciſsimã ſimilitudinem, qua Chriſtus aſsimilat ſe bono Paſtori & Eccleſiam ouibus ſuis: quæ ſimilitudo ſumpta eſt ex concione & prophetia Ezechielis cap. 34. vbi Deus grauiſsime reprehendit Mercenarios, hoc eſt, falſos Paſtores, qui non gregem, ſed ſemetipſos paſcebant & paſcunt, & addit hanc promiſsionem: Ecce ego requiram oues me-*

*as, &*

eas, & viſitabo eas, ſicut viſitat Paſtor gregem ſuum. Ego paſcā oues meas, & accubare eas faciam, dicit Dominus Deus: Perditam requiram, propulſatam reducam, confractam ligabo, infirmam curabo, pinguem & fortem cuſtodiam &c. & ſuſcitabo ſuper eas Paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in Paſtorem &c. Nòn eſt obſcurum quod ad hanc promiſſionem ſeu Prophetiam Chriſtus in hoc Euangelio reſpicit, affirmans ſe eſſe illum verè bonum Paſtorem promiſſum Eccleſiæ, paſcentem oues, requirentem perditas, reducentem propulſatas, alligantem confractas, curantem infirmas, & cuſtodientem pingues ac fortes: Imo cognoſcentem ſingulas oues ſuas, & pro ouibus ſuis ponentē animam ſuam, quem ſcilicet paſtorem Chriſtum vocat Petrus 1. Pet. 2. Paſtorem animarum noſtrarum, & 1. Pet. 5. Principem paſtorum. Habet autem Euangelium quatuor locos.

Primus eſt de paſtoratu ſeu de paſtorali nomine & officio Chriſti erga Eccleſiam.

Secundus eſt de Mercenarijs.

Tertius locus eſt de Ouibus Chriſti, hoc eſt de Eccleſia.

Quartus eſt accommodatio ad miniſtros Chriſti quibus Chriſtus mandauit miniſterium paſcendi oues ipſius, ſicut ad Petrum dicit. Paſce

oues

*ues meas: & in genere etiam accommodatio ad ublica officia.*

## DE PRIMO LOCO.

PRIMVS locus eſt ipſa propoſitio Euangelij: *Ego ſum Paſtor bonus. Quanta in huius propoſitionis meditatione conſolatio proponatur Eccleſiæ, ouili Chriſti, & ſingulis ouibus, hoc eſt, membris Eccleſiæ, videlicet quod ego & tu & quilibet Chriſtianus quotidie in fide dicere poſſumus, vnigenitus filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt meus Paſtor, & ego ſum ouis eius: id explicat Dauid Pſalm. 23. Cuius meditatio ad hoc Euangelium pertinet.*

*Dominus, inquit: eſt Paſtor meus: Nihil mihi deerit, in amœnis pratis paſcit me, & deducit me ad aquas recreātes, Reficit animam meam, dirigit me per ſemitas iuſticiæ, propter nomen ſuū. Etiamſi ambulauero in valle tenebroſa non timebo malum, quoniā tu mecum es. Virga tua & baculus tuus me conſolantur. Paras menſam coram me, aduerſus hoſtes meos. Vngis oleo caput meum & reples calicem meum. Benignitas & miſericordia ſectabuntur me omnibus diebus vitæ meæ, & habitabo in domo Domini in perpetuum.*

*In eo Pſalmo deſcribitur conſolatio, quam percipiunt oues Chriſti, hoc eſt, Eccleſia à Paſtore bo-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*re bono Chriſto, Sicut enim Paſtor bonus curam agit ouium ſuarum, vt nihil ipſis deſit: ita noſter bonus paſtor Ieſus Chriſtus veriſsimè curauit, & curat vt nobis ouibus ſuis nihil deſit, quia ipſe factus eſt pauper, vt nos faceret diuites 2. Corinth. 8. & in ipſo replemur omni benedictione in cœleſtibus ad Epheſ. 1. Et in ipſo ac propter ipſum etiam omnia ad hanc vitam neceſſaria adijciuntur nobis, Matth. 6. De hac abundantia diuitiarum in Chriſto, inquit ipſe Chriſtus. Ioh. 10. Ego veni vt vitam habeant & abundantiam habeant. Et gloriatur de ea Paulus ad Roma. 8. Quomodo non cum Filio omnia nobis donaret?*

*Deinde ſicut bonus Paſtor oues ſuas paſcit in amœnis pratis & deducit ad aquas recreantes, refocillat eas, & ſollicite attendit ne à vera ſemita aberrent, Item, regit & defendit ipſas ſuo baculo & virga: Parat eis quoq; menſam contra hoſtes, id eſt, cibat & potat ac vngit eas hyeme domi contra luporum rabiem, qui tunc maxime infeſti ſunt ouibus: & in ſumma bonitas paſtoris ſemper ſectatur oues, & cum illis exit & redit &c. Ita hic noſter Paſtor bonus paſcit nos in amœnis pratis verbi ſui, & Sacramentorum, recreat & refocillat nos dulciſsimis aquis viuis conſolationum, per Spiritum ſanctum, in promiſsionibus Euangelij, & Sacramentis, conſer-*

uat

uat nos in ſemita iuſticiæ, & ab errorum deuijs cuſtodit, Iohan. 17. Suo baculo & virga defendit nos, & à nobis profligat lupos, Dæmones & miniſtros Dæmonum, nobis inſidiantes, vt contra eorum inſidias & violentiam ſimus tuti, ſicut inquit: Nemo rapiet oues meas ex manibus meis, Parat nobis menſam contra hoſtes, id eſt, curat vt habeamus ſtabulum ſeu hoſpitium, contra hoſtes noſtros, id eſt, inuitis Diabolis & toto mundo: parat nobis menſam, implet calicem noſtrum, & nos vngit oleo, hoc eſt, apparat nobis conuiuium ſpirituale verbi & Sacramentorum ſuorum, in hoſpitijs noſtris, per miniſterium Euangelij, in quo conuiuio cibat nos vero cibo ſuæ viuificæ carnis, & potat nos vero potu ſui viuifici ſanguinis. Iohan. 6. Et vngit nos oleo Spiritus ſancti conſolationis, vt ſimus læti in ipſo, & in ſumma, gratia, benignitas & miſericordia boni Paſtoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, ſectatur nos omnibus diebus vitæ noſtræ, & ſeruat nos in domo Domini in æternum.

Ita breuis explicatio & accommodatio Pſalmi oſtendit, quanta ſit conſolatio in Euangelij propoſitione: Ego ſum Paſtor bonus. Iam additur etiam explicatio illarum proprietatum, ſeu propriorum officiorum boni paſtoris, quæ Chriſtus in hoc Euangelio recitat, & in ſemetipſo demonſtrat.

Pri-

*Prima proprietas eſt. Noſco oues meas, & v-
noſcor à meis. Eſt autem nota regula: quod ver-
ba noticiæ apud Hebræos ſignificat cognitionem
cum affectibus ſequentibus, ſeu coniunctis. Sic
Noticia Chriſti Paſtoris, qua ipſe oues ſuas cog-
noſcit, ſignificat cognitionem cum inenarrabili
dilectione, quæ ſimul curam et alia officia comple-
ctitur, & viciſſim noticia ouium, qua ipſæ paſto-
rem Chriſtum agnoſcunt, ſignificat cognitionem
vocis & verbi ipſius, cum fiducia in ipſum.
Talis eſt correlatiua ſeu reciproca cognitio inter
bonum paſtorem & oues, quæ eſt imago huius
correlatiuæ noticiæ inter Chriſtum & Eccleſiam,
quam Chriſtus omnium perfectiſſima ſimilitu-
dine declarat, inquiens: Agnoſco oues meas, &
cognoſcor à meis, ſicut me nouit pater, & ego
noui patrem. Hæc ſimilitudo tranſcendit & ſu-
perat omnem intellectum humanum. Æternus
pater nouit filium ſuum vnigenitum Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum ineffabili & im-
mutabili dilectione, etiam tunc, quando eum pro-
pter nos tradidit in extremam exinanitionem,
paſſionem & mortem, ſicut declarauit voce
ſua: Hic eſt Filius meus dilectus. Item, Iohan.
12. capit. & clarificaui & clarificabo: & de-
clarauit miraculis & glorioſa reſuſcitatione
& glorificatione ipſius, Pſalm. 8. ad Hebræ. 2.
Atq; viciſſim vnigenitus filius ineffabili &*

im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

immutabili dilectione & fiducia nouit Patrem etiam tunc quando in extrema exinanitione, cruciatibus & anguſtijs clamat in cruce. Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? Sicut ex hac noticia effundit preces ſuas ad æternum Patrem. Et Pſalm. 16. de hac noticia dicit in ſua paßione: Pono Dominum in conſpectum meum, quoniam à dextris meis eſt, ne commouear: Idcirco lætatur cor meum, & exultat gloria mea. Quid igitur poteſt dici dulcius quàm nos oues, ſic à Chriſto paſtore noſtro diligi, ſicut ipſe à Patre diligitur? non tantum cum nobis in hac vita bene eſt, ſed etiam in extremis aduerſitatibus, & ipſa morte: quam noticiam ille bonus Paſtor declarat nobis verbo & ſacramentis, & teſtificatione ac conſignatione & conſolationibus Spiritus ſancti, in cordibus noſtris, & declarabit manifeſte in reſurrectione mortuorum, vſq; in æternum. Vicißim autem Eccleſia, hoc eſt, oues Chriſti debent noſſe Chriſtum paſtorem ſuum, & nouerunt eum per gratiam Spiritus ſancti, vera cognitione fidei, cum Patre & Spiritu ſancto: quam noticiam declarant eò quòd libenter audiunt vocem huius Paſtoris, vtuntur ipſius Sacramentis, obedienter ſequuntur ipſum, præcipuè etiam fideli inuocatione hanc noticiam declarant per omnes ærum-nas.

Secunda proprietas boni paſtoris eſt, ponere animam ſuam pro ouibus ſuis, & non eſſe Mercenarium, qui cum videt lupum venientem, fugit, & relinquit oues prædam lupo. Hanc proprietatem etiam in ſemetipſo demonſtrat Chriſtus, inquiens: Ego pono animam meam pro ouibus: & vere hic Paſtor bonus non fugit veniente lupo, ſed animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, ſicut hiſtoria paſſionis docet, & nos quotidie in noſtra fide dicimus: Qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, crucifixus & mortuus &c. Clarius ſuam dilectionem erga oues ſuas declarare non potuit hic bonus Paſtor: quemadmodum Iohan. 15. dicit: Maiorem hac dilectionem habet nemo quam vt animam ponat quis pro amicis ſuis: Itaq; de hoc noſtro paſtore vere debemus gloriari in Spiritu, quod conuerſi ſumus ad fidelem paſtorem animarum noſtrarum, qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, 1. Pet. 2. Galat. 2. Vt liberatis nobis à peccato, morte, inferno & Diabolo, det vitam æternam, ad quam nos etiam tanquam fidelis Paſtor cuſtodit & conſeruat, Iohan. 10. Ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea: Eſaiæ 40. In brachio ſuo congregat agnos & in ſinu portat, & fœtas ipſe ducit.

## DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS locus ſit repræhenſio Mercenariorum. Dicatur autem qui ſint mercenarij, videlicet non illi qui ab Eccleſia δίδακτρον ſeu ſtipendium accipiunt. Nam 1. ad Corint. 9. Paulus ſex argumentis probat, quod miniſter Euangelij eſt mercede dignus. PRIMVM, ſumptum eſt à militia. Militi debetur ſtipendium: ergo etiam laboranti in Eccleſia debetur δίδακτρον. SECVNDVM: Iuſtum eſt vt is qui plantat vineam, & qui ſeminat, fiat particeps fructuum &c. TERTIVM, Paſtor ouium fruitur lacte ipſarum, ergo &c. QVARTVM, ſumptum eſt ex lege de boue triturante, cui non debuit os ligari: propter nos, inquit: hoc ſcriptum eſt, quod ſub ſpe debeat is qui arat arare, & qui triturat ſub ſpe, ſpei ſuæ particeps eſſe debeat, Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus. QVINTVM, ſumptum eſt ab ordinatione ſacrificiorum in lege, vt ex illis Sacerdotes alerentur. SEXTVM, ſumptum eſt ex ipſo dicto Chriſti, Matthæi 10. Marci 6. Lucæ 9. Dignus eſt operarius cibo ſuo: Sic enim inquit: Ordinauit Dominus, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Hæc annotatio hoc loco neceſſaria eſt, pro-
pter maledicum et inuidum vulgus, qui clamant,
Eccleſiæ miniſtros omnes mercedem accipientes
eſſe mercenarios. Quos itaque vocat Chriſtus
mercenarios? Sic vocat illos, qui non diligunt
aut curant oues, ſeu Eccleſiam commiſſam, ſed
tantum mercedem & ſuum commodum ac turpe
lucrum, quemadmodum Paulus inquit, quod
ipſo facto declarant, quia vt in communibus pe-
riculis Eccleſiæ ſemetipſos ſeruent, ideo Eccleſiam
Lupis relinquunt: tradunt, aut etiam produnt.
Deſcribuntur graphice mercenarij Ezechiel 34.
Væ paſtoribus Iſrael qui paſcunt ſemetipſos, an
non paſtorum eſt paſcere gregem, vt vos pingue-
dinem commedatis &c.

## DE TERTIO LOCO.

TERTIVS locus eſt deſcriptio Eccleſiæ per-
tinens ſimul ad vocationem gentium, &
ad Articulum fidei, Credo ſanctam Catholicam
Eccleſiam: Eſt autem dulcis appellatio, quod
Eccleſia vocatur ouile ſeu cœtus ouium paſtoris
Chriſti, collectarum à Chriſto paſtore per eius vo-
cem, non tantũ ex vna gente Iudaica ſed ex om-
nibus gentibus, et populis, Sicut dicit Chriſtus pa-
ſtor: habeo alias oues, quæ nõ ſunt ex hoc ouili, &
illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, &

vnus Paſtor: Item, dicit hic Paſtor Chriſtus
Ezech. 34. Ego requiram oues meas, ſicut Pa-
ſtor requirit oues ſuas, quæ aberrauerunt à grege:
ita requiram oues meas, & eruam ex omnibus
locis, quo diſperſæ fuerunt tempore tempeſtatis
& caliginis, & educam eas ex omnibus populis,
& congregabo ex omnibus terris in terram ſu-
am, & paſcam eas ſuper montibus Iſrael, & in
omnibus pratis & paſcuis terræ ducam eas ad
paſcua vberrima, & caulæ earum ſtabunt in
excelſis montibus Iſrael: ibi accubabunt in cau-
lis iucundis: paſcentur pingui pabulo ſuper mon-
tibus Iſrael.

Sicut autem antea paſtoris proprietates an-
notatæ ſunt: ita etiam ouium ſeu Eccleſiæ propri-
etates obſeruentur. PRIMA eſt audire vocem
Chriſti, id eſt, verbum: quæ auditio etiam vſum
Sacramentorũ complectitur. Nam ſicut Sigillum
eſt pars Epiſtolæ aut literarum, ita Sacramenta
ſunt pars Euangelij. SECVNDA, Noſſe Chri-
ſtum paſtorem cognitione fiduciæ, ſeu fidei quam
Spiritus ſanctus accendit, confirmat & obſignat
in ouibus Chriſti, per omnes viciſsitudines huius
vitæ, & in ipſa morte. Atq; noticia Chriſti in-
cludit noticiam totius Trinitatis: iuxta dictum:
Qui videt me, videt Patrem, De hac autem no-
ticia dicitur Iohan. 20. Hæc eſt vita æterna,
vt cognoſcant te ſolum verum Deum, &

quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et Eſaiæ 53. Seruus meus iuſtus per ſui cognitionem iuſtificabit multos, quoniam ipſorum portat peccata: TERTIA. Sequi Chriſtum vera obedientia fidei, vt ſimpliciter credamus ea quæ ipſe dixit, faciamus libenter quæ mandat, & feramus patienter crucem quam imponit. QVARTA. alienorum vocem non agnoſcere, & eos non ſequi, hoc eſt, Idolatras, hæreticos, & falſos doctores, ac impias doctrinas fugere & deuitare. Huc pertinet allegatio aliquot dictorum de vitandis Pſeudoprophetis & falſis doctrinis.

### DE QVARTO LOCO.

Ad Epheſ. 4. dicitur: quod hic bonus Paſtor, ſeu Princeps paſtorum Dominus noſter Ieſus Chriſtus det etiam Paſtores & miniſtros ſuos ad inſtaurationem Sanctorum in opus adminiſtrationis in ædificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, Atque nota eſt hiſtoria capitis vltimi Iohannis, vbi Chriſtus Apoſtolum Petrum in paſtorem Eccleſiæ ordinat, eiq; officium Paſtoris commendat, inquiens, Paſce oues meas: quod mandatum non tantum ad Petrum, ſed ad omnes Apoſtolos, & omnes miniſtros Chriſti, in miniſterio Euangelij pertinet: Sciant itaq; omnes Eccleſiæ miniſtri, Chriſtum principem paſtorum in ipſorum electione, vocatione

miniſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*miſsione & ordinatione dicere ad ipſos, Paſce oues meas. Itaque reſpiciant quoque omnes miniſtri in paſtoratu Chriſti ad exemplum huius Principis paſtorum, vt & ipſi ſint boni & fideles paſtores diligentes & curantes oues, & cum opus eſt martyria etiam patientes pro Eccleſia: quemadmodum Paulus etiam de paſsionibus & vinculis ſuis dicit. Non ſint Mercenarij cupidi turpis lucri, & quærentes & diligentes tantum quæſtum, & commodum, quia vt Baſilius inquit: Epiſcopatus ſeu paſtoratus non eſt mercatura propriarum vtilitatum, ſed adminiſtratio publici officij. Sicut autem fidelibus paſtoribus repoſita eſt corona gloriæ, ita infidelibus mercenarijs propoſita eſt horrenda comminatio Ezech. 34. Væ paſtoribus &c. Itẽ, Propterea audite vos paſtores verbum Domini, Viuo ego dicit Dominus, quia derelinquitis oues meas in rapinam, & gregem meum feris in eſcam &c. Ecce ego agam contra paſtores, & inquiram gregem meum ex manibus earum. Poſtremo addatur breuis accommodatio generalis, ad gubernatores: quilibet in ſuo officio, Rex in regno, Magiſtratus in ciuitate, debet eſſe bonus Paſtor, diligens & curans ſuos ſubditos, ſicut Paſtor oues, atq; vitam pro ipſis profundere in neceſſaria defenſione, Sic etiam Homerus reges vocat dulciſsima voce, Paſtores populi: Magiſtratus non debet eſſe*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Lupus.id eſt, Tyrannus aut Mercenarius, id eſt, auarus & πλεονεκτικὸς,, omnes adminiſtrationes non ad bonum ſubditorum, ſed tantum ad ſuum lucrum dirigens.*

# DOMINICA TERTIA POST FESTVM PAſchatis Euangelium Iohan. 16.



*DIXIT IESVS DISCI-*pulis ſuis, Modicum & non videbitis me, & ite=rum modicum, & videbi=tis me, quia vado ad Pa=trem. Dixerunt ergo quidam ex diſci=pulis eius inter ſe. Quid eſt hoc, quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & rurſus, modicum & videbitis me, quia ego vado ad Patrem? Di=cebant ergo. Quid eſt hoc, quod dicit, modicum? Neſcimus quid loquatur. Cognouit autem Ieſus, quia volebant ipſum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod dixi: modicum, & non videbitis me. Amen amen dico vobis: plorabitis & flebitis vos, mun=dus contra gaudebit. Vos autem con=triſtabimini, ſed triſticia veſtra vertetur in gaudium.

Mulier cum parit, triſticiam ha=bet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur

nunc quidem triſticiam habetis,ſed iterum videbo vos, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam.

*EVANGELIVM eſt commonefactio Chriſti ad diſcipulos de ſua paſſione, & morte, & mœſticia ſeu mœrore, quem inde accipient ipſi: quæ commonefactio eo eſt directa, vt non offendantur in ipſo actu paſſionis, ſed magis confirmentur in fide, quemadmodum Iohan. 14. & 15. inquit: Et nunc dixi vobis, priuſquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis quod ego ſum. Ideo etiam commonefactioni ſeu prædictioni conſolationes addit, quæ continent cauſas cur non debeant offendi.*

*Prima, quia paſſio & mors ipſius erit tantum abitio, ſeu occultatio ad modicum temporis.*

*Secunda, quia paſſio & mors ipſius non erit interitus, ſeu internecio, ſed tantum tranſitio ſeu profectio ad Patrem, & quidem non tantum ad ipſius Patrem, ſed etiam ad noſtrum patrem. Hanc cauſam explicat Iohan. 14, Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, & ad Patrem veſtrum, & Deum meum, & Deum veſtrum.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Tertia, quod triſticia diſcipulorum quam accipient ex abitione Chriſti, non diu durabit, ſed poſt modicum temporis vertetur in magnum & æternum gaudium, quod nemo auferet ab ipſis, neq; mundus, neq; mors, neq; Diabolus. Hæc cauſa explicatur ſimilitudine de muliere pariente cuius dolor & breuis eſt, & fructuoſus, & cauſa magni gaudij: ſic Chriſti paßio breuis quidem eſt ſed inſigniter tandẽ nõ tantũ ipſe per paßionẽ & reſurrectionẽ intrauit in gloriam, ſicut Acto. 13. & ad Hebræ. 2 citatur de reſurrectione Chriſti, dictum Pſalmi 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, Sed etiam omnes credentes ſeu Chriſtianos ſecum conuiuificatos & conreſuſcitatos regenuit in filios Dei, ad ſpem viuam & hæreditatem vitæ æternæ, 1. Petri 1. ad Epheſ. 1. ad Coloſſ. 1. Huc pertinet dictum quod in eodem hoc capite 16. Iohannis præcedit: Ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam, ſi enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Debent itaque huius abitionis ſeu profectionis* CHRISTI *vtilitates conſiderari, videlicet, Iuſtificatio noſtri, reconciliatio noſtra cum Deo, donatio Spiritus ſancti, dicentis in cordibus noſtris veram & efficacem conſolationem Euangelij, renaſcentia noſtra ad ſpem & hæreditatem & gaudium æternæ vitæ. Hæc itaq; cõmonefactio Chriſti ad diſcipulos, pertinet ad totã*

*Eccle-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Eccleſiam, vt dicentes articulos fidei de Chriſti abitione ſeu profectione ex hac vita non offendamur, ſed eos conſiderantes, de quibus dictum eſt, in fide & ſpe ac lætitia confirmentur.

Secunda doctrina Euangelij ſeu ſecundus locus eſt accommodatio huius conſolationis contra ærumnas, calamitates & crucem internam & externam, ſeu ſpiritualem & corporalem in hac vita. Nimirum quomodo in hac vita hoc dicto: Modicum & uon videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem, vti, & illud omnibus aduerſitatibus opponere debeamus. Duæ autem conſolationes proponuntur contra omnes cruces & mala huius vitæ. Prima eſt in vocibus, modicum & iterum modicum. Talis eſt viciſsitudo in vita hominis Chriſtiani: Et hæc viciſsitudo conſummabitur & finietur in reſurrectione mortuorum, quando hoc (iterum modicum & videbitis me) fiet perpetuum, & durabtt in omnem æternitatem. Secunda conſolatio eſt in ipſo fundamento. Quia ego vado ad patrem. Hic tranſitus Chriſti eſt fundamentum omnis conſolationis noſtræ. Ergo prolixè de hoc fundamento dicendum eſt. Et exemplum illuſtre monſtrat Paulus Rom. 8. poſt explicationem conſolationum. Accommodetur etiam ſimilitudo de prægnante, in hanc ſententiam: Prægnans modico tempore ſuſtinet patien-

tem

ter dolores & triſticias in ſua vocatione iuxta Dei ordinationem, qui propter peccatum hanc crucem illi ſexui imponit. Sed finito illo modico, fruitur rurſum læticia propter natum infantem. Ita etiam nos debemus in ſua quiſq; vocatione Deo obedire, & patienter ferre crucem impoſitam, quia ſequetur gaudium æternum poſt crucem modici temporis, quod gaudium æternum Chriſtus vadens ad Patrem, nobis confecit.

Hæc tota doctrina conſolationis contra crucem debet declarari allegatione ſententiarum ſimilium ſeu concordantium. Vt Pſalm. 30. Ad momentum durat ira eius, et vita eſt in voluntate eius. per veſperam durabit fletus, ſed mane redibit læticia.

Pſalm. 37. Spera in Domino, & fac bonum. Permane in terra, & quære victum fideliter.

Delectare in Domino, is dabit tibi quicquid deſiderat cor tuum.

Commenda Domino viam tuam, & ſpera in eum. Ipſe faciet.

Et educet quaſi lumen iuſticiam tuam, & iura tua quaſi meridiem.

Sile Domino & expecta eum. Noli indignari viro cui proſpere ſuccedit cum facit nequiter.

Deſine ab ira, & derelinque furorem, noli indignari, vt & ipſe malefacias.

Quoni-

*Quoniam maligni exterminabuntur, expectantes autem Dominum hæreditabunt terram.*

*Adhuc puſillum reſtat & non erit impius, tum reſpicies ad locum eius, & ipſe non erit ibi.*

*Afflicti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multa pace.*

*Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam conſolationem accipient. 2. Corinth. 4. Propterea non defatigamur, ſed quamuis externus noſter homo corrumpitur, internus tamen renouatur in dies ſingulos. Nam momentanea leuitas afflictionis noſtræ mirè ſupra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non ſpectamus ea, quæ videntur, ſed ea quæ non videntur. Nam quæ videntur temporalia ſunt, at quæ non videntur æterna. 2. Corinth. 6. In omnibus exhibeamus noſmet ipſos ſicut DEI miniſtros. In multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in caritate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Per arma iuſticiæ à dextris, & à ſiniſtris per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, quaſi impoſtores, & tamen veraces, quaſi ignoti, & tamẽ noti, quaſi morientes, &*

ecce viuimus, quaſi caſtigati & non occiſi, qua-
teſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egen-
es, multos autem locupletantes, tanquam nihil
abentes & omnia poſſidentes.

Roma. 8. Exiſtimo quod non ſunt condig-
æ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam
uæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio crea-
uræ reuelationem filiorum Dei expectat. Vani-
ti enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed
opter eum, qui ſubiecit illam ſub ſpe. Quoniã
ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corru-
ionis, in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. Scimus.n.
uod omnis creatura congemiſcit, ſimulq; nobis-
um parturit vſq; ad hoc tempus. Non ſolum
utem illa, ſed & ipſi, qui primitias Spiritus ha-
mus, & nos ipſi in nobis ipſis gemimus adopti-
em expectantes redemptionem corporis no-
ri.

1. Petri. 1. Benedictus Deus & pater Do-
ni noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericor-
am ſuam magnam regenerauit nos in ſpem
iuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mor-
is, in hæreditatem incorruptibilem & in-
ntaminatam & immarceſſibilem conſerua-
m in cœlis erga vos, qui virtute DEI co-
dimini per fidem ad ſalutem, quæ in
c parata eſt vt pateſiat in tempore ſu-
emo, in quo exultatis, nunc ad breue tem-
pus

pus afflicti in varijs experimentis, ſi opus
ſit, quo exploratio fidei veſtræ multò pre-
cioſior auro, quod perit, & tamen per ignem
probatur, reperiatur in laudem & gloriam, &
honorem, tum, cum reuelabitur Ieſus Chriſtus:
quem cum non videritis, diligitis, in quem in
præſentia, cum non videatis, credentes tamen
exultatis gaudio ineffabili & glorificato, re-
portantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum
&c.

Apoc. 21. Abſterget Deus omnem lacry-
mam ab oculis eorum, & mors vltra non erit ne-
que luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra.

2. Cor. 1. Benedictus Deus, & pater Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum,
& Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos
in omni tribulatione noſtra, vt poſsimus & ipſi
conſolari eos, qui in quauis ſunt afflictione, per
conſolationem, qua nos ipſos conſolatur Deus.
Quoniam ſicut abundant afflictiones Chriſti in
nobis: Ita per Chriſtum abundat & conſola-
tio noſtra. Item, Quemadmodum ſocij paſsionum
eſtis, ſic eritis & conſolationis.

Cum his & ſimilibus ſententijs conſo-
lationum conferantur in explicatione verbi
Euangelij. Et vos igitur nunc quidem triſtici-

*am habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Si quis vult poteſt apte in explicatione huius Euangelij repetere totam doctrinam, de cruce & conſolationibus, quæ doctrina traditur in Locis communibus & ſæpe aliàs.*

## DOMINICA QVARTA POST FESTVM PASCHATIS

*Euangelium Iohan. 16.*





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

NVNC AVTEM VAdo ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadam: Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſticia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Conſolator ille non veniet ad vos. Sin autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſticia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non credunt in me. De iuſticia vero, quia ad Patrem vado, & poſthac non videtis me. De iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt.

Ad hæc multa habeo, quæ vobis dicam: ſed non poteſtis portare nunc. Cum autem venerit ille, Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audierit loquetur, & quæ futura ſunt annunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, &

annun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

annunciabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi: quod de meo accipiet, & annunciabit vobis.

*Sex ſunt præcipui loci huius Euangelij.*

*Primus, Repræhenſio negligentiæ Diſcipulorum, quod non interrogent Chriſtum de abitione ſua per mortem, de qua toties locutus eſt ad eos.*

*Secundus, De utilitate abitionis Chriſti, per paßionem & mortem.*

*Tertius, De diſcrimine Philoſophicarum, Papiſticarum conſolationum, & conſolationum Euangelicarum, De quo diſcrimine non extat aliud illuſtrius dictum: quam hoc eſt: Niſi abiero ego, Conſolator non ueniet ad uos.*

*Quartus, De miniſterio Spiritus ſancti in Eccleſia, nimirum quod non tantum conſolabitur, ſed etiam arguet, quia prædicat pœnitentiam & remißionem peccatorum.*

*Quintus, Commendatio doctrinæ Apoſtolicæ, & in genere totius doctrinæ ſacræ Scripturæ.*

*Sextus, Regula ſeu inſtructio, quomodo debeat diſcerni doctrina Spiritus ſancti, à falſis doctrinis.*

## DE PRIMO LOCO.

PRINCIPIO repræhendit Chriſtus negligentiam diſcipulorum, quod cum toties ab ipſo audiuerint, quod velit abire per mortem, tamen eum de hac abitione eiuſq; cauſa & fructu non interrogent. Docet itaq; hic locus, quod ideo CHRISTVS tam ſæpe de ſua morte ſit locutus ad Diſcipulos, vt ipſis interrogandi & cogitandi occaſionem præberet. Delectari enim ipſum illis & cogitationibus & interrogationibus, quibus & ipſi occaſio docendi eas præbeatur. Hæc repræhenſio etiam eſt noſtra admonitio, vt ſæpe inter nos pijs colloquijs, & cum ſacra ſcriptura eiuſq; autore Deo pijs meditationibus conferamus, De paßione & morte Domini noſtri Ieſu Chriſti, inquirẽtes, quid nobis Chriſtus in ſcriptura de paßione & morte ſua reſpondeat, Sciamus Chriſtũ hoc exercitio delectari, & in eo adeſſe colloquentibus ac meditantibus, noſq; per Spiritum ſanctum docere, verum intellectum, & fidem paßionis & mortis ſuæ, atq; in ea confirmare: quemadmodum in die reſurrectionis ſe adiunxit duobus diſcipulis in via, & eis ſcripturas de ſua paßione, morte & reſurrectione eſt interpretatus. Lucæ 24. & ad alios quoque Diſcipulos venit, atque aperuit eis ſcripturam, Quia ſic ſcriptum eſt: & ſic oportebat Chriſtum

pati

pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum.

## DE SECVNDO LOCO.

EGO inquit Chriſtus veritatem dico vobis: EXPEDIT VOBIS vt ego vadam, niſi enim abiero, conſolator non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos: Hæc eſt veritas, id eſt, vera doctrina Chriſti, de vtilitate ſuæ paſſionis, ac totius obedientiæ, continens ſummam totius ſacræ ſcripturæ, de meritis & beneficijs Chriſti. Totum iter Chriſti à conceptione vſq; ad reſurrectionem & aſcenſionem excedit nobis miſeris peccatoribus, quia non propter ſe, ſed propter nos, hoc iter filius DEI ſuſcepit, ac confecit, ſicut in Symbolo Niceno de toto hoc itinere CHRISTI dicit Eccleſia: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt, Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, Paſſus & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas, & aſcendit in cœlum. Sedet ad dexteram Patris, Et Paulus ſummarie dicit, Roma. 4. Qui traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Hoc itaque aureum dictum:* EXPEDIT VOBIS, *vt ego vadam, applicetur ad ſingulos articulos fidei de Chriſti ſatisfactione, & interceßione pro nobis, & diligenter explicetur citatione teſtimoniorum vtriuſq; teſtamenti de cauſa & vtilitate ſatisfactionis, & interceſſionis Chriſti, pro nobis.* NOBIS EXPEDIT *quod Filius Dei aſſumpſit humanam naturam, ſicut canit Eccleſia: Qui ſua natiuitate, nos liberauit de Diabolica poteſtate.* NOBIS EXPEDIT, *quod factus eſt pauper, non habens vbi caput reclinaret in ſuo itinere, quia ſua paupertate nos diuites fecit cœleſtibus benedictionibus, 2. ad Corinth. 8.* NOBIS EXPEDIT *captiuitas, flagellatio, crucifixio & mors Chriſti, ſicut Eſaiæ 53. dicitur: Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & contritus eſt propter peccata noſtra, Caſtigatio ſupèr eum, vt nobis ſit pax, & liuore eius nos ſanati ſumus, Oſeæ 13. De manu inferni redimam eos, à morte vindicabo eos. Ero peſtis tua mors, ero exitium tuum inferne. Zachariæ 9. Tu quoque per ſanguinem Teſtamenti tui, emittis vinctos de lacu in quo non eſt aqua: Huc pertinent omnia dicta ſcripturæ de vtilitate paßionis & mortis* CHRISTI, *in quorum citatione ſæpe repetantur & inculcentur verba Chriſti,* EXPEDIT

*VOBIS, vt ego vadam: ſic etiam expedit nobis reſurrectio & aſcenſio Chriſti, ad Roma. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtri. Ad Epheſ. 2. Deus qui diues eſt in miſericordia, etiam nos cum eſſemus mortui per delicta conuiuificauit vna cum Chriſto, & cum eo conreſuſcitauit, & ſimul cum eo ſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, ad Roma. 8. Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, qui excitatus eſt, qui eſt ad dexteram Patris, & intercedit pro nobis, 1. Iohan. Cap. 3. Habemus aduocatum apud Deum, Ieſum Chriſtum &c. Sic totum iter Chriſti expedit nobis, quemadmodum dicit Iohan. 14. Vado paraturus vobis locum, & ſi abiero, iterum veniam, & aſſumam vos ad me ipſum, vt vbi ego ſum, vos ſitis.*

## DE TERTIO LOCO.

*VTILITAS abitionis Chriſti per mortem in hac vita communicatur & obſignatur conſolatione Euangelij, quam Spiritus ſanctus, conſolator dicit, teſtificatur & obſignat in cordibus noſtris. Ideo inquit Chriſtus: Niſi ego abiero, conſolator non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Nō tantum loquitur de manifeſta & miraculoſa miſsione Spiritus ſancti, ſed de eius perpetua miſsione, qua donatur Eccleſiæ, & eſt in Eccleſia, hoc eſt, in omnibus pijs*

*efficax, vera conſolatione, teſtificatione, & obſignatione, ſicut dicitur ad Roma. 8. Spiritus teſtificatur ſpiritui noſtro, quod ſimus in gratia. Ad Galat. 4. Quoniam eſtis Filij, miſit Deus Spiritum filij ſui in corda noſtra clamantem Abba Pater, 2. ad Corinth. 1. Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſtum, & qui vixit nos Deus eſt, qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris, 2. ad Corint. 3. ad Epheſ. 2. in quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ ad redemtionem acquiſitionis, ad laudem gloriæ ipſius: In hoc loco dicendum eſt breuiter de diſcrimine conſolationum Philoſophicarum: Item, Papiſticarum & conſolationum Euangelicarum. Quia enim dicit Chriſtus: Niſi ego abiero, conſolator non veniet ad vos. Si autem abiero, mittã eum ad vos. Ergo neceſſe eſt ingẽs eſſe diſcrimẽ inter cõſolationes, quas affert Spiritus ſanctus, per mortem & reſurrectionem Chriſti, & inter alias conſolationes quas afferunt Philoſophi, & Papiſtæ. Philoſophicæ conſolationes præcipue hæ ſunt.*

*Prima, Neceſſitas iuxta dictum, Feras non culpes quod mutare non potes. Et illud Sophoclis: Fatale malum nemo vitare poteſt.*

*Secunda, dignitas virtutis, quæ pluris facienda*

da eſt,quam vlla res aduerſa,vt Regulus vir-
tem præfert grauiſsimis ſupplicijs & morti.

Tertia,bona conſcientia.

Quarta, Conſideratio exemplorum,ſicut Sul-
tius Ciceronem conſolatur.

Quinta, ſpes læti exitus, vt dicit Virgilius.
paſsi grauiora dabit Deus his quoq; finem,Du-
te & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Sexta, conſideratio cauſarum finalium, vt
drus vltimus Rex Athenienſis cogitat hone-
m eſſe mori pro Subditis.

Septima, collatio euentuum, vt Thaltibius
ud Euripidem inquit: Mihi contingat potius
ori, quàm vt turpe implicer caſu aliquo.

Etſi autem Chriſtiani etiam ſimiles conſola-
nes cogitant, ſed aliter quàm Philoſophi, ni-
rum in fide, vt Dauid pugnans pro ſuis cogi-
de dignitate virtutis, Paulus 1. Corinth. 4.
ſolatur ſe bona conſcientia, & de exemplo-
n conſideratione dicit Chriſtus, Matth. 5. Sic
ſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos:
en habet Eccleſia alias conſolationes Euan-
ij proprias, quæ ſunt rationi ignotæ.

Prima & fundamentum aliarum omnium
conſolatio de remiſsione peccatorum, & gra-
amore & miſericordia Dei, ſicut 2. Cor. 11.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ad Paulum dicitur: Sufficit tibi gratia mea, &
Pſalm. 89. Viſitabo in virga iniquitates eorum
& in verberibus peccata eorum, Miſericordia
meam autem non auferam ab eis. Hanc conſola
tionem prolixe explicat Apoſtolus ad Roma.
Quis ſeparabit nos à dilectione Dei? &c. Sic D
uid ſuſtentat ſe in cruce hac conſolatione, qua
audiuit à Nathan: Abſtulit Dominus peccatu
tuum, non morieris.*

*Secunda, quia ſumus vocati ad ferenda
crucem, ſub qua ſequimur Chriſtum, ſicut ſcri
ptum eſt, tollite crucem &c. Item, Per mult
tribulationes oportet intrare in regnum Dei, A
ctor. 14.*

*Tertia, Quod Deus imponit crucem pater
animo, ſicut ſcriptum eſt: Quem Deus diligit, c
ſtigat, flagellat omnem filium, quem recipit, Hi
Petrus vocat crucem gratiam.*

*Quarta, donatio Spiritus ſancti, qui conſo
tur nos in cruce, & adiuuat imbecillitatem n
ſtram, confortat & corroborat nos, vt crucem
ramus patienter, & non deſperemus.*

*Quinto, Agnitio præſentiæ, curarum & d
fenſionis Dei, iuxta dictum Pſalmi: Cum ip
ſum in tribulatione. Item, Matth. 6. Omn
capilli capitis veſtri numerati ſunt, Pſalmo 2
Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſola*

ſum

ſunt, Iohan. 10. Nemo rapiet oues meas ex ma-
ibus meis.

*Sexta*, Dignitas obedientiæ, quæ per fidem
patientia præſtatur Deo, iuxta dictum: Opor-
t Deo magis obedire quam hominibus.

*Septima*, Vtilitas ſicut Deus ad Paulum di-
it, 2. Corinth. 11. Sufficit tibi gratia mea, nam
irtus mea in infirmitate perficitur, & Pſalm.
118. Bonum eſt mihi Domine quod humiliaſti
e, vt diſcerem iuſtificationes tuas.

*Octaua*, Exemplum filij Dei, ad Hebræ. 12.
picientes in autorem fidei & conſummatorem
ſum &c. ad Roma. 8. Quos præſciuit hos præ-
ſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: &
m exemplo Chriſti coniuncta ſunt exempla
mbrorum ipſius, Prophetarum, Apoſtolorum,
rtyrum, & omnium Sanctorum.

*Nona*, Eſt quoque magna conſolatio, quod
mus filium Dei pontificem noſtrum, ſedentem
dextram Patris exaudire gemitus noſtros,
intercedere pro nobis, & affici ſenſu infirmi-
um noſtrarum, ſicut expreſſe dicitur ad He-
4. Et Acto. 9. Clamat filius Dei de cœlo
Saulum perſequentem Sanctos, Saule Sau-
quid me perſequeris: & Zachariæ 2. dici-
: Qui tangit vos, tangit pupillam oculi

Deci-

Decima, Certiſsima ſpes liberationis ad poſ
ſeſsionem æternæ vitæ, & fruitionem ætern
gaudij & glorificationis cum Chriſto, Iohan. 16
17. Roma. 8. 2. Corinth. 4. &c.

Has conſolationes etſi Papiſtæ etiam le
gunt quotidie in ſacra ſcriptura, tamen eas pro
ſus eneruant, deſtruunt & tollunt ſuis falſis do
ctrinis, quod oporteat ſemper dubitare de grati
quod ſit confidendum meritis proprijs & alieni
quæ emptione nobis applicare poſſumus, etia
poſt mortem, quod animæ migrent ad pœnas pu
gatorij, vnde redimantur ſupplicationibus & ſ
crificijs ſuperſtitum. Talibus impijs & menda
bus figmentis eneruant Papiſtæ omnes conſ
lationes, faciuntq́, vt finis conſolationum Ph
loſophicarum & Papiſticarum ſit idem: vide
cet, finalis deſperatio, terror & horror, ſic
Pſalm 83. dicitur: cum terroribus intereun
Sie nemen ein ende mit ſchrecken / Et n
tus eſt Virgilij verſus: Vitaq́ cum gemitu fu
indignata ſub vmbras: Sed finis Euangelio
rum conſolationum eſt pax & tranquillitas,
certa fiducia, ac ſpes conſcientiæ acquieſcen
in Chriſto, & promiſsione Euangelij, & o
ſignatione ac teſtificatione Spiritus ſancti,
in ea pace obdormientis in Chriſto, ſicut Sen
Simeon dicit: Nunc dimittis ſeruum tuum D

mi

mine, ſecundum verbum tuum in pace, & Pau-
lus, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, Vita mea
Chriſtus, mori lucrum, ad Philip. 1.

Porro in meditatione horum duorum loco-
rum, 2. & 3. conſiderentur firmiſſima argu-
menta, quibus doctrina Euangelij confirmatur
contra Papiſtas & omnes Antichriſtos.

Primum eſt, quod tractat Apoſtolus ad
Galat. 2. Si ex lege eſt iuſticia, Ergo Chriſtus
fruſtra mortuus eſt, Sed Chriſtus non eſt fruſtra
mortuus, ſicut dicit: Ego veritatem dico vobis:
expedit vobis vt ego vadam &c. Ergo ex lege
non eſt iuſtitia, & per conſequens, Qui ex lege
iuſticiam quærunt, illis Chriſtus nihil prodeſt,
euacuati ſunt à Chriſto, & exciderunt à gratia,
Galat. 4.

Secundum argumentum eſt: per ſolam do-
ctrinam Euangelij de morte & ſatisfactione Ieſu
Chriſti, datur Spiritus ſanctus conſolator, di-
cens & obſignans veram conſolationem in cor-
dibus credentium, Quemadmodū dicit Chriſtus:
Si ego abiero, Conſolator non veniet ad vos,
Ergo hæc ſola doctrina Euangelij eſt potentia
Dei ad ſalutem omni credenti. Hoc argumen-
tum etiam tractat Apoſtolus ad Galat. 3. an ex
operibus legis Spiritum accepiſtis, an ex audi-
tu fidei. Ad Epheſ. 1. Credentes obſignati eſtis,
Spiri-

*Spiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hære-
ditatis noſtræ, 2 ad Corinth. 1. & 5. & Chri-
ſtus inquit Iohan. 6. Verba quæ ego loquor Spi-
ritus ſunt & vita: Huc pertinet demonſtratio in
toto libro Actorum.*

## DE QVARTO LOCO.

*QVÆRAT aliquis: Si Spiritus ſanctu
tantum conſolabitur, quid itaq; fiet in mun-
do, pleno hominibus nequam? Reſpondet Chri-
ſtus, non tantum conſolabitur, ſed etiam argue
mundum, quia oportet ſemper prædicari pœni-
tentiam & remiſsionem peccatorum. Lucæ 24.
Et Ezechiel 15. 13. reprehenduntur illi conci-
natores, qui ſemper dicunt: Pax pax, & non ſi-
mul etiam accuſant peccata per legem.*

*In huius loci declaratiōe monſtretur neceſsita
quæ incumbit miniſtris Euangelij, vt annunci-
ent populo peccata, & prædicent legem Dei, sic
Ezec. 33. dicitur: Fili hominis ſpeculatorem
conſtitui &c. explicentur exempla Prophet
rum & Apoſtolorum. Item, Chriſti Filij De
& Baptiſtæ Iohannis, & refutentur Antinon
tollentes ex Eccleſia prædicationem legis, poſt
verba explicentur.*

*Primo, Arguet mundum de pecato, qu
non credunt in me. An non arguet mundum e*

ta de alijs peccatis ? arguet de omnibus pecca-
..ſed accuſabit etiam ſummum peccatum in-
dulitatis, & docebit quod ſicut credentibus
mittuntur omnia peccata, Ita incredulis &
inentur & manent peccata, & cum peccatis
Dei & condemnatio, ſicut Iohan. 3. dici-
:: Qui non credit in Filium, non habebit vi-
t, ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Item, Qui
t crediderit condemnabitur. Item, Hæc eſt
em condemnatio &c.

Secundo: arguet mundum de iuſticia, quia
ad patrem vado: Quid itaque, tollet ne Spi-
s ſanctus iuſticiā è mundo? Non tollet, ſed ar-
t homines, quod quærentes ſuam iuſticiam
ſtituere iuſticiæ DEI non ſunt ſubiecti, ad
a. 10. Seu quod confidentes iuſticiæ ope-
ſuorum, vt Phariſæi, contemnunt eam iu-
am, quam nobis Chriſtus parauit, ſua obedien-
r itinere ad patrem, id eſt obedientia & mor-
a, & quæ nobis imputatur, & quā accipimus
idem in Chriſto Ieſu, videlicet remiſſionem
torū. Sic itaq; arguet Spiritus ſanctus mundū
ſticia, ſicut Chriſtus Mat. 6. Niſi abūdauerit
ia veſtra plus quam Phariſæorū et Scribarū
Et Paulus ad Gal. Quotquot ex operibus le-
unt, maledicto ſunt obnoxij, ac monſtrabit
s accuſationis cauſas, videlicet peccatum

hærens

hærens in ipſa natura , inmundiciam contami-
nantem , vt dicitur apud Eſaiam : Omnes iu-
ſticiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ, & falſæ
opiniones quæ finguntur. Et contra fiduciam iu-
ſticiæ operum prædicabit Spiritus ſanctus, aliam
iuſticiam Euangelij, ſeu fidei. Hic eſt valde in-
ſignis locus, in quo repræhendenda eſt falſa per-
ſuaſio omnium iuſticiariorum , & tractanda
ſumma doctrinæ Euangelicæ de remiſsione pec-
catorum & iuſticia fidei, per & propter obedi-
entiam & mortem Ieſu Chriſti , qui factus eſt
nobis à Deo iuſticia, vt in illo ſolo iuſtificemur
& vt totus mundus dicat cum Apoſtolo Paulo
ad Philip. 3: Exiſtimo omnia detrimentum eſſe
propter excellentiã cognitionis Ieſu Chriſti Do-
mini mei, per quem omnia pro damnis duxi, &
habeo pro reiectamentis . vt Chriſtum lucrifa-
ciam, atque reperiar in illo non habens meam
iuſticiam ex lege, ſed eã quæ per fidem eſt Chri-
ſti, quæ ex DEO eſt iuſticia, vt cognoſcam
illum & potentiam reſurrectionis illius. Ex hac
iuſtitia fidei poſtea ſequuntur veri fructus iu-
ſticiæ, quemadmodum pater Baptiſtæ dicit:
ſine timore de manu inimicorum noſtrorum li-
berati ſeruiamus ipſi, in ſanctitate & iuſticia co-
ram ipſo, omnibus diebus vitæ noſtræ.

3. ~~Tertio~~ arguet mundum de Iudicio, quia
Princeps huius mundi iam iudicatus eſt,

iudic

indicium tollet è mundo? Non tollet: quia ſunt ordinationes Dei: ſed repræhendet, quod Impiorum iudicum, per quos Diabolus damnat & perſequitur Eccleſiam & veram doctrinam Eccleſiæ, qualia ſunt iudicia impiarum Synodorum, Papæ & omnium impiorum magiſtratuum, ſiue apud Mahometiſtas, ſiue apud Papiſtas, quod inquam eorum impiorum iudicum minæ, & ſententiæ plus timentur quam ipſe Deus à pleriſq;. Nam horum iudicijs & minis plurimos à verbo Euangelij abſterreri non eſt dubium. Itaq; contra docebit Spiritus ſanctus magis eſſe timendum Deum, qui poteſt corpus & animam abijcere in gehennam, quam Diabolum qui obſedit impios iudices, ſiue ſpirituales, ſiue ſeculares. Eſt enim Diabolus princeps mundi iam iudicatus. Confidite ergo, inquit ad diſcipulos & nos omnes: Ego vici mundum, Iohan. 16.

## DE QVINTO LOCO.

COMMENDATVR doctrina Spiritus ſancti, qui locutus eſt per Prophetas & Apoſtolos hoc inſigni dicto: Ducet vos in omnem veritatem: quare non dubitemus omnia vera eſſe quæ Prophetæ & Apoſtoli in ſacra ſcriptura docent, & hanc indubitatam veritatem opponamus omnibus hæreticis.

## DE SEXTO LOCO.

*Hæc regula ſemper ſit norma iudicij de doctrina in Eccleſia. Spiritus ſanctus inquit Chriſtus, me glorificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis, id eſt, non afferet aliam doctrinam diſſentientem à vera doctrina, & me ſpoliantem gloria mea. Iuxta hanc itaq; regulam, docet Iohannes, diſcernendos eſſe Spiritus, vtrum à Deo ſint, 1. Iohan 4. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis Spiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt, & omnis ſpiritus, qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, & hic eſt ſpiritus Antichriſti. Item, in ſecunda Iohannis: Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet: qui autem permanet in Doctrina, hic & Patrem & Filium habet: ſi quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Et Paulus ad Gala. 1. inquit: Etiam ſi nos aut Angelus de cœlo prædicauerit vobis Euangelium præter id, quod prædicamus anathema ſit.*

## DOMINICA VOCEM IVCVNDITATIS EVANgelium, Iohan. 16.



AMEN AMEN DICO vobis, quæcunq; petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Hactenus non petijſtis quicquam in no=mine meo. Petite & accipietis, vt gau=dium veſtrum ſit perfectum. Hæc per prouerbia loquutus ſum vobis: Veniet



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tempus, cum iam non per prouerbia lo-
quar vobis, ſed palam de patre meo
annunciabo vobis, in illo die in nomi-
ne meo petetis. Et non dico vobis, quo
ego rogaturus ſim Patrem pro vobis.
Ipſe enim Pater amat vos, quia me ama-
ſtis, & credidiſtis quod à Deo exiuerim.
Exiui à Patre, & veni in mundum: ite-
rum relinquo mundum, & vado ad Pa-
trem. Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nun
aperte loqueris, nec prouerbium vllum
dicis: Nunc ſcimus quod ſcis omnia,
nec opus eſt tibi, vt quis te interroge
Per hoc credimus, quod à Deo exiſti.

*EVANGELIVM eſt admonitio Chriſti a inuocationem ſeu orationem, quare ad hui Euangelij explicationem pertinet tota doctrin de oratione ſeu Chriſtianorum inuocatione, d qua etiam in Euangelio Dominicæ Reminiſce dictum eſt*

*Primo, In hoc Euangelio conſideretur re præhenſio Chriſti ad Diſcipulos. Hactenus non petiuiſtis quicquã, quæ repræhenſio oſtendit quo omiſſio inuocationis non ſolum ſit nobis inutilis quia non inuocans, non impetrat, ſed etiam ſit pe catum coram Deo: quemadmodum Pſalm. 15. & 53. inter peccata ea omiſſio inuocationis recit*

tatur

latur. Dominum non inuocauerunt. Et Eſaiæ 43. Non inuocaſti me Iacob. Reprehendantur itaq; omnes, qui inuocationem omittunt, quia non ſolum negligunt ſuam ipſorum vtilitatem ſpiritualem & corporalem, quandoquidem nulla precatio in fide dicitur fruſtra ad Deum, ſed etiam priuant Deum ſuo proprio honore & cultu.

Secundo itaq; dicatur de præcepto: Petite, hoc præceptum ſeu mandatum ſæpe repetitur vt Pſalm. 50. Inuoca me in die tribulationis. Et Lucæ 18. dicitur: Oportet ſemper orare &c. Vult enim Deus ſibi præſtari à nobis hunc cultum & honorem, vt ad ipſum in omnibus neceſſitatibus noſtris inuocatione noſtra confugiamus: Qui cultus eſt præcipua pars confeſſionis noſtræ. Inuocantes enim confitemur nos hunc ſolum Deum agnoſcere, & credere quod ab eo omnis noſtra ſalus temporalis & æterna, corporalis & ſpiritualis pendeat, ad quem dicimus preces noſtras. Sicut Daniel cap. 6. Inuocans Deum apertis feneſtris contra Ieruſalem oſtendit & edit confeſſionem ſuam, ſe eum DEVM ſolum agnoſcere, colere & honorare, & ab eo ſolo certa fiducia pendere, qui ſe patefecit in verbo ſuo Iudæis, vt Paulus ad Romanos ait, concredito, hoc eſt, in promiſſione de Filio vnigenito Domino noſtro Ieſu Chriſto, Meſſia, Mediatore & redemptore.

*Tertio, Conſideretur promiſsio addita præcepto de inuocatione: quæ promiſsio etiam confirmata eſt iuramento à filio Dei, vt ſimus certi, & non dubitemus, Nimirum, Amen, amen dico vobis, quæcunq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, petite & accipietis, Hæc promiſsio ſæpe in ſcriptura repetitur, vt Pſalm. 50. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me: Pſalm. 144. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Item, Omnis, qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit, Roma. 10. Addit autem Chriſtus ad iuratam promiſsionem etiam confirmationem in hoc Euangelio quæ ſumpta eſt à paterna dilectione, Ipſe Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quod à patre exiuerim. Quomodo autem conſideratio & præcepti & promiſsionis faciat nos audaces, & confidentes in inuocatione, id ex Euangelio Dominicæ Reminiſcere repetatur.*

*Quia autem ſolet Deus ſæpe differre opitulationem corporalem propter noſtri probationem ideo ad meditationem promiſsionis addenda eſt declaratio Chriſti, Lucæ 11. & 18. quæ admonet de perſeuerantia in oratione omniq; inuocatione & petitione non tantum corporalium, ſed etiam ſpiritualium bonorum & beneficiorum: de qua perſeuerantia dicitur, Lucæ 18. Oportet*

*ſemper orare & non defatigari, & 1.ad Theſ. 5. inceſſanter orate, Declaratio promiſsionis, Lucæ 11. ſequens poſt ipſa verba orationis Dominicæ hæc eſt.*

*Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice da mihi mutuo tres panes, quia amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam illi, & ille intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi: Dico vobis etiamſi non daturus ſit illi, ſurgens eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem ſurget ac dabit illi quotquot habet opus, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis, Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Quis autẽ ex vobis eſt Pater, à quo ſi Filius petierit panem, num lapidem dabit illi, aut ſi piſcem, num pro piſce ſerpentem dabit illi, aut ſi petierit Ouum, num porriget illi Scorpium? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona dare filijs veſtris, Quanto magis Pater veſter cœleſtis Spiritum ſanctũ dabit, Et Mat. 7. bona dabit petentibus, Luc. 18. extat alia declaratio ſumpta à comparatione iniqui Iudicis, quæ ſic concluditur, Audite quid Iudex iniquus dicat, Deus autẽ non faciat vindictam electorum ſuorum, clamantium*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ad eum die ac nocte, & patientiam habebit in illis, Dico vobis, quòd faciet vindictam illorum cito. Pertinet etiam ad promiſsionis declarationem conſideratio ineffabilis benignitatis Dei, de qua Taulerus inſigniter dixit, Nunquam eſſe humanam mentem tàm auidam ad petendum, quin Deus ſit multo promtior ad dandum.*

*Quarto, dicendum eſt de fide promiſsionis nitente vnico Mediatore Ieſu Chriſto, quæ fides debet eſſe & lucere in omni inuocatione. Nam promiſsio requirit fidem, ſicut dicitur Marci 11. Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quod accipietis, & euenient vobis. Et Marci 6. Si potes credere, omnia poſsibilia credenti. Fides autem in inuocatione debet niti vnico Mediatore Ieſu Chriſto, non meritis noſtris aut alijs mediatoribus fictis, ſicut Papiſtæ ſuos mediatores fingunt, Ideo Chriſtus expreſsè dicit: Amen amen dico vobis, Quæcunq; petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Eadem fide omnes patres, hoc eſt, tota Eccleſia ab initio inuocauit, ſicut Daniel in ſua inuocatione dicit cap 9. Exaudi Deus noſter orationem ſerui tui propter Dominum, id eſt propter promiſſum Meſsiam, qui eſt Ieſus Chriſtus.*

*Hic dici poterit de diſcrimine veræ inuocationis & inuocationis falſæ Iudæorum, Papiſtarum*

rum, hypocritarum & Ethnicorum populorum, non credentium in Chriſtum, & in filio Deum non agnoſcentium. Horum inuocatio eſt tantum inanis & friuola blatteratio, quæ repræhendatur accommodatione huius dicti: Hactenus non petiſtis quicquam, Et ſi itaque, dicunt Papiſtæ, hypocritæ, Iudæi & ſimiles precationes ſuas: tamen quia eas non dicunt in nomine Ieſu Chriſti, hoc eſt in fide ipſius: Ideo Deo non ſunt gratæ & acceptæ. Et coniungantur ſimiles repræhenſiones, vt Matth. 6. Cum oratis, non eritis ſicut Ethnici. Item, Orantes ne ſitis multiloqui, ſicut Ethnici: putant enim fore, vt ad multiloquium ſuum exaudiantur: ne igitur efficiamini ſimiles illis. Erudite autem dicitur duobus erroribus præcipuis, differre falſam inuocationem à vera.

Prior eſt error de eſſentia Dei, iuxta dictum Iohan. 4. Vos adoratis quod neſcitis: ſic Deum neſciunt omnes qui ignorant filium Dei Ieſum Chriſtum, quomodocunque appellentur. Sola autem Eccleſia agnoſcit verum Deum, quia agnoſcit filium eius Ieſum Chriſtum, iuxta dictum: Philippe qui videt me, videt Patrem.

Secundus error eſt de voluntate, Vult autem Deus inuocari fide Filij Ieſu Chriſti mediatoris, ſeu fide promiſsionis, de Ieſu Chriſto mediatore, Ignari huius voluntatis, hoc eſt, non



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*inuocantes in fide promiſsionis & fide promiſsionis, & promiſsi mediatoris Ieſu Chriſti, non recte inuocabit, quicunq; ſint, ſiue Iudæi, ſiue Ethnici, ſiue Papiſtæ, ſiue Hypocritæ, Soli autē credentes recte inuocant, qui in nomine Ieſu Chriſti inuocant. Ideo de vera inuocatione dicitur ad Hebre. 4. Habentes Pontificem Ieſum, accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, & ad Ephe. 4. per ipſum audemus accedere cum fiducia per fidem in ipſum.*

## OBIECTIO.

*SI Chriſtus eſt Mediator, cur itaq; dicit: Non dico quod ego rogaturus ſum Patrem pro vobis?*

*Reſpondeo, Simplex ſententia eſt, Non dico quod ego rogaturus ſum Patrem pro vobis, ſcilicet, vt vos non oretis, aut vt cogitetis, veſtra oratione non opus eſſe: ſicuti ruſtici rudes cogitant, non neceſſe eſſe, vt ipſi orent, quia Paſtor eorum orat; ſed cum nos oramus tunc filius DEI vult ſuam interceſsionem ad noſtras preces adiungere, ſicut ad Romanos 8. dicitur: Qui eſt ad dextram Patris, & interpellat pro nobis. Item, 1. Iohan. 3. Aduocatum habemus apud DEVM Ieſum Chriſtum. Et ad Hebr. 7. ſemper viuens vt interpellet pro nobis. Orat itaq; filius Dei pro nobis, non vt nos*

non oremus, ſed vt nos quoq; oremus fiducia intercesſionis ipſius.

Quinto monſtretur, quomodo Chriſtus docens Diſcipulos ſuos orare, hanc doctrinam ſeu admonitionem, tum de paterna dilectione Dei, & bonitate erga nos, reuelata in promiſsione & Filio Ieſu Chriſto, tũ de fide in inuocatione neceſſaria, & paternam dilectionem & bonitatem in Chriſto & propter Chriſtum amplectente, iſtis duabus primis vocibus orationis Pater noſter incluſerit. Itaq; hac occaſione illa Dominica oratio commendetur, & breuiter explicetur, de qua notanda ſunt verba Chryſoſtomi. Quæ, inquit, poteſt eſſe magis ſpiritualis oratio, quam quæ à Chriſto nobis data eſt? à quo nobis & Spiritus ſanctus miſſus eſt, quæ vera magis apud Patrem precatio? quam quæ à Filio, qui eſt veritas, de ore eius prolata eſt? Oremus itaque fratres dilectiſsimi, ſicut magiſter Deus docuit. Commendentur etiam orationes Pſalmorum & aliæ orationum ſanctarum formulæ. Si quis de hoc primo loco plura dicere vult, petat ea ex Euangelio Dominicæ Reminiſcere, aut ex locis communibus.

### DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS locus eſt prædictio de paſsione, reſurrectione & aſcenſione ſua in verbis: Exiui à

ui à patre, & veni in mundum: Iterum relin-
quo mundum, & vado ad Patrem, quæ prædi-
ctio ſimul continet teſtimonium diuinitatis
Chriſti, addit autem duo inſignia dicta de vtili-
tate & fructu, Veniet tempus, cum iam non per
prouerbia loquar vobis, ſed palam de Patre meo
annunciabo vobis: in illo die in nomine meo pe-
tetis: Item, Hæc locutus ſum vobis, vt in me
pacem habeatis: in mundo afflictionem habebitis,
ſed bono animo ſitis, ego vici mundum: Hæc
conſolatio explicetur & addatur locus de victo-
ria fidei in Chriſto ex 5. cap. 1. Epiſtolæ Iohan-
nis. Hæc eſt victoria quæ vicit mundum, fides
noſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui cre-
dit, quod Ieſus eſt Filius Dei. Item ex 8. cap. ad
Roma. In his omnibus ſuperamus per eum, qui
dilexit nos.

## DE TERTIO LOCO

TERTIVS locus etiam pertinet ad demon-
ſtrationem diuinitatis Chriſti, & eſt inſigne
teſtimonium, quod Chriſtus in paſſione & mor-
te à toto mundo, & à Diſcipulis quoq; propriis
derelictus, & ita exinanitus, vt clamaret præ an-
guſtia, Deus meus, Deus meus, vt quid me de-
reliquiſti? tamen non fuit ſeparatus ex vnitate
Trinitatis, quæ vnitas eſt indiſſolubilis, & æter-
na. Ideo dicit: Et tamen non ſum ſolus, quia

pater mecum eſt. Item, Ego & pater vnum ſumus. Item, Ego in patre & pater in me eſt. Hoc itaq; teſtimonium non tantum de defenſione & conſeruatione, iuxta dictum Pſalmi 6: Conſerua me Deus, ſed etiam de vnitate eſſentiæ diuinæ intelligatur. Conſolatio autem de defenſione & conſeruatione, ſeu de præſentia Dei etiam ad nos debet accommodari. Homo credens & patiens, etiamſi derelictus ſit à toto mundo: tamen non eſt ſolus, quia Deus cum ipſo eſt, ſicut in Pſalmo dicitur: Pater & mater dereliquerunt me, Dominus autem ſuſcepit me. Item, Cum ipſo ſum in tribulatione, Et Chriſtus dicit: Non relinquam vos orphanos. Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi.

## IN DIE ASCENSIONIS DOMINI EVANGElium Marci 16.

DISCVMBENTIBVS vndecim, apparuit Ieſus, & exprobrauit illis incredulitatem, ſuam, & cordis duritiem, quòd his, qui ipſum vidiſſent reſuſcitatum, non credidiſſent.

didiſſent. Et dicebat eis. Ite in mundum
vniuerſum, & prædicate Euangelium
omni creaturæ. Qui crediderit & bapti-
zatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero non
crediderit, condemnabitur. Porrò ſigna
eos, qui crediderunt, hæc ſubſequen-



tur. Per nomen meum Dæmonia eijci-
ent, linguis loquentur nouis, ſerpentes
tollent, & ſi quid lethale biberint, non
nocebit eis. Super ægrotos manus im-
ponent, & benè habebunt. Itaque Do-
minus quidem, poſtquam locutus fu-

ſſet eis, receptus eſt in cœlum, & cõſe-
dit à dextris Dei. Illi vero egreſsi prædi-
auerunt vbiq; Domino cooperante, &
ermonem confirmante per ſigna ſub-
ſequentia.

*Hoc Feſtum pertinet ad Articulum fidei, Credo quod Ieſus Chriſtus aſcendit ad cœ-
os, ſedet ad dextram Patris omnipotentis, ex
uo articulo, vt ex fundamento ſequitur alius
rticulus: Credo vitam æternam, ſicut Iohan.
7. inquit Chriſtus: Pater quos mihi dediſti, vo-
vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt vide-
t gloriam meam. Item, Aſcendo ad Patrem
um, & ad Patrem veſtrum, & Deum meum,
Deum veſtrum. Item Iohan. 14. Aſſumam
s ad me ipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſi-
Cum hac cogitatione dicendus eſt ille ar-
ulus fidei. Aſcendit in cœlum, ſicut Paulus in-
t πολίτευμα noſtrum in cœlis eſt. Diuido
angelium in duas partes.*

*Prima eſt de hiſtoria, ſicut in omnibus
ticulis fidei ſunt conſiderandæ hiſtoriæ.*

*Secunda, De fructu, efficacia & conſola-
e huius Articuli.*

## DE PRIMA PAR-
## TE.

*Summa*

SVMMA Hiſtoriæ extat Matth. 28. Mar
16. Acto. 1. Quia hi loci coniungendi ſun
Conuerſatus eſt Chriſtus poſt reſurrectione
dies 40. cum Diſcipulis, vt hos teſtes ſuos, &
nos per ipſos certificaret de veritate reſurrecti
nis ſuæ, eoſq; erudiret & doceret de regno ſu
ſpirituali & æterno, ac mandato prædicatio
ſeu miniſterij Euangelici inſtrueret, ſicut Act
1. dicitur: præbuit ſemetipſum viuum poſt pa
ſionem ſuam in multis argumentis per 40. di
apparens eis & loquens de regno Dei, Et Act
10. Dedit eum manifeſtum fieri non omni
pulo, ſed nobis teſtibus præordinatis à D
qui cum illo manducauimus ac bibimus, po
quam reſurrexit à mortuis, & præcepit no
prædicare populo & teſtificari &c. Mandat
ſeu tota illa inſtructio prædicandi Euangeli
& baptizandi deſcripta eſt, Matth. 28. Ma
16. continens inſignes locos de Euangelio,
promiſſione Euangelij vniuerſali, de Baptiſ
de fide &c. qui loci breuiter poſſunt ex
cari.

Addidit autem ad mandatum & inſtructi
nem etiam conſolationem de ſua præſentia,
promiſſionem de miſſione & donatione Spiri
ſancti, & de miraculis ad confirmationem
ctrinæ, Marci 16. Signa eos, qui credide
hæc ſubſequentur &c. poſtea in hiſtoria bre
ter

ter recitetur ipſe actus aſcenſionis Chriſti, nimirum Chriſtus eduxit Diſcipulos in Bethaniam & ſublatis in altum manibus benedixit eis: & factum eſt dum benediceret, receſſit ab eis, & videntibus ipſis in altum ſublatus eſt, & nubes ſubduxit eum ab oculis eorum, & conſedit ad dexteram Dei: Cumq; eſſent defixis in cœlum oculis eunte adhuc illo. Ecce viri duo aſtiterunt illis amicti veſtibus albis, qui dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis intuentes in cœlum: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Tunc ipſi adorato eo, reuerſi ſunt cum gaudio magno Ieroſolymam, à monte, qui vocatur Oliueti, qui abeſt à Ieroſolymis iter Sabbathi. In hac recitatione præcipue commendetur meditatio de benedictione Chriſti, aſcendentis in cœlum. Eſt enim ea benedictio ipſa efficacia & potentia Euangelij ad ſalutem omni credenti: Item, Meditatio de oratione Apoſtolorum, ſicut dicitur: quod adorauerunt Ieſum, poſtquam ab illis in cœlum ſublatus eſſet, ſic nos quoque hunc IESVM ſedentem ad dexteram Patris, cum Patre & Spiritu ſancto indeſinenter adoramus.

Eſt autem vtile ad fidei confirmationem, cum hiſtoria etiam coniungantur aliquot



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

teſtimonia Prophetarum, vt Zachariæ 14. vbi
expreſſe nominatur locus, & additur deſcriptio
tunc ſtabunt pedes eius ſuper montem oliuarum,
qui eſt prope Ieruſalem ad Orientem, & dirum-
pet ſe mons Oliuarum per medium ab Oriente
vſque ad Orientem ſeparatione maxima, & alte-
ra pars montis ſeparabitur ad Aquilonem, &
altera ad meridiem, id eſt, Diſcipuli, qui cum eo
fuerunt in monte, iuerunt in omnes plagas terræ
prædicantes Euangelium iuxta præceptum: Ite
in orbem vniuerſum. Item, Pſalm. 47. aſcendit
Dominus cum iubilo, & Deus cum voce Tubæ.
Pſallite Deo, pſallite, pſallite Regi noſtro. Pſal.
68. Aſcendiſti in altum, captiuam duxiſti ca-
ptiuitatem, Pſalm. 110. Dixit Dominus Domi-
no meo, ſede à dextris meis.

## DE SECVNDA PARTE.

PSALMVS 47. admonet vt cogitantes
aſcenſione Chriſti, gaudeamus & læti ſimus,
ſicut læti ſunt qui Dominos ſuos triumphantes
de victis hoſtibus excipiunt, & triumphalibus
acclamationibus proſequuntur. Inquit enim
Pſalmus, Omnes gentes plaudite manibus iubi-
late Deo, hilari voce, quoniam Dominus altiſſi-
mus terribilis eſt, Rex magnus ſuper vniuer-
ſam terram, aſcendit Deus cum iubilo, &

mi

*Dominus cum voce tubæ, Pſallite, pſallite Deo, pſallite, pſallite Regi noſtro, quoniam Deus eſt Rex in omni terra, Deus eſt Rex ſuper gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, quaſi dicat: dicite cum ſingulari gaudio ac læticia Articulum fidei, Chriſtus aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram patris, quia hæc aſcenſio eſt triumphus Chriſti, reuerſi ex prælio, quod fuit illi cum hoſtibus noſtris, peccato, morte, inferno & Diabolo, & reportantis victoriam de illis hoſtibus noſtris, ab ipſo deuictis, quos in ſuo triumpho captiuos duxit, ſicut Pſalm 68. & ad Epheſ. 4. dicitur: Aſcendit in altum, captiuam duxit captiuitatem. Et ad Colloſ. 2. Expoliatos principatus ac poteſtates oſtentauit palam, triumphans de illis per ſemetipſum. Explicari autem & conſiderari debent eius læticiæ cauſæ.*

*Primo, Quia per triumphum aſcenſionis Chriſti eſt demonſtratũ, quod totum opus redemptionis noſtræ conſummatum & confectum ſit à Chriſto, quod omnes noſtri hoſtes, peccatum, mors, infernus & Diabolus ſint prorſus deuicti, & quod nobis credentibus in ipſum via ad cœlum, & cœleſtem patrem, per ipſum ſit patefacta, ſicut dicit: Aſcendo ad Patrem meum, & ad Patrem veſtrum &c. Aſcendens enim in altum, triumphum egit de peccato, trium-*

phum egit de mundo, Triumphum egit de mor-
te, triumphum egit de inferno triumphum egi
de Diabolo. Huius triumphi applicatio ad no
per fidem bene obſeruetur, quia nobis maxi
mam adfert conſolationem. Cogitare enim de
bemus triumphalem aſcenſionem CHRIST
eſſe noſtram triumphalem conſolationem, & tri
umphalem gloriationem, Sicut Apoſtolus Pau
lus in fide gloriatur & triumphat, ad Roman
8. Quis accuſabit electos DEI, Deus eſt qu
iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus e
qui mortuus eſt, imo qui etiam reſuſcitatu
eſt, & eſt ad dextram Patris, & intercedit pro
nobis. Et paulò poſt in his omnibus ſuper
mus per eum, qui dilexit nos. Et 1. ad Corin
15. DEO gratia qui dedit nobis victoria
per IESVM CHRISTVM Dominu
noſtrum. Et 1. Iohan. 1. Hæc eſt victoria n
ſtra, quæ vincit mundum, fides noſtra. Huc pe
tinet inſignis locus de applicatione ad Epheſ.
Deus qui diues eſt in miſericordia, propter n
miam charitatem ſuam, qua dilexit nos, etia
cum eſſemus mortui per delicta, conuiuifica
nos vnà cum Chriſto, cuius gratia eſtis ſalua
& conreſuſcitauit & conſedere fecit, in cœleſ
bus in Chriſto Ieſu.

Secunda, Quia per reſurrectionem
aſcenſionem Chriſti eſt manifeſte demonſt

gloria Chriſti regis noſtri, vt Pſalm. 47. dicitur. Quoniam Deus eſt Rex in vniuerſa terra &c. Et ad Epheſ: Credimus ſecundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exeruit in Chriſto, cum ſuſcitaret eum à mortuis, & ſedere fecit ad dextram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum & poteſtatem, & virtutem, & Dominum, & omne quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro ad Philip. 3. Quapropter Deus eum extulit in ſummam ſublimitatem, ac donauit illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium, terreſtrium & inferorum, omniſque lingua confiteatur quod Dominus Ieſus ſit Chriſtus, ad gloriam Dei Patris. Ad Hebræ. 1. Ad quem Angelorum dixit: ſede à dextris meis? &c.

Tertia, Quia Chriſtus aſcendens in cœlum, non tantum eſt Rex, ſed etiam caput Eccleſiæ, cum quo nos conglutinati ſumus in fide per Spiritum ipſius, habitantem in nobis, ſicut membra cum capite conglutinata ſunt. Non ſedet noſtrum caput Romæ, ſed ſedet ad dextram Patris, Ad Epheſ. 1. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Ergo Eccleſia ab

*hoc rege & capite Chriſto cuſtoditur, defenditur regitur & curatur, & ipſe in Eccleſia eſt effica per verbum & Sacramenta, ipſe dat dona, & communicat Eccleſiæ ea, & ipſe curat, vt mini ſterium Eccleſiæ conſeruetur, ad Epheſ. 4. & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam Prophetas &c.*

*Addatur itaq; admonitio de applicatione conſolationis, quod talem regem, & tale capu habemus, cuius conſolationis ſumma proponitu in recta conſideratione appellationis capitis. Ite Regis, Item, Pontificis. Et in dicto Chriſti Io 10: Ego æternam vitam do eis, & nemo rapi eas ex manu mea.*

*Commoda quoq; eſt admonitio de deſcripti ne, quid ſit ſedere ad dextram Dei. Deſcriptio a tem extat in dictis ſcripturæ, Lucæ 22. Erit F lius hominis, ſedens ad dextram virtutis Dei, Hebræ. 1. Conſedit à dextris maieſtatis in exc ſis. Pſalm. 47. Deus eſt rex vniuerſæ terr Deus eſt rex ſuper gentes, Deus ſedet ſuper ſa ctam ſedem ſuam. Matth. 28. Data eſt mihi o nis poteſtas in cœlo & in terra, 1. Pet. 3. Qui ad dextram Dei profectus in cœlum, ſubiectis angelis & poteſtatibus & virtutibus, ad Ephe Conſtituens eam ad dextram ſuam in cœleſtib ſuper omnem principatum & virtutem & po ſtatem & dominationem, ad Ephe. 1. aſcen*

ſuſ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Nam deſcriptio quæ eſt in his dictis, refutat carnales imaginationes eorum, qui Chriſtum vni quaſi ſellæ, in perpetuum alligant.*

*Quarta, Quia aſcendit in cœlum, & ſedit ad dextram patris, vt interpellet pro nobis, ad Rom. 8. ſit aduocatus noſter 1. Ioh. 3. & ad Ephe. 5. habentes Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Ieſum filium Dei teneamus confeſſionem noſtram Item, Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.*

*Quinta, Quia aſcenſione Chriſti declaratum eſt, quale ſit ipſius regnum, ad quod nos redemit, videlicet, non mundanum, terrenum & caducum, ſed cœleſte & æternum, ſicut dicit Paulus* πολίτευμα *noſtrũ in cœlis eſt, Redemit nos Chriſtus ad illud regnum & gloriam, ad quod regnum & gloriam ipſe intrauit. Qui vult vt vbi ipſe eſt, ibi nos cum ipſo in æternum ſimus, Ioh. 17. Hic repræhendantur imaginationes eorũ, qui fingunt regnum Chriſti mundanum eſſe, aut qui ſub prætextu Euangelij tantũ quærunt mundana bona, libertatẽ & gaudia. Et addatur admonitio ex Epiſtola ad Col. cap. 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dextrã Dei ſedẽs, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſunt ſuper terrã. Et pertinet huc locus ex con*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*cione Chriſti, Ioh. 14. Vado paraturus vobis lo-
cum. Et ad Hebr. 13. Non habemus hic manen-
tem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.*

*Sexta, Quia Chriſtus qui aſcendit in cœlum
rediturus eſt in nouiſsimo die, vt nos aſſumat ad
ſe. Iohan 14. Aſſumam vos ad me ipſum, vt
vbi ego ſum, & vos ſitis. Ioh. 17. De hac co-
gitatione admonent Angeli. Act. 1. Hic Ieſus
qui aſſumptus eſt in cœlum, ſic venieet, ſicut
vidiſtis eum euntem in cœlum. Quæ autem de
reditu ad iudicium, nimirum & de conſola-
tione, & de præparatione dici poſ-
ſunt, ea petantur ex concio-
nibus in Aduentu.*

## DOMINICA EXAVDI EVANGELIVM, IOhan. 15.

CVM VENERIT AV-
tem Paracletus, quem ego
mittam vobis á Patre
Spiritum veritatis, qui
à Patre procedit, ille te-
ſtimonium perhibebit de me, Quin &
vos teſtes eſtis, quia ab initio mecum
eſtis.

Hæc

Hæc locutus ſum vobis, vt ne quid offendamini. Alienos à Synagogis facient vos, ſed venit hora, vt omnis qui occiderit vos, videatur cultum præſtare Deo. Et hoc facient vobis, quia non



nouerunt Patrem, neq; me. Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit tempus illud, reminiſcamini eorum, quod ego dixerim vobis: Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram.

QVATVOR ſunt præcipui loci Euangelij.

## DE PRIMO LOCO.

PRIMVS eſt de appellationibus Spiritus ſancti, quas ei Chriſtus in hoc Euangelio tribuit. Appellat eum Conſolatorem & Spiritũ veritatis: quæ appellationes ab officijs ipſius ſumptæ ſunt, & monet nos vt aſsidue & indeſinenter inuocemus Deum, ſicut Dauid Pſalm. 51. inuocat, vt det nobis Deus Spiritum ſanctum, non auferat eum à nobis, quia habemus promiſsionem, quod Spiritum ſanctum dabit petentibus.

Chriſtus vocat Spiritum ſanctum conſolatorem, quia per Euangelium dicit conſolationem gratiæ, remiſsionis peccatorum, & donationis vitæ æternæ, propter Chriſtum, in cordibus noſtris eamq́ ſua teſtificatione confirmat, & inhabitatione obſignat, & oppignorat, & ſic fidem in cordibus operatur, ſimulq́ exuſcitat inuocationem, vt accepta per fidem conſolatione de gratia Dei in Chriſto Ieſu, dicamus cum fiducia preces noſtras clamantes ad Deum abba Pater.

Sic ſcriptura de officio Spiritus ſancti loquitur. Propterea Zacharias vocat eum Spiritum gratiæ & precum, cap. 12. Super domum Dauid & ſuper ciues Ieruſalem effundam Spiritum gratiæ & precum: Spiritus gratiæ dicitur qui

dicit conſolationem gratiæ ad cor noſtrum per verbum Euangelij, & Sacramenta teſtificans nobis, obſignans & oppignorans, quod ſimus accepti & grati Deo propter Chriſtum, & ſimus filij Dei: atque in corde excitat, & accendit fidem, vt hoc credamus cum fiducia. Spiritus precum dicitur quia cor credens & ſtatuens ſe eſſe in gratia apud Deum propter Chriſtum, & eſſe filium Dei, impellit ad inuocationem Patris cæleſtis, quam ipſe quoq; in corde exuſcitat: Sic Paulus appellationes exponit ad Roma. 8. Non accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba Pater. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filij Dei. Si autem filij ergo & hæredes, hæredes quidem Dei, Cohæredes autem Chriſti. Item, Spiritus adiuuat infirmitates noſtras, nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ipſe autem Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ad Galat. 4. Quoniam eſtis filij, miſit Deus ſpiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem abba Pater, 2. Corinth. 1. Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus eſt, qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris: ad Ephe 1. Credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, ad redemptionem acquiſitionis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tiones, ad laudem gloriæ ipſius, 1. Iohan. 4. Per hoc cognoſcimus, quod in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſancto ſuo dedit nobis.*

*Chriſtus appellat etiam Spiritum ſanctum, veritatis Spiritum, non tantum quia ipſe eſt verax in vnitate Trinitatis, ſed etiam propter officium, quia vt Iohan. 16. dicit: Ducit in omnem veritatem, & eam veritatem etiam conſignat in noſtris cordibus, vt de ea non dubitemus, ſed certa fide ſeu fiducia in ea acquieſcamus in omnibus articulis fidei noſtræ, credentes contra ſpem in ſpem, vt de Abrahamo dicitur: & credentes contra omnem ſenſum & intellectum rationis noſtræ, ſicut Iohan 3. expreſſe dicitur: quod accipientes teſtimonium filij Dei ſignauit quod Deus verax eſt, id eſt, cor ipſius, tanquam impreſſo Sigillo obſignatum eſt per Spiritum ſanctum, vt de veritate verbi Chriſti non dubitet, ſed in illo viuens & moriens acquieſcat. Hæc conſignatio interna declarata eſt manifeſta miſsione Spiritus ſancti, qua veritas doctrinæ Apoſtolicæ coram toto mundo eſt conſignata, ſicut Acto. 10. ſcriptum eſt: Adhuc loquente Petro verba hæc cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum: & hac demonſtratione ac illa conſignatione veritatis ſumpta, vtuntur*

*Apoſto-*

*Apoſtoli, Actorum. 15. & Paulus ad Galatas 3.*

*Contra falſos Doctores ad probationem & confirmationem veritatis Euangelij, Cogitemus hanc appellationem, videlicet Spiritus veritatis, eſſe titulum ſacræ ſcripturæ ſeu doctrinæ Biblicæ, quo nobis eius veritas immutabilis & infallibilis commendatur, contra omnes propriæ rationis & ſapientiæ omniumq; hæreticorum diſputationes. Ille enim liber eſt liber, ſeu ſcriptura Spiritus ſancti, qui eſt Spiritus veritatis: Sic Propheta & Rex Dauid, de ſuo Pſalterio dicit, in Teſtamento ſuo, Spiritus Domini locutus eſt per me, & factus eſt ſermo eius per linguam meam. 2. Reg. 23. & Zacharias de Prophetis ipſum antecedentibus, dicit cap. 7. Verba quæ miſit Dominus exercituum in Spiritu ſancto per manum Prophetarum priorum: & Petrus de ſanctis Prophetis omnibus inquit: 1. Pet. 1. Non voluntate humana allata eſt olim prophetia, ſed Spiritu ſancto impulſi, locuti ſunt ſancti Dei homines: atq; hoc teſtimonium etiam de Apoſtolis verum eſt: ſicut illuſtria dicta cum ipſa miraculoſa donatione Spiritus ſancti in Pentecoſte teſtantur. Quare hanc appellationem Spiritus veritatis opponere debemus omnibus diſputationibus, quæ contra ſacræ ſcripturæ teſtimonia mouentur, aut inſtituuntur. Spiritus enim veri-*

*tatis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ratis mentiri non poteſt, etiamſi myſteria omnia nos non intelligimus, ſicut grauiſsime admonet Paulus, 1. ad Corinth. 2. nobis reuelauit Deus per Spiritum ſuum. Spiritus enim ſcrutatur omnia etiam profunditatis Dei. Quis enim hominum ſcit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt. Ita quæ Dei ſunt, nemo nouit niſi Spiritus Dei. Nos autem non Spiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur.

### DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS locus eſt de his verbis, Ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum fuiſtis. tradit Chriſtus his verbis immutabilem regulam de perpetua doctrina Spiritus ſancti & organorum ipſius in Eccleſia: Sicut de ſcriptis Moſi & Prophetarum dicit Chriſtus: Iohan. 5. Scrutamini ſcripturas, illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Item, Si Moſi crederetis, & mihi crederetis, De me enim ille ſcripſit, Et Petrus Acto. 10. inquit: Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, quod remiſsionem peccatorum accipiant per nomen eius, omnes qui credunt in eum, Ita quoq; Chriſtus in hoc Euangelio de Apoſtolorum doctrina dicit. Ille ſcilicet, Spiritus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſanctus, teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis::Si quis itaq; ab hoc teſtimonio recedit, is Deum non habet, inquit Iohannes: & non eſt organum Spiritus ſancti, ſed maledictũ vas Diaboli, etiamſi Apoſtoli aut Angeli nomen haberet, quemadmodum ad Galat. 1. dicit Paulus: Si nos aut Angelus è cœlo aliud Euangelium prædicauerit, anathema ſit, Et omnis doctrina quæ non fert Chriſto hoc teſtimonium, quod ipſe de ſe prædicauit, & omnes Prophetæ de ipſo prædicant, eſt fugienda & vitanda, ſicut admonet Chriſtus: Cauete à falſis Prophetis, Et Matth. 24. Videte ne quis ſeducat vos, Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus & multos ſeducent, tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, nolite credere &c.

Hanc itaque regulam probationis, qua vt dicit Iohannes probari debẽt Spiritus vtrum ex Deo ſint, obſeruare debemus, ſicut Dominica ... poſt Paſcha etiam dictum eſt. Et debet hæc Regula ad omnes Articulos doctrinæ Chriſti accommodari. Nam tantum illi qui manent in ſermone Chriſti, ſunt veri Diſcipuli Chriſti, Iohan. 8. Qui vero recedunt & non manent in ſermone Chriſti, illi non ſunt diſcipuli Chriſti, ſicut omnes hæretici antiqui, & noui Anabaptiſtæ, Sacramentarij, & ſimiles non manent in ſer-

mone

mone Chriſti, ſed ab eo recedunt arguentes Chri-
ſtum mendacij, cui debent perhibere teſtimoni-
um, quod ipſe ſit veritas, via & vita.

## DE TERTIO LOCO.

TERTIVS locus eſt de perſecutione & cru-
ce Eccleſiæ, & præcipue doctorum Eccleſiæ,
quæ ipſis contingit à malignantium cœtu ſeu Ec-
cleſia, quæ habet Synagogas, id eſt, Templa &
Scholas, & cœtus, ac ſibi arrogat titulum & po-
teſtatem Eccleſiaſticam, ſicut ibi inquit Chriſtus
Abſq; Synagogis facient vos, id eſt, excommu-
nicabunt vos, quaſi ipſi ſint vera Eccleſia, haben-
claues Chriſti. Sicut Iudæi excommunicarunt
ipſum filium Dei, & excommunicatum tradide-
runt politico Iudici Pilato occidendum: ſicut
Conſtantienſe concilium excommunicauit ſan-
ctum Iohannem Hus, & politico Magiſtratui
tradidit occidendum: ſicut Papa ſæpe ſanctum
Lutherum excommunicauit, & executionem
mandauit politico magiſtratui. Admonet itaque
Chriſtus, quod talis Eccleſia malignantium ſem-
per futura ſit, iuxta veram Eccleſiam, ſicut etiam
fuit ſemper à Cain vſq;.

Sciamus autem quod ſicut excommunicatio
iuſta quæ fit à vera Eccleſia, eſt terribilis prop-
dictum: Quicquid ligaueritis in terra, ligatum e-
in cœlis: Abſcindit enim excommunicatum

corp

corpore Chriſti, tanquam membrum putridum, priuat eum communione Sanctorum, facit eum, tanquam Publicanum & Ethnicum. Imo tradit Satanæ, ſicut Paulus excommunicationem vocat traditionem Satanæ, 1. Corinth. 5. donec rurſus conuertatur, & ad ſocietatem & communionem Eccleſiæ redeat. Nam Eccleſia vera excommunicans ad hos fines reſpicit.

Primo, Ne nomen Dei blaſphemetur, propter tollerantiam manifeſtorum ſcelerum.

Secundo, Ne alij malis exemplis corrumpantur, quia modicum fermentum, totam maſſam corrumpit.

Tertio, Vt excommunicatus ſuffundatur pudore, agat pœnitentiam, conuertatur & ſaluus fiat. Ita è contra, excommunicatio iniuria, quæ fit ab Eccleſia malignantium, non eſt pijs terribilis, ſed glorioſa, iuxta dictum Matth. 5. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos, mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic gloriatur Paulus, 2. Corinth. 11. à Iudæis (inquit) quinquies quadragenas plagas vna minus accepi, ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum. Et ad Galatas vltimo, vocat eas paſſiones ſtigmata Domini



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Ieſu Chriſti in corpore ſuo, communi vocabulo Eccleſiæ vocantur glorioſa martyria, ſicut Chriſtus dicit, fient vobis in martyrium, id eſt, teſtimonium Luc. 21. Hic breuiter dici poteſt de conſideratione cauſarum, cur Deus ſic velit, vt præcipui duces Eccleſiæ omnium maxime affligãtur, & ſæpe fiant Martyres. Sic enim vocantur illi in Eccleſia, qui ob confeſſionem Euangelij interficiuntur. Confeſſores autem vocantur, qui multa quidem patiuntur, ſed non interficiuntur.

Prima cauſa eſt, quia Deus vult per hos oſtendere teſtimonium, quod doctrina ſeu promiſſio Euangelij non concionetur de regno mundano huius vitæ, ſed de regno & vita cœleſti, & vult per eos oſtendere teſtimonium futuri iudicij, nam quia ſinit eos affligi, & interfici, ergo teſtatur reſtare aliud iudicium.

Secunda cauſa, Deus vult vt docentes Euangelium oſtendant per patientiam in cruce quod non ſint Mercenarij aut Hypocritæ, aut fabulatores. non credentes vera eſſe quæ docent ſed quod ſerio & ex animo ſentiant & credant doctrinam veram eſſe. Ideoque fidem ſuam per patientiam afflictionum & mortis conteſtentur & doctrinam obſignent.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Tertia cauſa vt fiant conformes imaginis filij Dei.*

*Quarta cauſa, vt ſint exempla patientiæ ad omnem poſteritatem, Matth. 5. Sic etiam ſunt perſecuti Prophetas, qui ante vos fuerunt. Iacobi 5. Exemplum accipite fratres tollerantiæ ſanctos Prophetas. Et pertinet huc exemplum Eleazari ſenis. Et lib. Maccab. &c. Harum cauſarum conſideratio etiam monet non dedecori, ſed honori ac gloriæ eſſe Eccleſiæ, quod præcipue eius doctores fuerunt martyres quemadmodum Paulus dicit ad Epheſ. 3. Peto ne deficiatis in tribulationibus meis, pro vobis quæ eſt veſtra gloria.*

DE QVARTO LOCO.

QVARTVS *locus eſt conſolatio in his verbis: Hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quod ego dixerim vobis, Oſtendunt hæc verba magnam conſolationem, Nimirum quod afflictiones non accidunt Eccleſiæ caſu, aut fortuito, aut quia Diaboli & mundi voluntas & potentia præualeat, vt non poßit impediri à* DEO. *Sed quod omnia benigna voluntate & vtili ac bono conſilio Dei accidant, ſine cuius permißione & voluntate non cadit paſſer in terram. Hæc conſolatio eſt in omnibus prædictionibus* CHRISTI, *Pro-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*phetarum & Apoſtolorum de cruce. Debet itaque nobis ſemper crux eſſe præmeditata, & cum ea premimur, recordari prædictionum harum debemus, & lætari cum Apoſtolis, quod digni habiti ſimus pati pro nomine Chriſti, & cum ſancto Iobe dicere, Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.*

*Enarrationes Euangeliorum, quæ proponuntur in tribus ferijs Pentecoſtes petantur ex annotationibus meis in nouum Teſtamentum, quæ propediem prodibunt dante Domino.*

## *IN FESTO SANCTÆ TRINITATIS EVAN-lium Iohan. 3.*

*ERAT AVTEM HOMO* ex Phariſæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quod à Deo veneris magiſter, Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, qua

tu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tu facis: niſi fuerit Deus cum eo. Re-
ſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen, amen
dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo,
non poteſt videre regnum Dei. Dicit
ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt
homo naſci, cum ſit ſenex? Nunquid



poteſt in ventrem matris ſuæ iteratũ in-
troire, & naſci? Reſpondit Ieſus: Amen,
amen dico tibi: niſi quis natus fuerit ex
aqua & Spiritu, non poteſt introire in
regnum Dei. Quod natum eſt ex car-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ne, caro eſt, Et quod natum eſt ex ſpi-
ritu, ſpiritus eſt, Non mireris, quod dixi
tibi :quod oportet uos naſci denuo. Spi-
ritus ubi vult, ſpirat, & uocem eius
audis, ſed neſcis unde ueniat, aut quo
uadat. Sic eſt omnis, qui natus eſt ex
Spiritu.

Reſpondit Nicodemus, & di-
xit ei:Quomodo poſsunt hæc fieri? Re-
ſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es ma-
giſter in Iſrael,& hæc ignoras? Amen
amen dico tibi, quia quod ſcimus, lo
quimur, & quod uidimus, teſtamur
& teſtimonium noſtrum non accipitis.
Si terrena dixi uobis, & non creditis
quomodo, ſi dixero uobis cœleſtia,cre-
detis?

Et nemo aſcendit in cœlum, niſi
qui deſcendit de cœlo, filius hominis
qui eſt in cœlo. Et ſicut Moſes exal-
tauit Serpentem in deſerto, Ita exalta-
ri oportet filium hominis, ut omnis qui
credit in ipſum, non pereat, ſed habeat
uitam æternam.

*Eua*

EVANGELIVM eſt colloquium Chriſti cum Nicodemo Phariſæo, de modo perueniendi ad hæreditatem regni cœleſtis & vitæ æternæ. Ac tradit Chriſtus in hoc Euangelio ſummam totius doctrinæ Chriſtianæ de regeneratione & iuſtificatione.

Primo, concionatur de peccato Originis, quod per carnalem generationem propagatur in omnes homines, & eſt fomes ac cauſa omnium peccatorum, quibus hoc corpus peccati eſt contaminatum, & eſt cauſa, cur nulla iuſticia operum poſſit valere coram Deo, ſicut apud Eſaiam dicitur' Omnes iuſticiæ noſtræ, quaſi pannus menſtruatæ, Et Paulus dicit: Legem (hoc eſt, iuſticiam legis) infirmari per carnem, quia iuſticia legis contaminatur peccato habitante in carne.

Secundo, concionatur de regeneratione ſpirituali, & de Sacramento regenerationis in nouo Teſtamento, videlicet de Baptiſmo

Tertio, concionatur de ſua ſatisfactione & morte, & de fide, quia ſatisfactio & mors Chriſti eſt virtus & efficacia Baptiſmi, Et applicatio fit per fidem, iuxta dictum: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Hæc eſt ſumma Euangelij. Nunc annotationem præcipuarum locorum addam.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE TRIMO LOCO.

DOMINICA hæc vocatur Trinitatis Dominica, propterea quod ſic ordinatum eſt in Eccleſia, vt de Articulo ſeu myſterio Trinitatis populus ſimpliciſsime doceatur, Cuius Articul ſumma hæc eſt: Vnus tantum eſt Deus creator cœli & terræ, nec ſunt duo aut tres aut plure Dij, ſicut in primo præcepto dicitur: Ego ſum DOMINVS DEVS tuus, non babebi Deos alienos coram me. Et Deuteron. 6. ſcriptum eſt: Audi Iſrael, DOMINVS DEVS noſter Dominus vnus eſt: Eſaiæ Cap. 44. Eg primus & nouiſsimus, & abſque me non eſt DEVS. primæ Corint. 8. Scimus quod nullu eſt DEVS niſi vnus. Et in hac vnitate eſſentiæ Diuinæ, ſeu vnius DEI, ſunt tres non confuſæ, ſed diſtinctæ perſonæ coæternæ & ὁμοούσιαι, id eſt, conſubſtantiales ſeu coeſſentiales. Deus pater, Deus filius, & Deus Spiritus ſanctus. Sic Moſes in creatione facit mentionem trium Perſonarum, Patris, λόγου ſeu VERBI, hoc eſt filij vnigeniti Domini noſtr IESV CHRISTI, in plenitudine temporis incarnati, paſsi, mortui & reſuſcitati pr nobis, & Spiritus ſancti: atque expreſſe inqui Moſes,: Elohim, id eſt, tres Perſonæ, ſeu Trinitas, Pater, Filius & Spiritus ſanctus crea

num

uit cælum & terram, id eſt, vnus Creator cœ-
li & terræ. Item, IEHOVA, ELOHIM, id
eſt, tres perſonæ ſeu Trinitas, Pater, Filius &
Spiritus ſanctus, eſt vnus verus Deus Ieho-
a. Et Moſis teſtimonium citat Dauid Pſalm.
3. Verbo Domini cœli facti ſunt & Spiritus,
ris eius omnis virtus eorum. Item, Euangeliſta
ohannes capite primo ad demonſtrationem Di-
initatis τῷ λόγῳ ſeu Filij vtitur teſtimo-
o Moſis. In principio erat Verbum, & Ver-
um erat apud Deum, & Deus erat Verbum,
mnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo fa-
um eſt nihil, quod factum eſt, Et de incarnati-
e τῷ λόγῳ addit: Et VERBVM CARO
ACTVM EST.

In nouo Teſtamento manifeſtè eſt demon-
ata Trinitas perſonarum in diuinitate, in
ptiſmo Chriſti, Pater ſonat de cœlo: Hic eſt
us meus dilectus. Filius baptizatur in Iorda-
& Spiritus ſanctus deſcendens in ſpecie Co-
nbæ, acquieſcit ſupra Filium. Atq; eam fi-
n docent nos ipſa verba Baptiſmi, In nomine
tris & Filij & Spiritus ſancti. Sic enim credi-
s (inquit Baſilius) ſicut baptizati ſumus. Ex
is communibus poteſt recitari breuis ſumma
perſonarum diſcrimine. Aptiſſimum autem
nude & ſimpliciter recitare verba ex Sym-
o Athanaſij. Fides Catholica hæc eſt, vt



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*vnum Deum in Trinitate, & trinitatem in vni-*
*tate veneremur, neque confundentes perſona*
*neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia eſt enim pe*
*ſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti. Se*
*Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vna eſt D*
*uinitas, coæqualis gloria, coæterna maieſta*
*&c.*

## DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS *locus eſt de peccato Origin*
*quia enim dicit Chriſtus regeneratione op*
*eſſe illis, qui introibunt in regnum Dei, Ergo*
*quitur primam generationem ſeu natiuitate*
*non eſſe capacem hæreditatis regni Dei, ſicut e*
*am 1. ad Corinth. 15. dicitur. Caro & ſang*
*regnum Dei non poſſidebunt, Et ratio eſt, q*
*prima generatio eſt corrupta & vitioſa & p*
*cato obnoxia, quemadmodum etiam expreſſe*
*dit Chriſtus in hoc Euangelio: Quod natum*
*ex carne caro eſt. Quid autem ibi ſignificet c*
*id oſtendunt deſcriptiones carnis in ſcriptu*
*Geneſis 6. & 8. Figmentum cordis hum*
*malum eſt ab adoleſcentia: ad Roman. 8. S*
*ſus carnis mors eſt, & ſenſus carnis inimic*
*eſt aduerſus Deum. Caro legi Dei non ſu*
*tur, Et ne poteſt quidem ad Romanos 7. E*
*carnalis ſum venundatus ſub peccatum,*

od non habitet in carne mea bonum. Hoc
aque loco dicatur, quid ſit peccatum originis,
delicet non tantum reatus propter peccatum
imorum parentum, ſed corruptio vitium, &
νομία, & malum, in ipſa natura carnaliter
opagata & proſeminata, faciens quemlibet
minem de carne natum, ſeu carnaliter natum,
um iræ Dei, mortis & condemnationis, ſicut
ulus dicit ad Epheſ. 2. Eramus omnes natu-
filij iræ, & ad Roma. 5. Per vnum hominem
catum, intrauit in mundum, & per pecca-
m, mors, & ſic in omnes homines mors per-
nſijt, eoque omnes peccauerunt, id eſt, ſunt
catores.

Addantur aliquot ſimiles loci de propa-
ione ſeu proſeminatione Originalis peccati,
Geneſis 5. dicitur: Adam genuit filium ad
ginem ſuam, non ad imaginem DEI, ad
m ipſe creatus fuerat. Itaque ad hunc
um reſpicit Paulus, 1. ad Corinth. cap: 15.
lis terrenus, tales & terreni, Portauimus
ginem terreni &c. Pſalm. 51. Ecce in
uitatibus conceptus ſum, & in peccatis
cepit me Mater mea. Iob Cap. 14. Quis
eſt facere mundum de mundo conceptum ſe-
e?

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE TERTIO LOCO.

TERTIVS locus eſt de Sacramento regene
tionis, videlicet de Baptiſmo. In hoc l
primum dicatur de commendatione Baptiſ
quæ eſt in his verbis: Niſi quis renatus fu
ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regn
Dei. Hæc eſt ſeria & grauiſſima omnibuſq; n
dis obſeruanda commendatio. Quamobrem eta
Lucæ 7. vocatur Baptiſmus conſilium Dei.
reprehenduntur Scribæ & Phariſæi, qui
conſilium Dei aſpernabantur contra ſemetip
nolentes baptizari à Iohanne: ſicut nunc tem
ris aſpernantur hoc conſilium Anabaptiſtæ, q
hoc loco reprehendi conuenit. Ad declara
nem autem huius appellationis nimirum q
Baptiſmus eſt Dei conſilium accommodari d
locus, Acto. 2. Vbi interrogantibus audit
bus quid facere debeant, reſpondet & con
Petrus inquiens: Pœnitentiam agite & ba
zetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu C
ſti, in remiſſionem peccatorum, & accipieti
num Spiritus ſancti. Vobis enim facta eſt
miſſio & filijs veſtris. Similiter conſuluit
lo Ananias, Actorum 22. Surge & bapti
& ablue peccata tua inuocans nomen D
ni.

Sec

Secundo dicatur de definitione & effe-
bus Baptiſmi, & præcipuè monſtretur, quod
ulus ex hoc dicto Chriſti (Niſi quis renatus
rit &c. ſumpſerit illam definitionem quæ ex-
ad Tit. 3. Quod Baptiſmus eſt lauacrum re-
erationis et renouationis Spiritus ſancti. Hæc
ſideratio monſtrat ſententiam dicti, quod na-
n eſt ex Spiritu, Spiritus eſt: & oſtendit quo-
do refutandi ſint Anabaptiſtæ, qui aſſerunt
ntibus inutilem eſſe Baptiſmum, quia cum
audierint verbum Dei, non poßint credere.
ſpondeo ex verbis Chriſti & Apoſtoli Pau-
Baptiſmus non eſt tantum lauacrum aquæ, ſed
æ & Spiritus, hoc eſt, Eſt lauacrum regene-
onis & renouationis Spiritus ſancti, qui ef-
ditur in nos opulente per Ieſum Chriſtum
atorem noſtrum, vt iuſtificati illius gra-
æredes ſimus iuxta ſpem vitæ æternæ.

Hic eſt certus ſermo, quem Filius Dei iura-
to confirmauit: Amen, amen dico vobis.
o negare Infantibus eſſe inutilem Baptiſ-
t eſt negare ipſis eſſe inutilem Spiritus ſancti
tionem & operationem, eſſe ipſis inutilem
erationem & renouationem Spiritus ſan-
& iuſtificationem per Ieſum Chriſtum Sal-
em noſtrum ad hæreditatem vitæ æternæ,
ßionem peccatorum, mundationem & ab-

utiol-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

lutionem à peccatis & ſalutem, Titum 3. Eph
8. *Acto.* 2. & 22. 1. *Pet.* 3.

Et de fide infantium ſimpliciter reſpo
deri debet, quod Spiritus ſancti proprium o
cium eſt illuminare agnitione & fide IESV
CHRISTI. Ergo etiam in Infantibus opera
agnitionem & fidem Chriſti, etiamſi nos modi
operationis non intelligimus, & exemplum il
ſtre eius doctrinæ propoſitum eſt in Baptiſta
hanne, qui in vtero materno agnouit Chriſtu
& fide eius exultauit per operationem Spiri
ſancti.

Porro comprobant hanc doctrinam d
de infantium dicta, quæ oſtendunt Infanti
qui ſunt allati ad Chriſtum eſſe regnum cœlor
placere eos Deo, & eſſe participes vitæ æter
in Chriſto Ieſu.

Tertio, dicatur obiter de conſolatione,
proponenda eſt illis parentibus, quorum abo
ui fœtus, ſeu Infantes non potuerunt partic
fieri Baptiſmi, tales Infantes non excludu
per hoc dictum à regno cœlorum, ſicut etiam
dite & pie diſputat Auguſtinus, non exc
Martyres, qui morte præoccupati Baptiſm
conſequi non potuerunt. Nam mandatum
ptiſmi non damnat illos, qui Baptiſmum c

...i non poſſunt, ſicut rectè dicitur: Sacramenta ...ſtituta eſſe ad ſalutem illis qui poſſunt eis vti, ...n ad condemnationem inſtituta ijs, qui conſe... ...i non poſſunt, ſicut mandatum circumciſionis ...n damnabat illos Infantes, qui octauum diem ...n attingebant. Sunt itaque tales fœtus ſeu In...ntes commendandi & offerendi Deo, qui eſt ...us noſter & liberorum noſtrorum, & non ...ult vt vnus de puſillis pereat, ſed vult vt eos ...ipſum afferamus, & promiſsionem dedit ſe ...lle audire preces noſtras, quas ipſi offere...s in nomine vnigeniti filij Ieſu Chriſti.

Cogitandumq́, eſt de dulciſsima illa ima...e, Marci 10. vbi Chriſtus Infantes ad ſe alla... adſumit oſculatur, & eis benedicit. Quæ ...ro de Baptiſmo dicenda ſunt petantur ex ...cione Dominicæ Eſto mihi de Baptiſmo ...iſti.

## DE QVARTO LOCO.

...VARTVS locus eſt de interrogatione ...Nicodemi: Quomodo poſſunt hæc fieri. ſi...s interrogatio eſt Iohan. 6. Quomodo poteſt ...nobis ſuam carnem dare ad manducan... Ita omnes ſapientes mundi, & ipſa ... noſtra interrogat de myſterijs fidei,

& di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

& dicit Cyrillus hanc interrogationem: quo-
modo, eſſe matrem omnium hæreſiũ: ad ha
autem quæſtionem reſpondet Chriſtus duplici-
ter.

Primo opponit inſtantiam: Ne mireris qu
dixi tibi, oportet vos denuo naſci: Spirit
vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed n
ſcis vnde veniat aut quo vadat: Sic eſt om
qui natus eſt ex ſpiritu, hoc eſt, Ventus ſuo
flatu mouet omnia, audimus & ſentimus flat
eius, ſed nemo noſtrum nouit vnde veniat, a
quo vadat, id eſt, Nemo ſapientiſsimus miniſ
rium illud Phyſicum ſeu naturale de ventor
generatione, motu & deſinentia, perfecte int
ligit. Talis eſt operatio Spiritus ſancti in il
quos ipſe regenerat, renouat, illuminat, mouet
ſanctificat, Ergo non debemus mirari, quod h
mo ſua ratione myſterium donationis & ope
tionis Spiritus ſancti per verbum & Sacram
ta non poßit intelligere. Huc pertinet dictu
1. ad Corinth. 6. Animalis homo non perci
ea quæ ſunt Spiritus Dei.

Secundo, Opponit Chriſtus quæſti
(quomodo) veritatem totius Trinitatis, in q
veritate acquieſcere certiſsime debemus, in o
nibus Articulis & myſterijs fidei, om
interrogatione (quomodo) Amen, amen dico ti

quo

uod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſta-
ur, & teſtimonium noſtrum non accipitis:
Magna emphaſis, ἐνέργεια et vis eſt in hac parte
ſponſionis: Præmittit Chriſtus iuramentum,
Amen, amen dico tibi. Deinde in plurali dicit:
uod ſcimus loquimur, & quæ vidimus, teſta-
ur, & noſtrum teſtimonium non accipitis.
tat itaque ad confirmationem fidei noſtræ con-
t omnem hæſitationis ſcrupulum, ſcientiam &
ritatem & teſtimonium Trinitatis, Dei Pa-
is, Filij & Spiritus ſancti, ſicut hoc dulciſſi-
allegatur à Iohanne, 1. Iohan. cap. 5. Tres
ut qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Ver-
m & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt
c. Si teſtimonium hominum accipimus, teſti-
nium DEI maius eſt. Hoc itaque teſtimo-
um reuerenter & ſimplici fide opponamus
nibus interrogationibus rationis noſtræ,
hæreticorum de myſterijs fidei, & doctri-
Chriſtianæ, quomodo hæc fieri poſſint?
Et cogitemus de dicto Apoſtoli Iohan-
quod non recipiens ſeu negans teſtimoni-
DEI mendacem eum faciat. Non eti-
obſcurum eſt propter hoc teſtimonium Tri-
itis, quod ſcimus loquimur &c, & propter ex-
ationem eius dicti in Epiſtola Iohannis de
nitate, præcipuè hoc Euangelium ad hanc
minicam Trinitatis ordinatum eſſe.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE QVINTO LOCO.

QVINTVS locus eſt de exaltatione CHRI-
STI in cruce, cum promiſsione, vt omn
qui credit in eum &c. & accommodatione ſig
ſerpentis ænei, cuius hiſtoria repetatur ex 2
cap. Numerorum. Sed cur hanc concionem
ſua morte, & de fide ad doctrinam de Bapt
mo addit Chriſtus? Reſpondeo: quia exaltat
& mors CHRISTI eſt fons vitæ, vnde eff
it omnis virtus Euangelij & Sacramentoru
& ſine fide in Chriſtum, nec auditus Euang
lij, nec externus Sacramentorum vſus qu
quam prodeſt. Non enim ſaluant opera ope
ta. Ideo CHRISTVS de Baptiſmo dic
Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus e
qui vero non crediderit, condemnabitur.
Paulus de merito CHRISTI in definitio
Baptiſmi dicit, ad Titum 3. DEVS per ſu
miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum
generationis & renouationis Spiritus ſanc
quem effudit in nos opulenter per IESV
CHRISTVM Saluatorem noſtrum, vt
ſtificati illius gratia hæredes ſimus iuxta ſ
vitæ æternæ.

Hoc loco doctrina de fide explice
quæ explicatio inſigniter poteſt explicari



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

commodatione ſigni æneiſerpentis, quem aſpicientes ſanabantur ipſo aſpectu propter Dei promiſsionem. Qui percuſſus aſpexerit eum viuet. Nume. 22.

## DOMINICA PRIMA POST TRINITATIS
Euangelium Lucæ 16.





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

HOMO AVTEM QV
dam erat diues, & indu
batur Purpura & Byſſo, &
epulabatur quotidie ſple
dide. Erat autem quida
pauper, nomine Lazarus, qui iace
ad ianuam eius, vlceribus plenus, & c
piens ſaturari de micis, quæ cadeba
de menſa diuitis. Sed & canes veni
bant, & lingebant vlcera eius. Factu
eſt autem, vt moreretur pauper, & po
taretur ab Angelis in ſinu Abrah
Mortuus eſt autem & diues, & ſepult
eſt.

Et in inferno eleuans oculos ſu
cum eſſet in tormentis, vidit Abraha
à longe, & Lazarum in ſinu eius, & i
clamans, dixit: Pater Abraham, miſer
mei, & mitte Lazarum, vt intingat
tremum digiti ſui in aquam, & refri
ret linguam meam, quia crucior in
flamma. Dixit autem Abraham. Fili
cordare, quia recepiſti bona tua in v
tua, & Lazarus ſimiliter mala; Nunc
tem hic conſolatur, tu vero crucia

Et ſuper hæc omnia inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt, vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſsint, neq; inde ad nos tranſmeare.

Ait autem: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinq; fratres, vt teſtetur illis, vt non & ipſi veniant in hunc locum tormenti. Ait illi Abraham: Habent Moſen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non Pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si Moſen & Prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

*EVANGELII hiſtoria continet duo notabilia exempla: vnum eſt diuitis Epulonis, quod proponitur omnibus diuitibus, vt in eo tanquam in ſpeculo ſe contemplentur, & diſcant ex eo, non contemnere admonitionem Pauli 1. Timoth. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe ne ſuperbiant, neq; ſperent in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum, & benefici ſint, ac diuites fiant operibus bonis, facile tribuendo, communicando,*

 *the-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*theſaurizando ſibi fundamentum bonum, vt a-*
*præhendant vitam æternam.*

*Secundum exemplum, eſt pauperis La-*
*zari, quod conſolationis gratia Chriſtianis pau-*
*peribus proponitur, & pertinet ad dictum, Ma-*
*thæi 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam illoru-*
*eſt regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoni-*
*am ipſi conſolationem accipient. Sic itaq; Eua-*
*gelium in duas partes diuidemus.*

## *DE PRIMA PAR-TE.*

MATTHÆI 19. *inquit Chriſtus diffic-*
*eſſe vt diues intret in regnum cœlorum,*
*eſſe facilius, vt Camelus per foramen acus tran-*
*eat, Id dictum non ita intelligendum eſt, qu-*
*diuitiæ per ſe faciant hominem reum. Sunt en-*
*diuitiæ dona Dei, per ſe non malæ aut inſidio-*
*aut venenatæ, ſicut de hoſtium donis in ada-*
*dicitur: Hoſtium dona non eſſe dona: ſed ſunt v-*
*rè bona dona pijs. Ideoq; Salomon diuitias vo-*
*benedictionem Dei. Prouerb. 10. Benedic-*
*Domini diuites facit. Et Syracides inquit ca-*
*13. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum*
*conſcientia. Item, 3. cap. Beatus diues*
*inuentus eſt ſine macula, & qui poſt auri*
*non abijt, id eſt, qui non eſt auarus nec ſpe-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nit in pecunia & Theſauris, & nota ſunt exem-
pla multorum Sanctorum: Abrahami, Iſaaci,
Iacobi, Dauidis, Ezechiæ, qui apprime diuites
fuerunt, & certiſſime fuerunt, & ſunt hæredes
regni cœleſtis : Sed debet intelligi dictum de
iſtis, qui diuitijs abutuntur ad Idolatriam ſpiri-
tualem, apponentes cor ſuum ad eas, ſeruientes
Mammonæ per auaritiam, & propter earum
amorem deridentes aut odio habentes Chriſtum,
& ipſius Euangelium & ipſius admonitiones
de iuuandis membris pauperibus, Sicut Lucæ
cap. 16. expreſſe dicitur : Quod Phariſæi qui
erant auari deriſerunt Chriſtum concionantem
de recta diſpenſatione diuitiarum, & contra Ido-
latriam auaritiæ, Et Matthæi cap. 19. De ado-
leſcente diuite dicitur, quod cum audiſſet man-
datum Chriſti, de diſtribuendis diuitijs ſuis pau-
peribus, abijt triſtis.

Itaque ad rectum intellectum huius di-
cti accommodanda eſt concio CHRISTI, Mat-
thæi cap. 6. Non poteſtis Deo ſeruire & Mam-
monæ. Item, Apoſtoli concio, 1. ad Timoth.
cap. 6. Qui volunt diuites fieri, id eſt, quorum
ea eſt intentio, & voluntas ſeu propoſitum, quod
velint colligere Diuitias, per fas & nefas,
ſiue cum DEO, ſiue contra Deum, illi inci-
dunt in tentationẽ & in laqueum, & in deſideria



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*multa veſana & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem, Radix enim omni um malorum eſt auaritia, quam quidem appeten tes aberrauerunt à fide, & implicuerunt ſe do loribus multis.*

*Cum autem hic intellectus declaretur in ho primo exemplo Euangelij de diuite Epulone, condemnato, qui etſi fuit ſatis prodigus in ſplen dorem veſtium & luxum, atque gulam, tame non fuit beneficus, ſed tenax & immiſericors e ga pauperes, ideo commode dicitur in hac par de liberalitate Eleemoſynarum, de qua grauiſ mum dictum Iohan. in 1. Epiſt. cap. 3. ſæpe cog tandum eſt, Qui habuerit ſubſtantiam hui mundi, & viderit fratrem ſuum egere, & cla ſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas D manet in eo? Fratres non diligamus verbo, n lingua, ſed opere & veritate. Sunt autem qui ſiue rationes, ſiue argumenta conſideranda, qu bus diuites moueri debent ad benefaciendum L zaris, id eſt, pauperibus indigentibus.*

*Prima ratio eſt, quod Diuites non ſi perpetui Domini ſuarum diuitiarum, ſed tant vſufructuarij & diſpenſatores à* DEO *co ſtituti. Etſi autem* DEVS *poſſet omnes mines æqualiter facere diuites, tamen in Oe*

nomia mundi hanc inæqualitatem in bonis corporalibus | facit, non caſu, ſed certo conſilio, vt illa ipſa inæqualitas ſit occaſio exercitij dilectionis & beneficentiæ mutuæ. Ideo ſcriptum eſt Prouerbiorum cap. 22. *Diues & pauper ſibi obuiam veniunt, & DEVS fecit vtrumque*, id eſt, non tantum ſubſtantiam vtriuſque fecit, ſed etiam conditionem ſeu fortunam vtriuſque, vt alius ſit Diues, alius ſit pauper fecit Dominus, vt ſint exercitia dilectionis & beneficentiæ inter diuitem & pauperem. Sicut in Oeconomia patrisfamilias opus ſeu ordinatio eſt, vt ex familiaribus, alius ſit promus condus, alius ſit Bubulcus: Sic in Oeconomia mundi DEI opus eſt, vt alius ſit diues, alius ſit pauper.

Secunda ratio eſt expreſſum DEI mandatum, quod ſæpe repetitur in ſcriptis Propheticis aut Apoſtolicis. Deuteron. 15. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum conuerſatur in terra. Lucæ cap. 8. inquit Chriſtus, Date: Lucæ cap. 16. Ego dico vobis, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis. Ad Hebræos cap. 13. Beneficentiæ & communicationis nolite obliuiſci, 1. Timoth. 6. Præcipe Diuiti-

bus, vt ſint benefici, & ſint diuites bonis ope-
ribus dando, communicando &c. Sic de manda-
to dicit Syracides cap. 29. propter mandatum
aſſume pauperem.

Addi poteſt declaratio ex præcedente ſi-
militudine de diſpenſatione, Promus condus ſe
diſpenſator propter mandatum patrisfamilia
debet neceſſaria communicare familiæ, ex pen
Domini ſui ſibi concredito. Sic diuites propte
mandatum debent pauperibus Eleemoſyna
Et quod huius mandati rationem poſtulatur
ſit DEVS, Id docet Chriſtus per parabolam
in hoc capite præcedentem. Et quod ſit fili
DEI inſpector, quomodo quiſque hoc mand
tum exequatur, pro ratione ſuarum facultatu
id oſtendit exemplum quod deſcribitur Mar
12. & Lucæ 21. Sedens Ieſus contra Gaz
phylacium aſpiciebat, quomodo turba mitter
æs in Gazophylacium: ſic cogitemus filium D
ſemper intueri Eleemoſynas noſtras, quas pa
peribus erogamus Et hæc ipſa inſpectio Fi
DEI debet admonere quemlibet ad bene
centiam.

Tertia ratio eſt dignitas virtutis, vi
licet beneficentiæ erga egenos & miſeros, ſic
inquit Syracides: qui facit miſericordiam off
ſacrificium, Et Eſaiæ cap. 58. Nonne eſt

ma

magis ieiunium quod ego elegi, ſolue eos qui in-
iuria tibi obſtricti ſunt, Dimitte quos grauas,
fac liberos quos premis, Frange eſurienti pa-
nem tuum, & vagos exules induc in domum
tuam, Si videris quempiam nudum veſti eum,
& non abſcondas te à carne tua. De hac digni-
tate ſæpe cogitare debemus, quia hanc ipſam
dignitatem beneficentiæ ſeu miſericordiæ erga
egenos & miſeros ſic extollit Chriſtus, Matthæi
cap. 25. vt affirmet ſibi præſtari ea officia mi-
ſericordiæ, quæ minimo fratri ipſius præſtantur,
& quod velit ea beneficia prædicare in nouiſſi-
mo die, quando dicet: Venite benedicti Patris
mei: Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare
&c. Ibi demum apparebit quam præſtans &
dignum opus ſit benefacere pauperibus, propter
Chriſtum, vel in fide Chriſti.

AD dignitatis commendationem etiam
pertinet dictum Chriſti, Matth. cap. 22. Secun-
dum præceptum de dilectione proximi eſſe ſimi-
le primo de dilectione Dei, quia vt Iohannes
inquit in prima capite 3. Hoc mandatum habe-
mus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat &
fratrem ſuum, qui ergo habet ſubſtantiam hu-
ius ſeculi, & videt fratrem egere, & clau-
ſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei eſt
in eo?

Quarta

*Quarta ratio ſunt promiſsiones, Hæc magna eſt Dei bonitas, quod ſuos diſpenſatores, qui communicationem de bonis ſibi traditis debent pauperibus propter mandatum, tamen adhuc promiſsionibus ſuis ad beneficentiam inuitat: teneantur itaque aliquot promiſsiones, & ſciatur eas non eſſe mendaces ſed veras. Prouerbiorum 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſsitudinem ſuam reddet ei. Eſaiæ 58. frange eſurienti panem tuum &c. tunc proferetur lux tua, vt aurora, & commodum tuum velociter augebitur, & iuſticia tua præcedet ante te, & gloria Domini ſuſcipiet te, tunc inuocabis & Dominus reſpondebit cum clamaueris dicet, ecce adſum, Si animam tuam effuderis eſurienti & animam afflictam ſatiaueris, tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut Meridies, & deducet te* DOMINVS *perpetuo, & ſaturabit animam tuam in ſiccitate, & oſſa tua fortificabit. Pſalm. 41. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum* DOMINVS: DOMINVS *cuſtodiet eum & viuificabit eum, & beatum faciet in terra, & non tradet eum in animam inimicorum eius:* DOMINVS *opem feret ei ſuper lectum doloris, vniuerſum ſtratum eius conuertit*

m infirmitate eius. Tobiæ 4. De ſubſtantia tua
fac Eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam
ab vllo paupere. Ita enim fiet vt non auertatur
à te facies Domini. Syrach. cap. 3. Eleemoſyna
patris non erit in obliuione. Lucæ 18. Date &
dabitur vobis. Lucæ 4. Cum facis conuiuium
voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & be-
tus eris, quia non habent retribuere tibi, retri-
buetur enim tibi in reſurrectione mortuorum.
ed quomodo intelligenda ſunt dicta, quæ viden-
ur Eleemoſynis tribuere liberationem à peccatis,
oc eſt, meritum, vt Tobiæ 4. & Daniel 4?

Reſpondeo. Talia dicta ſunt intelligenda iux-
a analogiam fidei. Non ſunt opponenda ipſi ſco-
o totius ſcripturæ, quæ hoc vnicum docet immu-
abiliter, quod ſola ſatisfactione & morte Chriſti
beramur à peccatis, & morte, per fidem, & ex-
udit omne opus aut meritum operis, à cauſa re-
iſsionis peccatorum, redemptionis, iuſtifica-
onis, & acquiſitionis vitæ æternæ, ſicut Pau-
s expreſſe dicit excluſiue, abſque operibus le-
is.

Hoc fundamentum oportet manere fir-
um, immutabile & incorruptum. Itaque dicta
a ſimpliciter ſunt intelligenda, iuxta hanc
alogiam, videlicet, fidem veram exercendam

& de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*& declarandam eſſe operibus miſericordiæ, quæ ſunt teſtimonia fidei iuſtificantis, & accipienti remiſsionem peccatorum, ſicut in nouiſsimo die filius Dei etiam hæc opera miſericordiæ pro te- ſtimonijs fidei allegabit.*

*Deinde etiam intelligantur ſimul de mi- tigationibus pœnarum in hac vita, nam pœ- nas caſtigationis in hac vita mitigari noſtri orationibus & tota pœnitentia ac veris pœniten tiæ fructibus non eſt dubium.*

*Quinta ratio eſt comminatio pœnaru immiſericordiæ, Cuius exemplum in hoc Euan gelio proponitur: Mortuus eſt Diues & ſepu tus eſt, & in inferno eſt, ac deſcribuntur hor ribiles pœnæ, quarum in Inferno nullam miti gationem impetrare poteſt. Et Pſalm. 49. di citur: Quod Impij in honore non diu duran & additur, iacent in Inferno ſicut Ouis, mo depaſcit eos, & Infernus habitatio eoru*

*Hunc exitum conſiderare omnes imm ſericordes diuites debent: cito moriuntur, ant quam cogitant, ſicut exemplum Diuitis, Lu 12: oſtendit, Quid tunc proderit Diuiti, ſi t tum mundum lucratus fuerit, & animæ ſ perditionem patietur? Matthæi cap. 16. N*

hil

vil ex omnibus bonis ſuis ſumit ſecum, Pſalm.
9. & tunc iudicium ſine miſericordia illis
ui non fecerunt miſericordiam. Iacob. 2. Di-
etque illis Filius DEI in nouiſſimo die, Mat-
hæi cap. 5: Diſcedite à me maledicti, in ignem
ternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis
us. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi man-
care &c. Hæc ſunt exaggeranda, ſicut reue-
exaggerari ſatis non poſſunt.

Addantur etiam alia dicta comminatio-
um ſeu de pœnis immiſericordiæ. Prouerbiorum
p. 21. Qui obturat aurem ad clamorem pau-
ris, & ipſe clamabit, & non exaudietur.
mos cap. 5. Pro eo quod decipiebatis paupe-
m &c. Amos cap. 8. Audite hoc, qui con-
itis pauperem &c. Iurauit DOMINUS
r excellentiam Iacob. Si oblitus fuero vſque
finem operum eorum, nunquid ſuper iſto non
mmouebitur terra, & lugebit omnis habita-
eius? Lucæ cap. 6. Væ vobis Diuitibus,
i habetis hic conſolationem veſtram. Iacob.
p. 5. agite nunc Diuites, plorate, vlulan-
ſuper miſerijs veſtris, quæ aduenient vo-
, theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis die-
&c.

DE

# DE SECVNDA PAR-
# TE.

SECVNDA pars eſt exemplum conſolatorium
proponitur enim exemplum miſerrimi & pau
perrimi mendici Lazari, qui non ſolum fuit pa
per, ſed etiam plenus vlceribus. Ideoque ad
deſpectus vt canes ei maiorem miſericordia
præſtiterint lingendo vlcera ipſius, quam diu
Epulo, à quo tantum petebat micas cadentes ſ
menſam, & non dabantur ei. Sed deſcribit
eius glorioſus finis & mors beata, ac precio
in conſpectu Domini, vt Pſalm. 16. dicitu
Factum eſt, inquit Lucas: vt moreretur Me
dicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Ab
hæ, id eſt, in beatitudinem promiſſam per & p
pter Meſſiam ſemen Abrahæ, ad benediction
omnium Gentium terræ, ſeu omnium creden
um. In hac parte proponuntur præcipuæ con
lationes, quibus ſe debent ſuſtentare paupe
& miſeri in hac vita.

Prima conſolatio eſt cogitatio, quod
bemus omnes ditiſſimum patrem & coheræ
ſumus ditiſſimi fratris noſtri vnigeniti
DEI IESV CHRISTI, & haben
opulentiſſimas promiſſiones, & ſumus in Ch
ſto etiam in hac vita diuites facti in o

ve-

verbo, & in omni ſcientia. Nimirum in agnitione æterni Dei, & filij eius Ieſu Chriſti, & habemus in nobis habitantem Spiritum ſanctum, rum diuitijs ſpiritualium benedictionum & doorum, ita vt nobis nihil deſit in nulla gratia, 1. ad Corinth. 1. Hanc meditationem ſpiritualium & æternarum diuitiarum in Ieſu Chriſto opponere debemus paupertati corporali, & miſeriæ, ſicut ſcriptum eſt, Matthæi 5. Beati pauperes ſpiritu quoniam illorum eſt regnum cœlorum, Et ad Hebræos 11. de Moſe dicitur: Maiores arbitrabatur diuitias probrum Chriſti, quam Ægyptiorum theſauros, Et Paulus 2. ad Corinth. 6. inquit: Sicut egentes multos autem locupletantes, quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes. Ad hanc conſolationem pertinet meditatio promiſsionum Euangelicarum, per quas implet Deus pauperes, & eſurientes veris bonis.

2 Secunda conſolatio eſt cogitatio de paterna voluntate Dei, qui facit pauperes & diuites, ſicut ipſe vult, Prouerbiorum 22. Et 1. Regum 2. Dominus pauperem facit & ditat. Dicant ergo omnes pauperes & miſeri cum Iob: Sicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.

Tertia conſolatio, quod credentibus pau-
pertas & miſeria cedit in bonum, ſicut vniuer-
ſaliter dicitur, credentibus omnia in bonum ope-
rari. Eſt paupertas & miſeria ipſis exercitium
fidei, inuocationis & patientiæ, in quo exercitio
hæc ipſa dona ſpiritualia creſcunt, iuxta dictum:
Habenti dabitur. Itaque malebat Moſes pau-
per & afflictus eſſe cum populo Dei, quam di-
ci Filius filiæ Pharaonis, ad Hebræ. 13.

Quarta conſolatio, eſt conſideratio exem-
pli filij Dei, 2. ad Corinth. capit. 8. Scitis gra-
am Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui propter vo
egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius ino-
pia vos diuites eſſetis. Paupertas filij Dei deſcri-
bitur in Euangelica Hiſtoria, Natus eſt in ma-
gna paupertate, & ſic vitam tranſegit, ſic
Matthæi cap. 5., dicit de ſua inopia: Vu-
pes foueas habent, & Volucres cœli nidos, F-
lius autem hominis non habet, vbi caput rec-
net.

Quinta conſolatio eſt cogitatio, de fi-
glorioſo, ſeu de glorioſa morte, ſicut in hoc E-
angelio dicitur: Lazarum mortuum eſſe, ibi-
nita eſt ipſius paupertas & miſeria, & ſeq-
tur æterna gloria, & æterna diuitiæ. Sicut
citur in Euangelio: quod ab Angelis delatu-
in ſinum Abrahæ, ad hæreditatem æternæ

non

*dictionis & hæreditatis. Sic Syracides inquit*
*c. 21. O mors quam bonum eſt iudicium tu-*
*a, homini indigenti, Concludatur hic locus di-*
*Pauli, quo monet credentem ad vtrumque*
*bere eſſe paratum, ſuo exemplo, videlicet vt*
*in diuitijs & in paupertate retineat fidem in*
*riſtum Ieſum, ſicut Sanctus Iob. Inquit autem*
*ulus ad Philippenſes capit. quarto. Scio &*
*miliari, ſcio & abundare & ſatiari, &*
*rire, & abundare & penuriam pati, omnia*
*ſum in eo, qui me confortat. Et 1. ad Ti-*
*th. 6. Eſt magnus quæſtus pietas cum ſuffici-*
*a, nihil enim intulimus in hunc mundum,*
*ud dubium, quia nec auferre aliquid poſſu-*
*s, habentes autem alimenta, & quibus tega-*
*r, his contenti ſimus.*

*Tantum de duabus partibus ſeu exem-*
*Euangelij, Si quis autem velit, poterit etiam*
*locos tractare.*

*Primus eſt de allegorica accommodatio-*
*Diues epulo eſt figura mundi, & Domino-*
*impiorum in mundo. Lazarus eſt figura*
*leſiæ. Hæc allegoria valde eſt copioſa, &*
*inet huc Pſalmus 37. Noli æmulari in*
*ignantibus.*

*Secundus, de morte impiorum, & e*
*rum infeliciſſima conditione poſt mortem, ſeu*
*æternis eorum cruciatibus.*

*Tertius de precioſa & beata morte p*
*rum, ac eorum beatiſſima conditione iuxta*
*ctum: Beati mortui, qui in Domino moriunt*
*Item, Lazarus ab angelis portatus eſt in ſin*
*Abrahæ.*

*Quartus, Quod non ſit purgatorium p*
*hanc vitam, ex quo ſit liberatio.*

*Quintus, de dicto: habent Moſen*
*Prophetas, audiant illos, cum quo dicto conſ*
*tit ſimile, Eſaiæ 18. Num pro viuis ad m*
*tuos? ad legem potius & teſtimonium, Et D*
*teron. 18. extat manifeſta prohibitio, ne ve*
*tas à mortuis quæratur: reprehendendi itaq*
*ſunt furores Papiſtarum, qui plus autorit*
*tribuunt ſpectris, quæ exiſtimant eſſe Spi-*
*ritus mortuorum, cum ſint ipſi*
*Diaboli, quam verbo*
*Dei.*

DOM

## DOMINICA SECVN-DA POST TRINITATIS,

*Euangelium, Lucæ 14.*



HOMO QVIDAM FEcit cœnam magnam, & vocauit multos, & miſit ſeruum ſuum hora cœnæ, vt diceret inuitatis: venite: menſa iam parata ſunt omnia, Et cœperunt ſimul omnes excuſare ſe. Primus dixit ei: Agrum emi, & neceſſe mihi

eſt exire, & videre illum, Rogo te: hab
me excuſatum. Et alter dixit: Iuga B
um emi quinqꝫ, & eo ad probandum
la, Rogo te, habe me excuſatum. Et a
us dixit: Vxorem duxi, & ideo veni
non poſſum. Et reuerſus ſeruus, nunci
uit hæc Domino ſuo.

Tunc iratus Paterfamilias, dixit ſ
uo ſuo: Exi cito in plateas & vicos ci
tatis, & pauperes ac debiles, & claudo
et cœcos introduc huc. Et ait ſeruus: D
mine factum eſt vt imperaſti, & adh
locus eſt. Et ait Dominus ſeruo: Exi
vias & ſepes, & compelle intrare, vt i
pleatur domus mea. Dico enim vo
quod nemo virorum illorum, qui v
cati ſunt, guſtabit cœnam meam.

*OBSERVANDA ſunt verba præce
tia textum Euangelij, Nimirum qui
ex conuiuis dixit: Beatus qui manducat panem
regno Dei, Hæc enim verba, ſicut monſtrant
caſionem huius concionis Chriſti, ita etiam
pum ſimilitudinis huius oſtendūt, videlicet, re
ri hanc ſimilitudinem Cœnæ magnæ ad regn*

*Dei, ſeu ad Articulos Symboli: Credo ſanctam Eccleſiam, Catholicam, Eccleſiæ communionem, Nam hac comparatione ſeu ſimilitudine, tum de refectione in communione Eccleſiæ per verbum & Sacramenta in hac vita, tum de gaudijs æternæ vitæ aliquoties vtitur ſcriptura, vt cogitantes de gaudijs & refectionibus conuiuiorum, cogitemus multo dulciora eſſe gaudia & refectiones conuiuij Spiritualis Eccleſiæ in communione Sanctorum, & dulciſsima futura eſſe gaudia & refectiones æternas in æterna illa ſocietate cœleſti tanquam in æterno conuiuio nuptiali Sponſi* CHRISTI, *& Sponſæ Eccleſiæ. Citentur itaque præcipua dicta, in quibus hæc ſimilitudo extat. Eſaiæ cap. 25. faciet* DOMINVS *exercituum in monte hoc omnibus populis conuiuium pinguium, Conuiuium vindemiæ, Conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ, præcipitabit mortem in æternum, & auferet* DOMINVS *omnem lachrimam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra, quia* DOMINVS *locutus eſt, & dicit. Et in illa die: Ecce* DEVS *noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos iſte* DOMINVS, *ſuſtinuimus eum, exultabimus & lætabimur in ſalutari ipſius. Matt. 22. Simile eſt regnum cœlorum*

*hominî Regi qui fecit nuptias Filio ſuo. Matthæi cap. 8. Dico vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham & Iſaac, & Iacob, in regno cælorum &c. Matthæi 26. & Lucæ 22. Amodo non bibam de hoc germine vitis vſque in illum diem, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, Matthæi 25. Venit Sponſus & virgines quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Apocalyp. cap. 19. Beati qui ad cœnam Agni vocati ſunt. In his dictis extat ea ſimilitudo, cuius tractatio ſeu explicatio dulciſſimam materiam, & dicendi & cogitandi præbet, quare concionem de Euangelio in tres locos diſtribuemus.*

*Primus locus eſt de cœna magna, & cibo & potu, aut gaudijs huius cœnæ.*

*Secundus locus eſt de inuitatoribus & illis, qui ad hanc cœnam inuitantur.*

*Tertius eſt de cauſa, cur non omnes homines fiant huius magnæ Cœnæ conuiuæ.*

DE PRIMO LOCO.

[F]ACIENS Cœnam hanc magnam eſt omnipotens & miſericors DEVS, qui miſer[ia]s generis humani deficientis & pereuntis in [ær]umnis, calamitatibus, triſticijs, anxietatibus & [ma]ledictione propter peccatum, & non inuenitis vllam refocillationem apparauit per me[ra]m miſericordiam & gratiam conuiuium ver[bi &] Sacramentorum ſuorum in hac vita & [po]ſt hanc vitam conuiuium æternorum gaudio[ru]m in aula ac regno cœleſti.

Eſt itaq; Cœna magna ipſa communicatio angelicæ conſolationis et refocillationis ac viuificationis per verbū Euangelij & Sacramenta [in] hac vita, & poſt hanc vitam communicatio [&] fruitio æternæ beatitudinis & cœleſtium gau[dio]rum cum DEO & ſanctis Angelis. Quis [aute]m in hac vita cibus & potus huius Cœnæ, id [exp]licat CHRISTVS longa concione in [cap]. 6. Iohannis, Amen, amen dico vobis, qui [cre]dit in me habet vitam æternam. Ego ſum pa[nis] vitæ, Patres veſtri manducauerunt Man[na] in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de [cœl]o deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducaue[rit,] non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pa-
ne, viuet in æternum, & panis quem ego dab
caro mea eſt, pro mundi vita. Amen, amen dic
vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hom
nis, & biberitis eius ſanguinem, non habebit
vitam in vobis, qui manducat meam carnem
& bibit meum ſanguinem, habet vitam æte
nam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo di
Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis m
us verè eſt potus &c.

Sed cur dicatur Cœna magna, ration
conſiderandæ ſunt. Non deſcribitur in hiſt
rijs maius & ſplendidius conuiuium, qua
fuit nutritio filiorum Iſrael in deſerto. Dein
quam fuit illud conuiuium, quod apparauit A
ſuerus Rex, & Dominus centum & 27. Pr
uinciarum in ciuitate Suſan, ſuis Principibus
præfectis & ſubditis: eius conuiuij admiran
magnificentia & ſplendor deſcribitur cap.
libri Eſther. Sed nulla eſt ratio comparation
inter conuiuium Aſſueri, & hanc Cœnam m
gnam.

Primo, Hæc cœna eſt vere magna,
maior eſſe non poſsit, propter magnum co
uiuatorem ſeu DOMINVM, qui
om

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

omnipotens *DEVS* & Dominus cœli & terræ.

*Secundo*, Vere magna eſt propter cibum & potum, quo etiam dignior & præſtantior eſſe non poteſt, & propter magnam & admirandam cibi & potus virtutem & efficaciam, qua vincit & ſuperat etiam ipſum Manna, quo nutriti ſunt Iſraelitæ in deſerto, per annos 40. Sicut deſcriptio in capite 6. Iohannis oſtendit.

*Tertio*, Magna eſt propter durationem, etſi enim nutritio Iſraelitarum durauit 40. annis. Item, Etſi conuiuium Aſſueri durauit menſes 6. tamen finis ſecutus eſt Sed hæc Cœna magna, ſeu conuiuium magnum nunquam finitur, ne quidem morte ipſa, ſed tunc primum eius lætitia præcipua incipit, & durat in æternum ſine fine in vita cœleſti, ſicut Chriſtus inquit, Lucæ 22. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & Iohan. cap. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

*Quarto*, Hæc eſt cœna magna, quia non tantum eſt collectio conuiuarum ex vna Iſraelitica

gente

*gente vt in deſerto, vel ex aliquot Prouincijs, ſicut Aſſuerus ex 127. Prouincijs conuiuas collegit, ſed eſt collectio totius Catholicæ Eccleſiæ & Sanctorum communio, in qua collectione conuiuali ſunt omnes credentes omnium terrarum totius orbis, & omnium ætatum ab initio mundi, vſque ad eius finem, qui omnes ſunt conuiuæ, & manent conuiuæ in æternum vnius Cœnæ magnæ habentes inter ſe communionem hanc, de qua Apoſtolus ad Epheſ. 4. dicit: Vnus corpus & vnus Spiritus, quemadmodum & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma. Vnus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia & in omnibus vobis.*

## DE SECVNDO LOCO.

INVITATORES, *qui mittuntur ad vocandum conuiuas fuerunt, & ſunt concionatores Eccleſiæ, ab initio mundi, vſque ad finem. Inuitationis autem ſermo ſeu vox eſt, vt omnes eſurientes & ſitientes veniant ad cœnam magnam, quia parata ſunt omnia. Hanc inuitationem incepit ipſe filius Dei in Paradiſo vocans Adamum & Heuam, per primam promiſſionem. Deinde miſſi ſunt Patriarchæ, Prophe-*

*æ, Baptiſta, venit deinde ipſe Filius DEI in*
*ſſumpta carne elegit Apoſtolos, quos miſit in*
*niuerſum orbem terrarum, atque ſedens ad*
*extram Patris, dat vſque ad finem mundi,*
*Apoſtolorum ſucceſſores. Omnes hi ſunt Inui-*
*tores hominum ad Cœnam magnam ſonantes*
*anc vocem Chriſti, Lucæ cap. 1. appropin-*
*uat regnum DEI pœnitentiam agite, &*
*redite Euangelio. Item, Matth. cap. 11. in-*
*uit Chriſtus: Venite ad me omnes, qui labora-*
*s & onerati eſtis, & ego refocillabo vos &c.*
*Obſeruentur autem cum ſingulari diligentia hæc*
*erba: Parata ſunt omnia, quæ etiam extant*
*Matthæi 22. in parabola de nuptijs. Hæc enim*
*erba ſignificant: Nos non poſſe nobis quid-*
*am parare noſtris viribus ad acquiſitionem ſa-*
*tis, ſed omnia quæ nobis ſunt ad ſalutem ac-*
*irendam neceſſaria, parata ſunt à Deo in pro-*
*iſsione Euangelij de Filio ipſius Ieſu Chriſto,*
*u oblatione ſui ipſius ſalutem noſtram omnino*
*perfecte conſummauit, vt non ſit opus am-*
*us aliquid ad ſalutis noſtræ perfectionem à no-*
*vel à quoquam homine parari, ſicut Paulus*
*uit ad Roma. 8. Quod impoßibile erat le-*
*, hoc DEVS præſtitit proprio Filio ſuo*
*ſſo &c. Et Actorum 15. in Synodo Apoſto-*
*u grauißime de hac doctrina diſputatum*

&

& concluſum eſt, Pauluſque eam perfecte de-
monſtrat in Epiſtola ad Galatas, & in capite 10.
ad Hebræ. vbi dicit, Vnica oblatione omnes
ſanctificatos, conſummatos eſſe à Chriſto. Et hæc
verba: Parata ſunt omnia, non tantum de tem-
pore poſt Chriſti paſſionem intelligamus, ſed de
perpetua doctrina & fide Eccleſiæ, quia paſſio
& mors Chriſti ſemel facta, perpetuo in pro-
miſſione Euangelij, vſque ab initio mundi,
vſque ad eius finem fuit, eſt & erit efficax ad
conſummationem ſalutis omnium credentium,
ſicut Apocalyp. 13. dicitur: Agnum occiſum
eſſe ab initio mundi, & ad Hebræ. 13. inquit
Paulus: Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in
ſecula.

Ideo de vna & perpetua doctrina Eccle-
ſiæ dicit Petrus, Acto. cap. 10. Huic omnes
Prophetæ teſtimonium ferunt, quod remiſſionem
peccatorum accipiant per nomen eius omnes, qui
credunt in eum, & de perpetua fide Eccleſiæ di-
cit Petrus Acto. cap. 15. Per gratiam Domini
noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmo-
dum & illi, ſcilicet patres noſtri.

Reprehendantur itaque hoc loco omnes
qui propria merita addere volunt aut addenda
eſſe docent ad conſummationem ſalutis noſtræ,
& vrgeatur contra eos hoc dictum: Parata ſunt

omnia

*mia, ac demonſtrentur illæ horribiles conſe-entiæ ex Epiſtola ad Galatas cap. 2. Quod ſi ærentes iuſtificari per Chriſtum, inuenti ſu-us & ipſi peccatores, nunquid Chriſtus pecca-miniſter eſt? abſit. Si enim quæ deſtruxi, ea rum ædifico, præuaricatorem me ipſum conſti-.. Non abijcio gratiam Dei, ſi enim per legem iuſticia. Ergo Chriſtus fruſtra mortuus eſt. cap. 3. Quicunque ex operibus legis ſunt, maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Male-ctus omnis, qui non permanſerit in omni-s, quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat Et capit. 5. In ea libertate, qua Chriſtus nos rauit ſtate, & nolite iterum iugo ſerui-s teneri. Ecce ego Paulus dico vobis, d ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil derit: teſtificor autem rurſus omni homini umcidenti ſe, quod eſt debitor vniuerſæ Le-nihil vobis cum Chriſto eſt, qui in lege iuſti-mini, gratia excidiſtis.*

H *Hic addi poterit commonefactio, cur lus tantopere inculcet & defendat exclu-m, quod gratis abſque operibus legis per iam iuſtificamur & ſaluamur, quam ex-uam exprimit Eccleſia in eadem ſen-ia per hanc locutionem, quod ſola Fi-iuſtificet & ſaluet. Sunt autem quinque gra-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

grauiſsimæ cauſæ, cur excluſiua illa ſine om
confuſione eſt retinenda.

Prima cauſa, quia Spiritus ſanctus
ſcriptura ea excluſiua vtitur, à cuius analo
non debet vlla creatura diſcedere.

Secunda cauſa, Vt Deo & filio eius
ſu Chriſto Saluatori mundi, ſuus honor inte
tribuatur iuxta dicta Iohannis 3. Sic Deus
lexit mundum. Et Romanorum 8. Quod
poſsibile erat Legi, hoc Deus præſtitit miſſo
lio ſuo, ad Galatas 3. Si per legem eſt iuſti
fruſtra Chriſtus mortuus eſt. Actorum 4. N
eſt in alio quoquam ſalus, nec eſt aliud nom
ſub cœlo datum inter homines, in quo oport
nos ſaluos fieri. De hoc itaque honore ſeu
ria, nemo hominum ſibi aut ſuis operibus
viribus quicquam arrogare debet. Sicut ad
pheſios cap. 2. expreſſe dicitur: Gratia ſal
eſtis per fidem, & non ex vobis. Dei enim
num eſt non ex operibus ne quis glorietur.
ad Romanos 3. Excluſa eſt gloriatio per
gem fidei. Item, 1. ad Corinth. cap. 1. C
ſtus factus eſt nobis &c.

Tertia cauſa, eſt vt conſcientiæ no
habeant firmam conſolationem in promiſſi
Euangelij de Chriſto. Omnis enim additi

mini

inimi operis conditione ad acquiſitionem ſalu-
is eneruat in conſcientia promißionis conſolati-
uem iuxta dictum ad Galatas cap. 5. Nihil vo-
is cum Chriſto, qui ex lege iuſtificamini, à gra-
u excidiſtis. Ideo Paulus dicit ad Romanos
ap. 3. Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam fir-
a ſit promißio omni ſemini.

Quarta cauſa, vt poßit fieri inuocatio fi- IIII.
cia filij Dei, iuxta dictum: Quicquid petieritis
nomine meo &c.

Quinta cauſa, vt retineatur diſcrimen V.
is & Euangelij, nec fiat confuſio aut commix-
, nam Excluſiua monſtrat & ſeruat hoc diſ-
nen.

DE TERTIO LOCO.

V hoc Euangelio, ſicut in multis alijs locis
onſtrat Chriſtus manifeſte, quod culpa cur
omnes homines veniant ad hanc Cœnam
gnam, vel ad communionem ſanctorum &
etatem ſalutis ac æternæ vitæ & gaudiorum,
ſit in Deo, ſed in ipſis hominibus, ſicut Io-
cap. 5. inquit Chriſtus: Vos non vultis
ire ad me, vt vitam habeatis, & Matthæi
22. dicitur: Miſit ſeruos ſuos vt vocarent
tatos ad nuptias, & nolebant venire. Item,

Kk Matth.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Matth. 23. Volui te congregare, & tu noluiſti
Commendatur itaque in hoc Euangelio, ſicut
etiam Matth. 22. bona voluntas & gratia Dei
vocantis, & inuitantis per ſuos miniſtros omnes
Iudæos & Gentes, diuites & pauperes, ſanos
& ægrotos. Imo etiam iubentis ſuis miniſtris
vt compellant intrare, hoc eſt, vt prædicando
arguendo, increpando, hortando, obſecrando
& inuitando inſtent, Sicut Paulus 1. ad Timoth.
4. ſcribit: Prædica verbum, inſta oportune, im-
portune, argue, obſecrare, exhortare omni pati-
entia et doctrina, vigila in omnibus, perfer affli-
ctionem, miniſterium tuum imple. Et ad Ti-
tum 1. requirit, vt Concionator potens ſit e
hortari doctrina ſana, & eos, qui contradicu
arguere, ſic hæc verba compelle intrare ad v
gilantiam, diligentiam, fidelitatem & ſeuerit
tem, neceſſariam in miniſterio Eccleſiaſtico
ferenda ſunt. Sed contra reprehenditur ma
tia, & impietas eorum, qui non ſolum non v
lunt venire, ſed etiam fingunt excuſationes
pocriticas, quas ab inuitatoribus deferri ad D
minum poſtulant. Hæc eſt graphica deſcrip
hypocritarum, qui ſunt tales.

Alij ſe excuſant alijs rationibus, q
ſint occupati, vel cauſis politicis, vel priu
negocijs, & officijs Oeconomicis, vt non p

*...t venire ad communionem & ſocietatem Ec-*
*...ſiæ, audientis verbum Dei, & vtentis ſacro-*
*...ctis Sacramentis Chriſti. Et has cauſas cum*
*...nta ſpecie prætexunt, vt velint etiam miniſtros*
*...angelij, qui tales excuſationes repræhendere*
*...bent, eſſe excuſationum patronos, ſicut in-*
*...it: Rogo te, habe me excuſatum, vel excu-*
*...me. Væ autem illis qui tales excuſatio-*
*... hypocriticas afferunt, ſicut in concluſione*
*...angelij dicitur: Dico vobis, quod nemo*
*...rum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam me-*
*... Et væ illis concionatoribus, qui tales hy-*
*...riticas excuſationes tanquam bonas accipi-*
*... & defendunt, ac non potius, contra eas ex-*
*...itiones inſtant arguendo, admonendo, hor-*
*...do & compellendo, iuxta dictum: Compelle*
*...trare. De talibus patronis dicitur Ezechiel*
*33. Væ vobis qui conſumitis pul-*
*uillos hominibus ſub brachijs*
*ipſorum & ceruica-*
*lia ſub capite.*

# DOMINICA TERTI

## POST TRINITATIS

*Euangelium Lucæ 15.*



ERANT AVTEM A
propinquantes ei omn
Publicani & peccatore
vt audirent illum, Et mu
murabant Phariſæi & Sc
bæ, dicentes: quia hic peccatores re
pit, & manducat cum illis. Ait aute
ad illos parabolam iſtam: dicens: Qu

ſt ex vobis homo, qui habet centum
ues, & ſi perdiderit vnam ex illis, non-
e dimittit nonaginta nouem in deſer-
o, & vadit ad illam, quæ perierat, do-
c inueniat eam? Et cum inuenerit,
ponit in humeros ſuos gaudens, Et
niens domum, conuocat amicos &
cinos, dicens illis: Congratulamini
hi, quia inueni ouem meam, quæ
rierat. Dico vobis: quod ita gaudi-
n erit in Cœlo, ſuper vno peccatore
enitentiam agente, magis quam ſu-
r nonaginta nouem iuſtis, qui non
digent pœnitentia. Aut quæ Muli-
habens drachmas decem, ſi perdide-
drachmam vnam, nonne accendit
ernam, & verrit domum, & quærit
igenter, donec eam inueniat? Et
m inuenerit, conuocat amicas & vi-
as, dicens: Congratulamini mihi,
ia inueni drachmam, quam perdide-
m. Ita dico vobis, gaudium erit co-
n Angelis Dei, ſuper vno peccatore
nitentiam agente.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

TOTVM caput 15. Lucæ ex quo hoc Eua
gelium ſumptum eſt, pertinet ad doctrina
de pœnitentia ſeu de conuerſione, & ad conſo
tionem iuratæ promiſsionis Dei, Ezechiel 33
Viuo ego dicit Dominus: Nolo mortem pecc
toris, ſed vt conuertatur & viuat, Conuertim
ni, conuertimini à vijs veſtris peſsimis, & qua
moriemini domus Iſrael: De quo dicto inſig
ter inquit Tertullianus: O beatos quorum ca
iurat Deus, O miſeros qui nec iuranti Deo c
dunt. Chriſtus explicat conſolationem eius d
ciſsimi iuramenti ſeu promiſsionis iuratæ. P
mum ipſo facto, quia omnis generis peccato
ad ipſum venientes recipit, iuxta dictum: Fi
lis ſermo eſt, & omni acceptatione dignus, qu
Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum, pecca
res ſaluos facere. Secundo ſimilitudine de Pa
re quærente vnam ouem perditam, & gaude
cum inuenit illam. Tertio ſimilitudine, de M
liere quærente perditam Drachmam, & ſimili
gaudente quando inuenit. Quarto parabola,
patre recipiente filium prodigum redeuntem
ſimiliter gaudente.

Loci Euangelij ſunt ſex.

Primus, de triplice genere peccatorum
de hoc dicto: Accedebant ad eum omnes Pu
cani & Peccatores, vt audirent illum. Luthe
ſic vertit: Allerley Zölner vñ Sünder
hetten ſich zu jm.

Sec

Secundus locus eſt de pœnitentia ſeu conuerſione.

Tertius locus eſt de immenſa miſericordia Dei erga peccatores agentes pœnitentiam. & de uniuerſali promiſsione gratiæ.

Quartus locus de officio Chriſti boni paſtoris, & de exemplo pertinente ad omnes paſtores Eccleſiæ.

Quintus locus, de ſocietate & gaudio Eccleſiæ triumphantis & militantis.

Sextus locus, Conſideratio cauſæ, cur exempla peccatorum conuerſorum in ſcriptura proponantur.

## DE PRIMO LOCO.

TRIA ſunt genera peccatorum, vel triplices ſunt peccatores, aliqui ſunt obdurati in malitia & deſperatione, ſicut Cain & Saul, & multi alij, qui ſic viuunt vt appareat ipſos plus amare peccata, & ipſam perditionem quam lucem Euangelij & vitam æternam. Scientes enim & volentes pergunt in ſceleribus, & peccatis contra conſcientiam, atque quaſi ſtudioſe currunt in infernum.

Alij ſunt hypocritæ, qualis eſt Phariſæus, apud Luc. 18. Hi confidentes ſuis operibus externis, exiſtimant ſe eſſe iuſtos, & nō opus habere

*pœnitentia. Sicut Phariſæus ille ſemetipſum iu-ſtificabat, & prorſus ſine omni agnitiõe peccato-rum, & ſine petitione remiſſionis dicebat ſuam hypocriticam gratiarum actionem, quod non eſſet ſicut cæteri homines, quod ieiunaret bis in ſepti-mana, & daret decimas de omnibus poſſeſſioni-bus.*

3. *Tertij generis ſunt peccatores, qui agunt pœnitentiam, & accedunt ad Chriſtum, ſiue an-tea fuerint obdurati, ſiue Hypocritæ, ſiue quales-cunque peccatores fuerint: ſicut hic de omnis ge-neris peccatoribus dicitur, agentibus pœniten-tiam, & accedentibus ad Chriſtum. Omnes Pu-blicani & peccatores* allerley Sünder *acce-debant ad Chriſtum, vt eum audirent, Et extant illuſtria exempla, Manaſſæ, Zachæi, Petri, Pauli, Latronis & alia. De huius generis peccatoribus inquit Chriſtus Matth. 21. Amen, amen dico vobis, Publicani & Meretrices præcedunt vos in regnum Dei, venit enim ad vos Iohannes in via iuſticiæ, & non credidiſtis ei. Publicani au-tem & Meretrices crediderunt ei. Vos autem vi-dentes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt cre-deretis ei.*

*Hic addatur admonitio ad omnes pecca-tores, vt coniungant ſe cum illis qui agentes pœ-nitentiam accedunt ad Chriſtum, ſecuti dulciſſi-mam illam vocem, Viuo ego, dicit Dominus*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Conuertimini, conuertimini à vijs veſtris peßimis, & quare moriemini domus Iſrael: Item, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos, Matth. 11: Et non ſunt ex illis, de quibus dicit Chriſtus, Iohan. 5. Vos non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Et Mat. 23. Volui te congregare & tu noluiſti. Et Iohan. 8. Vos non poteſtis audire ſermonem meum, vos ex patre Diabolo eſtis, & deſiderijs illius vultis obſequi. Ioh. 9. Si cæci eſſeis non haberetis peccatum, nunc vero quia dicitis videmus, igitur peccatum veſtrum manet.*

## DE SECVNDO LOCO.

*POENITENTIA aliquando tantum dolorem & cruciatum in conſcientia propter peccata, ſignificat, id eſt, Primam conuerſionis partem, quæ vocatur Contritio. Sed vſitate ſignificat pœnitentia totam conuerſionem peccatoris ad Deum. Eſtq; vera pœnitentia dolor de peccatis, & fides, qua credimus nobis remitti peccata per miſericordiam Dei gratis propter Ieſum Chriſtum, Quam fidem ſequuntur fructus, videlicet, inchoatio nouæ obedientiæ. Tres itaq; partes pœnitentiæ numerantur in doctrina Eccleſiæ: Contritio, Fides, & Noua obedientia. Duæ prio-*

res partes coniunguntur Marci 2. Pœnitentiam
agite & credite Euangelio. Item, Acto. 20.
Nihil omiſi eorum, inquit Paulus, quæ in rem
veſtram erant, quo minus annunciarem vobi
& docerem vos publice, & per domos teſtifi
cans Iudæis atq; gentibus in Deum pœnitentiam
& fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.
Omnes tres partes coniungit Paulus, Actor. 26.
In omni regione Iudæis & gentibus annuncia
bam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentu
ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Et
de tertia parte Baptiſta inquit Lucæ 3: facite fru
ctus dignos pœnitentiæ. Et Chriſtus Iohan. 4. &
8. Noli amplius peccare. Hoc loco declaran
dum eſt, quod ſola contritio, hoc eſt agnitio pec
catorum, & dolor de peccatis, ſentiens iram Dei
& expaueſcens, non eſt tota pœnitentia, ſeu con
uerſio ad ſalutem, ſed cum eſt ſola & manet ſo
la, ſine conſolatione fidei, tunc eſt dolor ſeu pa
uor, ſeu pœnitentia ad deſperationem & mor
tem. 2. ad Corinth. 7. Sicut fuit dolor Cain, &
dolor Iudæ, qui ſe in illo dolore per deſperatio
nem ſuſpendit: quare principalis pars, ſeu ipſa
ſic dicam forma veræ pœnitentiæ & conuerſio
nis, eſt fides appræhendens Chriſtum ſaluato
rem, & in ipſo acquieſcens, confidens de miſe
cordia & dilectione Dei, & de remiſſione pec
catorum ac donatione vitæ æternæ, propter Chri

ſtum

ſtum. Sicut autem arborem bonam ſequuntur fructus boni, ita fidem ſequitur tertia pars pœnitentiæ, videlicet Noua obedientia.

DE TERTIO LOCO.

INeffabilis eſt miſericordia Dei erga omnes peccatores agentes pœnitentiam adeo, vt nulla lingua eam ſatis prædicare & explicare poßit, Quis enim ſatis intelligere aut explicare eam immenſam ſuperabundantiam gratiæ Dei poteſt? de qua inquit Apoſtolus ad Roma. 5. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum, Vbi autem abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & Gratia regnet per iuſticiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et 1. ad Timoth. 1. Superabundauit gratia Domini noſtri fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu, certus ſermo eſt & dignus, qui omnibus modis accipiatur, quod Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, quorum primus ſum ego, ſed miſericordiam conſecutus ſum.

Hæc ſuperabundantia gratiæ Dei propter ſatisfactionem IESV CHRISTI tanta eſt vt abſorbeat omnia peccata, omnium peccatorum agentium pœnitentiam. Si enim Iudas pro-

*proditor Chriſti, Hannas, Caiphas, Herodes, Pilatus egiſſent pœnitentiam, tunc hæc ſuperabundantia gratiæ diuinæ propter Chriſtum ipſorum peccata deleuiſſet, & in profundum maris proieciſſet, non aliter quam Dauidis, Manaſſæ, Mulieris peccatricis, Latronis, Petri & Pauli peccata. Quare in hoc loco primo allegentur aliquot inſignes promißiones & ſententiæ cõſolatoriæ, Deinde addatur accommodatio exemplorum & ſimilitudinum ex Euangelio, & præcipue exemplum ſeu ſimilitudo de Filio prodigo. Reliqui loci ſunt ſatis perſpicui.*

## *DOMINICA QVARTA POST TRINITATIS*

*Euangelium Lucæ 6.*

ESTOTE ERGO MISEricordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare & non condemnabimini. Dimittite, & dimittetur vobis: Date & dabitur vobis, Menſuram bonam, confertam, &

coa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum, Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.

Dicebat autem illis ſimilitudinem, Nunquid poteſt cœcus cœcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum ſuum, perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem au=

tem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tem in proprio oculo, non conſideras?
Aut quomodo potes dicere fratri tuo,
frater, ſine, eijciam feſtucam de oculo
tuo, ipſe in oculo tuo trabem non vi-
des? Hypocrita, eijce primum trabem
de oculo tuo, & tunc perſpicies, vt eij-
cias feſtucam de oculo fratris tui.

*EVANGELIVM hoc concio eſt de bonis o-
peribus, quare initio breuiter ſumma doctri-
næ tradenda eſt de bonis operibus, quam ſæpe in
Eccleſia repeti neceſſe eſt, vt eximatur ex ani-
mis diabolica perſuaſio eorum, qui libertat
Chriſtiana per fidem in Chriſtum acquiſita, ab
utuntur ad licentiam carnis, falſo ſomniante
non eſſe neceſſe, vt Chriſtianus faciat bona ope
ra.*

*Sit itaq; primus locus concionis de Apoſtol
ca præoccupatione, quæ expreſſe & dilucide tra
ctatur toto ſexto capite ad Roma. Cogitation
Epicureorum ſunt: Si verum eſt quod vbi abun
dat peccatum, ibi abundet etiam gratia, ergo pe
cemus ſtrenuè, vt abundet gratia. Item, Si ſu
mus liberi à lege, & ſumus ſub gratia. Ergo pe
care licet. Has cogitationes Epicureorum, ſeu fa
ſorum Chriſtianorum recitat Apoſtolus, & e
grauiſsime refutat, ſicut neceſſe, eſt, vt omnib.*

tem

mporibus refutentur. Argumentum Paulinum
t, Nemo mortuus peccato, debet in peccatis vi-
vere. Omnes credentes ſeu renati ſunt mortui
eccato, Ergo nulli credentes ſeu renati debent in
eccatis viuere. Minorem probat virtute mortis
hriſti. Vetus noſter homo cum Chriſto crucifi-
us eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt non ſer-
amus vltra peccato, & accommodat ad hoc
gumentum doctrinam de Baptiſmo. Quicunq;
ptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem
tius baptizati ſumus. Conſepulti igitur ſu-
us cum illo per Baptiſmum in mortem, vt
emadmodum CHRISTVS reſurrexit à
ortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouita-
e vitæ ambulemus.

Addit etiam inſignes antitheſes: liberati
eccato ſerui facti eſtis iuſticiæ, ſicut itaque
hibuiſtis membra veſtra ſerua immunditiæ
iniquitati, ita nunc exhibete membra ve-
a ſerua iuſticiæ ad ſanctificationem. Cum
m ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſticiæ,
em igitur fructum habebatis, tunc in his,
quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum
rs, nunc autem liberati à peccato, ſerui autem
i Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctifica-
nem, finem vero vitam æternam, ſtipendia

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*enim peccati, mors, donum aut Dei vita æter[illegible]
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.*

*Hic totus locus diligenter inculcand[illegible]
eſt, & ſedulo ſed prudenter vrgendum eſt n[illegible]
men ſeruitutis, quod in hoc capite repetit Paul[illegible]
non de coactione legali, ſed ſimpliciter de deb[illegible]
nouæ obedientiæ, ſicut cap. 8. dicitur: Fratr[illegible]
Debitores ſumus non carni, vt ſecundum c[illegible]
nem viuamus. Si enim ſecundum carnem vi[illegible]
ritis, moriemini. Si autem Spiritu facta car[illegible]
mortificaueritis, viuetis. Et quod debiti hu[illegible]
ordo nequaquam tollatur aut deſtruatur in c[illegible]
uerſione per doctrinam fidei, id expreſſis ver[illegible]
declarat Chriſtus in hac concione, & omni[illegible]
alijs concionibus de bonis operibus, & man[illegible]
ſtiſsime declarabit in nouiſsimo iudicio, qua[illegible]
bona opera iuſtorum pro fidei teſtimonijs, [illegible]
mala opera impiorum pro ſignis & teſtimo[illegible]
incredulitatis allegabit, Et hæc declaratio ſæp[illegible]
Scriptura repetitur, vt ad Roma. 3. inquit P[illegible]
lus. Legem ergo deſtruimus per fidem? abſit, [illegible]
legem ſtabilimus, & ad Roma. 6. Liberati à [illegible]
cato ſerui facti eſtis Deo, ad Ephe. 2. Gratia [illegible]
uati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei [illegible]
num eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. [illegible]
us enim opus ſumus creati in CHRIS[illegible]*

Ieſu ad opera bona, quæ præparauit Deus, vt in
illis ambulemus, ad Tit. 2. Illuxit gratia Dei ſa-
lutifera omnibus hominibus: erudiens nos vt ab-
negata impietate & mundanis concupiſcentijs,
ſobriè, iuſtè & piè viuamus in præſenti ſæculo.
Lucæ 1. inquit Zacharias: Vt ſine timore de ma-
nu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus
illi: In ſanctitate & iuſticia coram ipſo, omnibus
diebus vitæ noſtræ.

Itaq; hoc loco reprehendantur illi, qui hunc ordinem debitæ nouæ obedientiæ deſtruunt: & contrà demonſtretur, hunc ordinem Dei voluntate ſancitum eſſe, vt creatura rationalis, & creatura redempta, obediat ſuo creatori et redemptori, & fide renatus ac conuerſus, faciat fructus fidei, & conuerſionis ſeu pœnitẽtiæ, ſicut hic ordo ſancitus eſt à Deo, vt bona arbor proferat bonos fructus. Itaq; de hoc ordine neceſſariò dicitur in ſententijs recitatis. Et 1. ad Theſ. 4. Hæc eſt vo luntas Dei, ſanctificatio veſtra. Contrà: Sicut eſt ordo à ſigno ad rem, vel ab effectu ad cauſam, quòd arbor non proferens bonos fructus non eſt bona arbor: Ita etiã ordo eſt, quòd homo manens in peccatis contra conſcientiam, non eſt bonus Chriſtianus fide iuſtus. In hac vita egregiè hanc controuerſiam de neceßitate nouæ obedientiæ ſeu bonorum operum dijudicat experientia propria



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*conſcientiæ cuiuſq;, in inuocatione, in qua ſi qu*
*dicit, quòd bona conſcientia non ſit opus, is pro*
*priæ conſcientiæ iudicium conſulat, & hæc dict*
*de inuocatione perpendat recta meditatione, 2. a*
*Timoth. 2. Diſcedat ab iniquitate omnis, qui in*
*uocat nomen Domini. 1. ad Timoth. 2. Suſtollen*
*tes puras manus abſq; ira & diſceptatione. 1. I*
*han. 3. Si cor noſtrum non condemnat nos, fid*
*ciam habemus erga Deum, & quicquid petien*
*mus, accipimus ab eo, quoniam præcepta eius c*
*ſtodimus, & quæ placita ſunt coram eo, facimu*
*Eſa. 51. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vo*
*& Deum veſtrum, & peccata veſtra abſcond*
*runt faciem eius à vobis, ne audiret. Semp*
*etiam in hac admonitione de noua obedientia r*
*petatur præceptum Apoſtoli ad Timoth: Mili*
*bonam militiam, retinens fidem & bonam co*
*ſcientiam, quam quidam repellentes circa fide*
*naufragium fecerunt.*

## DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS *locus eſt, quomodo noua o*
*dientia bonorum operum præſtari poßit,*
*quomodo placeat Deo. De hoc loco ſciendi*
*eſt: quod etſi humana diligentia vtcunq; po*
*regere aliquo modo diſciplinam externam, tam*
*non poteſt efficere eam obedientiam ſuis v*
*bus, quæ vocatur noua obedientia renator*

*Seu bona opera credentium, & fructus fidei, ſicut dicit Paulus ad Phil. 2. Deus operatur in nobis velle & perficere. Et Chriſtus dicit Iohan. 15. Ego ſum vitis, & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Et de Spiritu ſancto inquit Paulus ad Roman. 8. Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Item: Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba pater. Item: Spiritus adiuuat imbecillitatem noſtram. Et ad Galat. 5. Fructus Spiritus ſunt, Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, Caſtitas &c. Placet autem inchoata noua obedientia in hac vita Deo per fidem in Ieſum Chriſtum, ſicut 1. Pet. 2. ſcriptum eſt: Offerentes hoſtias ſpirituales, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.*

## DE TERTIO LOCO.

*TErtius locus eſt, quæ opera facienda ſint: Nimirum opera præcepta, ſicut ſcriptum eſt Deut: 12. Quod præcipio vobis, hoc tantum facite Domino. Diuiduntur autem ea opera præcepta in opera 1. Tabulæ, & 2. In hoc autem Euangelio exempla ex ſecunda tabula proponuntur. In hoc loco reprehendatur Papiſtica effictio ope-*

rum ſupererogationis, & electionum in ſinguli
ordinibus, de quibus ſcriptum eſt: Fruſtra co
lunt me mandatis hominum.

## DE QVARTO LOCO.

QVartus locus eſt de operibus miſericordi
erga proximum. Sciamus opera miſericordi
præcepta eſſe, nec eſſe opera indifferentia, qu
ſicut libet, facere aut omittere poſſumus. Na
in nouiſsimo die hæc opera tanquam teſtimon
fidei allegabit filius Dei Matth. 25. Et ſine m
ſericordia iudicabit eos, qui miſericordiam non
exercent per fidem. Iacobi 2. Non tantum aute
vocantur opera miſericordiæ eleemoſynæ: ſed e
am omnia alia opera, quæ ex vero affectu miſe
cordiæ ac commiſerationis oriuntur. Ideò face
miſericordiam in Prophetis vſitata phraſis eſt,
operibus charitatis, vt Zachariæ 1. Miſericor
am & miſerationes facite vnuſquiſq; cum fra
ſuo. Præcipuè autem complectitur benignitat
erga perſonas miſeras, triſtes & calamitoſas
communicatione opis, conſiliorum, conſolat
num, & aliorum officiorum, donationem eleem
ſynarum, & condonationem offenſarum, ſicut
bis duabus partibus mox ſequitur, Dimittite
dimittetur vobis: Date & dabitur vobis.
Paulus ad Epheſ. 4. hæc tria coniungit: S
inuicem benigni, miſericordes, donantes vo
inuicem, ſicut & Chriſtus donauit vobis.

*Huc itaq; allegentur ſimiles ſententiæ de his virtutibus, & miſericordiæ operibus, & inculcentur argumenta admonitionis, quæ in hoc Euangelio exprimuntur, nimirum: Primo, mandatum, Eſtote miſericordes, dimittite, date: & addatur declaratio ex cap. 18. Matthæi de dimiſſione: Non ſolùm ſepties, ſed ſeptuagies ſepties dimittendum eſſe, id eſt, quotieſcunq;. nam poſitus eſt numerus certus pro incerto: ſicut ſimilitudo de Patre cœleſti oſtendit, qui non dimittit nobis peccata ſecundum certum & annotatum numerum, ſed quotieſcunq; remiſſionem peccatorum petimus.*

*Secundò promiſſio, Matth. 5. Beati miſericordes, quia miſericordiam conſequentur, & in hoc Euangelio: Dimittite, & dimittetur vobis: Date, & dabitur vobis, menſuram bonam &c. In promiſſionum autem explicatione obſeruetur attentè analogia fidei, ne meritum remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ tribuatur noſtris operibus, nam hæc promiſſio, Remittetur vobis, item Matth. 6: Si hominibus dimiſeritis peccata eorũ, dimittet et vobis Pater veſter cœleſtis peccata veſtra, nequaquã delet excluſiuã, quòd gratis ſine operibus, per ſolam miſericordiam & gratiam Dei, propter ſolius Ieſu Chriſti ſatisfactionem & meritum, per fidem in ſanguine ipſius, accipiamus peccatorum condonationem & vitam*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*æternam: ſicut in explicatione orationis dominic ſolet prolixè monſtrari.*

*Tertio, exemplum Patris cœleſtis, in quo exercentes miſericordiam intueri debemus : mundo rara ſunt exempla miſericordiæ, & quo die plura cernuntur immiſericordiæ, quàm mi ricordiæ exempla, quæ ſi quis imitetur, tunc il qui ducitur, cũ ſuis ductoribus cadet in fouea id eſt, in condemnationem. Ideo proponit Chr ſtus exemplũ Patris cœleſtis, & Paulus ad Ep 4. exemplum Chriſti: Decet enim diſcipulos, h eſt, Chriſtianos, exemplum Chriſti & cœleſtis P tris imitari. Vtriuſq; exempli explicatio eſt v dè illuſtris, ſi fiat recta accommodatio, cuius fo mam monſtrat Chriſtus Matth. 5. Ego dico v bis, diligite inimicos veſtros, benè facite his, q oderunt vos, Orate pro perſequentibus & ca mniantibus vos, vt ſitis filij Patris veſtri, qui cœlis eſt, qui Solem ſuum facit oriri ſuper bon & malos, & pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Et L cæ 6. Si benè feceritis eis, qui vobis benè faci quæ vobis eſt gratia? Siquidem & peccatores faciunt, & ſi mutuum dederitis his, à quibus ſ ratis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & p catores fœnerantur peccatoribus, vt recipi æqualia: Veruntamen diligite inimicos veſtr benè facite & mutuum date, nihil inde ſperant*

& erit merces veſtra multa, & eritis filij altißimi, quia ipſe benignus eſt ſuper gratos & ingratos.

*Quarto*, comminationes contra immiſericordes, vt Iacob. 7. dicitur: Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui nõ facit miſericordiã. Matth. 25. Ite maledicti, eſuriui, & non dediſtis mihi edere Matt. 16. Si non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Et dictum in Euangelio: Quacunq; menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis: non ſolùm ad promißiones, ſed etiam ad comminationem pertinet, ſicut & ſimile dictum ad Galat. 6. Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet.

## DE QVINTO LOCO.

QVINTVS locus eſt de dicto: Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Sciendum eſt, quod hoc dicto non tollit Chriſtus iudicia 4. præcepti, vel iudicia officiorum, quæ ſunt res ordinatæ à Deo. In Eccleſia neceſſe eſt eſſe ordinaria iudicia, & diſciplinam Eccleſiaſticam, ſicut ſcriptum eſt Matth. 18. Et ideo claues Eccleſiæ traditæ ſunt. Et politia ſine iudicijs & pœnis inanis larua eſt. Atq; Iudæis ipſe Deus rationem iudiciorum & pœnarum præſcripſit. Et Paulus ad Rom. 3, inquit: Magiſtratum nõ fruſtrà gerere gladium:

Sic in Oeconomia neceſſe eſt eſſe iudicia patrisfa-
miliâs, vel paterna, in ſcholis ſcholaſtica &
Hunc ordinem non tollit Chriſtus in Euangelio
ſed hæc concio Chriſti propriè ad octauum præce-
ptum pertinet, nam hac concione Chriſtus proh
bet obtrectationes, delationes, ſuſpitiones & ca
lumnioſa iudicia, condemnationes, & maledict
ex prauis affectibus orta: nam charitas proxim
non ſolùm requirit, ne falſa crimina de proxim
fingantur, ſed etiam vt quantum fieri poteſt, t
gantur ipſius infirmitates & lapſus, & ipſe fid
li admonitione corrigatur, & non traducatu
ſicut monet Paulus de occultatione, 1. ad Corin
12. Quæ putamus ignobiliora membra eſſe co
poris, his honorem abundantiorem circumdamu
& quæ indecora ſunt noſtra, abundantiorem
corem habent. Et de admonitione ad Galat.
Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliq
delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, talem inſtaura
manſueto ſpiritu, conſiderans temetipſum, ne
tu tenteris. Item Chriſtus Matth. 8, Si peccau
rit in te frater, corrige eum inter te & ipſum
lum &c. Admodum inſignis admonitio cont
obtrectationes, etiamſi ſit res vera, ſed non ma
feſta, extat in Catechiſmo maiore Lutheri, in e
plicatione octaui præcepti, quæ tota admonitio
hunc locum pertinet. Sunt autem in hoc loco d
diligenter obſeruanda.

Pri

*Primum eſt, quod omnes obtrectatores*
*r calumniatores vocat Chriſtus hypocritas, pro-*
*erea quòd proprias trabes, hoc eſt, magna pecca-*
*& ſcelera in ſua conſcientia negligunt, inter*
*uæ peccata eſt ipſum peccatum obtrectationis,*
*feſtucas, hoc eſt, parua peccata et lapſus proxi-*
*orum obſeruant & exaggerant, ſicut etiam ſa-*
*entes Philoſophi dicunt: Non videri à calu-*
*niatoribus manticæ quid in tergo eſt. Hoc Epi-*
*ton tribui obtrectatoribus & calumniatori-*
*s ab ipſo Filio Dei, qui nouit, quid ſit in homi-*
*diligenter notandum eſt.*

*Secundum eſt, quod deſcribit vtilem do-*
*inam contra calumniandi & obtrectandi libi-*
*em: Eÿce prius trabem de oculo tuo, & tunc*
*ſpicies vt educas feſtucam ex oculo fratris tui.*
*ilis ſententia eſt Prouerb. 18. Iuſtus in prin-*
*o accuſator eſt ſui ipſius, poſtea inquirit ſeu*
*lorat alium. Ad hunc locum allegentur dicta*
*alumnÿs & obtrectationibus, vt Leuit. 19.*
*ſis criminator & ſuſurro in populo. Eccleſia-*
*Salomonis 7. Calumnia conturbat ſapien-*
*et frangit robur cordis eius. Eccleſiaſtici 26.*
*ribus timuit cor meum, & à quarto facies*
*metuit, delaturam ciuitatis, & collectionem*
*uli, & calumniam mendacem. Item: Eccle-*
*ici 28. Suſurro & bilinguis maledictus, mul-*

*tos commouit, & diſperſit illos de gente in ge*
*tem, Flagelli plaga liuorem facit, plaga a*
*tem linguæ comminuit oſſa. Et explicatio*
*exaggerentur deſcriptiones calumniatorum,*
*Pſalmo 16. Sepulchrum patens guttur eoru*
*Pſal. 56. Dentes eorum arma & ſagittæ, & l*
*gua eorum gladius acutus. Huc pertinet:* I
wolte lieber in Diſteln vnd Dornen l
den/denn mit falſchen Zungen ſein bel
den. *Item: Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerp*
*tes, venenum aſpidum ſub labijs eorum. In co*
*cluſione admoneantur omnes, vt à calumnijs*
*obtrectationibus abſtineant, & ne quiſquam,*
*præcipuè illi, qui in officijs ſunt, ſiue œconomic*
*ſiue politicis, ſiue Eccleſiaſticis, aures præbe*
*obtrectatoribus & calumniatoribus. Sed dict*
*Pſal. 101. conſideret: Detrahentem ſecreto pr*
*mo ſuo, hunc perdam. Exempla non tant*
*experientiæ, ſed etiam ſacræ ſcripturæ oſtendu*
*quantum damni dent calumnioſæ delatio*
*quotidianæ, cùm eis fides adhibetur. Legatur*
*ſtoria de calumnia Abſolonis contra Dauid*
*2. Reg. 15. Et ſimilia exempla, Eſdræ 4.*
*Daniel. 3. & 6. & de Suſanna,*
*Daniel. 13. Eſther 4.*

## DOMINICA QVINTA POST TRINITATIS.

*Euangelium, Lucæ 5.*



FACTVM EST AVTEM cùm turba immineret ad eũ, vt audiret verbũ Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum. Piſcatores autem deſcenderant ex illis, & lauabant retia. Aſcendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum vt à ter-

ra reduceret puſillum . Et ſedens,doc
bat de naui turbas .

Vt ceſſauit autem loqui, dixit
Simonem : Duc in altum,& laxate re
veſtra in capturam. Et reſpondens
mon,dixit illi: Præceptor,per totam n
ctem laborantes,nihil cepimus,in ver
autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc fec
ſent, concluſerunt piſcium multitu
nem copioſam. Rumpebatur autem
te eorum, & innuerunt ſocijs, qui era
in alia naui,vt venirent & adiuuarent
Et venerunt, & impleuerunt ambas
ues, ita,vt mergerentur.

Videns autem Simon Petrus, p
cidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à
Domine, quia vir peccator ſum: pau
enim circumdederat eum, & omnes
cum illo erant, ſuper captura piſciu
quam ceperant. Similiter autem &
cobum & Iohannem filios Zebedęi,
erant ſocij Simonis. Et ait ad Simon
Ieſus: Noli timere, poſthac enim ho
nes capies: Et ſubductis ad terram na
bus,& relictis nauibus,ſecuti ſunt eu

Eu

EVANGELIVM eſt hiſtoria de vocatione
Simonis Petri, & ſociorum ex fratribus, ad
officium Apoſtolicum. Et ſimul eſt inſignis
...go collectionis Eccleſiæ, per Apoſtolicum mi-
...terium in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,
...e imago Matth. 13. expreſſè allegatur à Chri-
...: Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in
...re, & ex omni piſcium genere congregan-
...ti.

Loci Euangelij ſex ſunt:

Primus locus, eſt exemplum admonens ad ...lium audiendi Euangelium.

Secundus eſt exemplum confirmans do-...nam de proprietate rerum ſeu poſſeſſionum.

Tertius eſt regula de laboribus vocatio-...: In verbo tuo laxabo rete.

Quartus eſt de timore Petri & conſola-...e Chriſti, ne timeat.

Quintus eſt de officio Apoſtolico, quòd ſit ...tura hominum.

Sextus locus eſt de obedientia Simonis Pe-... aliorum ſociorum, ac de relictione rerum.

## DE PRIMO LOCO.

INSIGNE exemplum in hoc Euangelio deſcri-...ur, quòd turba irruit in Chriſtum, vt audiret ...bum Dei, adeò vt coactus fuerit intrare na-... & ex naue docere populum. In illo exemplo

audi-

*auiditas & ſtudium audiendi verbum Dei, o ſeruandum eſt, & commendandum, & repræhe dendā eſt negligentia ac ſomnolentia horum te porum, Plurimi omnino negligunt & con mnunt verbum, & eorum, qui accedunt ad co ciones, maxima pars dormit, aut alia cogitat, o obiter, vt dici ſolet, pro longo tempore auſcult Rariſſimi ſunt tales, qui ad conciones irruu hoc eſt, qui auidè, ſtudioſè et attentè verbum D audiant.*

*Ad hunc locum allegentur ſimilia empla, vt Iohan. & Luc. 9. ſecutæ ſunt Ch ſtum turbæ auditorum, vſq; in deſertum, oblit bi & potus. Hic citentur dicta, Matt. 5. Beati eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſatu buntur. Marc. 1. Regnum cœlorum vim pati & violenti rapiunt illud. Luc. 11. Beati qui diunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Ex cetur vtilitas eruditionis verbi Dei, de qua tur ad Roman. 10: Quomodo inuocabunt, in q non credunt? quomodo credent ei, quem non dierunt? quomodo audient ſine prædicante? q modo prædicabunt, niſi mittantur? Ergo fide auditu eſt, auditus per verbum Chriſti. Et co vſitatas excuſationes de alijs operibus imped tibus, accommodetur hiſtoria Luc. 10. de ſor bus Lazari: Chriſtus intrauit in quoddam ca lum, & mulier quædam Martha nomine ex*

m in domum ſuam, eratq́ ei ſoror Maria, quæ ſe-ns ad pedes Domini audiebat verbũ eius: Mar-a autem ſatagebat circa frequens miniſterium, ſtans ante Dominum, dixit: Domine, non eſt i curæ, quod ſoror mea relinquit me ſolã mini-are? Dic ergo ei, vt me adiuuet. Et reſpondens it illi Dominus: Martha, Martha, ſollicita es turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt ne-ſarium Maria optimam partem elegit, quæ n auferetur ab ea. Hæc verba diligenti repeti-ne inculcentur: Vnum neceſſarium eſt, Maria imam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. nt officia politica et œconomica etiam pars bo- ſuo tempore, ſed temporalis & deſinens. Sed itio verbi Dei eſt optima pars, quæ non au-tur, quia adfert beatitudinem æternam, per m, iuxta dictum: Beati qui audiunt ver-i Dei, & cuſtodiunt illud. Item: Euan-um eſt potentia Dei, ad ſalutem omni cre-ti, Rom. 1. Item Iohan. 10. Oues meæ vo- meam audiunt, & ego cognoſco eas, & untur me, & ego vitam æternam do eis, & peribunt in æternum, & non rapiet eas quam de manu mea &c.

Commodè in hoc loco de principali fine um ſeu auditus dici poterit, iuxta dictum. l aliquoties repetitur; Qui habet aures ad

audiendum.

audiendum, audiat. Et in Apocalypſi capite expreſſè additur: Qui habet aurem audiat, q Spiritus dicat Eccleſijs. Sicut principalis fi oculorum eſt, vt contemplemur opera Dei creaturis: Ita principalis finis aurium eſt, vt diamus verbum Dei.

DE SECVNDO LOCO.

QVOD proprietas dominiorum vel rer vel poſſeſſionum ſit iuris diuini, id clarè cet præceptum: Non furtum facies, & pro Anabaptiſtas addenda ſunt exempla Euang ca. Eſt autem hoc exemplum illuſtre, quod Filius Dei Dominus cœli & terræ approbat p prietatem, quia aſcendens in nauem Petri, ro illum, vt eam à terro puſillùm abducat. Hæc notatio diligenter obſeruanda eſt, non tan propter Anabaptiſticam confuſionem, ſed et contra eorum tyrannidem et ſæuitiam, qui pr bitu, nulla habita ratione iuſtitiæ & æquita alios opprimunt, aut ex bonis excutiunt.

DE TERTIO LOCO.

NOtetur querela Petri, quæ eſt multorũ h num querela: Præceptor, per totã noctem borantes nihil cepimus, ſed viciſsim notentur verba: In verbo autem tuo laxabo rete, mul notetur euentus: Cùm hoc feciſſent, con

ſeo

...erunt piſcium multitudinem copioſam, Rumpe-
...atur enim rete eorum. Hæc verba: In verbo
...uo, Domine, laxabo rete, ſemper cogitemus, &
...ia inuocatione dicamus incipientes labores, ope-
...s, & officia vocationum noſtrarum: Nam ſine
...eo nulli labores ſunt proſperi & felices, ſicut
...ſal. 127. dicitur: Niſi Dominus ædificauerit
...mum, fruſtrà laborant qui ædificant eam: Niſi
...ominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat
...ui cuſtodit eam. Vanum eſt vobis ante lucem
...rgere, & ſerò cubitum ire, & manducare pa-
...m doloris, quia dabit dilectis ſuis ſomnum.
...uc pertinet vulgare dictum: Ora & labora.
...m dictum ad Coloſſ. 3. Omne quodcunque fa-
...is in verbo & opere, in nomine Domini noſtri
...u Chriſti facite, gratias agentes Deo Patri per
...m.

## DE QVARTO LOCO.

...VCÆ 1. Cùm Zacharias & Maria vident
...Angelum Domini, vterque ſenſit timorem, &
...ntur alia exempla ſimilia, ad quæ per-
...t etiam hoc exemplum de timore Petri, &
...ius timoris cauſa oſtenditur in Petri confeſ-
..., quia inquit: Homo peccator ſum. Itaque ta-
...xempla etiam ſanctiſſimorum debent obſer-
..., quia ſunt certiſſima teſtimonia, quòd in o-
...bus hominibus ſit peccatum originis, ab

*Adam & Eua propagatum, qui poſt lapſum*
*præ timore abſconderunt à Deo, ſicut expreſſè di*
*cit Adam Gene.3. Vocem tuam, Domine, auditu*
*& timui, eò, quòd nudus eſſem, & abſcondi me*
*Huius timoris reliquiæ manent in natura, in te*
*ſtimonium, quòd ſimus natura peccatores, ſicu*
*ſinguli ſentimus: Sed contra hunc timorem, &*
*contra eius cauſam, id eſt, peccatum, conſolat*
*nos Filius Dei voce Euangelij, ſicut ad Petru*
*inquit: Noli timere. Hæc conſolatio ſumma*
*Euangelij complectitur, cuius fructus eſt pax &*
*tranquillitas conſcientiæ, acquieſcentis in Deo,*
*Filio eius Ieſu Chriſto, ſicut ad diſcipulos inq*
*Chriſtus: Pax vobis. Item: Pacem meam*
*vobis. Non turbetur cor veſtrum, neq; form*
*det, Ioh.14. & ad Roman.5. ſcriptum eſt: Iuſ*
*ficati fide, pacem habemus.*

## DE QVINTO LOCO.

IN *verbis: poſthac homines capies, Item Mat*
*4. Venite poſt me, & faciam vos piſcato*
*hominum, non ſolùm eſt vocatio Petri & ſo*
*rum: ſed etiam deſcriptio officij vel miniſterij*
*poſtolici ſeu Eccleſiaſtici, nimirū, quod eſt pi*
*tura Chriſti, qua ipſe piſcatur homines ad ſocie*
*tem ſuæ Eccleſiæ Catholicæ. Ad Ephe. 4. co*
*paratur miniſterium ædificationi, cuius eſt ead*
*ſignificatio: ſed piſcaturæ imago valdè conue*

ada

ſutationem Catharorum, Nouatianorum et Anabaptiſtarum, qui imaginantur & quærunt viſibilem Eccleſiam talem in hac vita, in qua nullus hypocrita ſit. Sed ipſe Chriſtus hanc ſimilitudinem piſcaturæ exponit, Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt: ſic erit in cõſummatione ſeculi, exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus et ſtridor dentium. Huc pertinent dicta de piſcatoribus, Iere. 16. &c. Ezechiel. 47. Ecce ego mittam &c.

DE SEXTO LOCO.

DUPLEX eſt deſertio facultatum: Vna eſt hypocritica, vt Monachorũ deſertio, qui proprias facultates & hæreditates deſerunt cum duplici peccato. I. Quòd exiſtimant deſertionem ſuam eſſe meritum vitæ æternæ. II. Quòd deſerentes propria, fiunt ſacrilegi et fures eleemoſynarum, quas in ocio et luxu præripiũt pauperibus & miniſtris Euangelij. De Monachis rectè ſcribit Lombardus: Volunt eſſe humiles ſine deſpectu, pauperes ſine defectu, & diuites ſine labore.

Alia eſt deſertio non tantùm facultatum, ſed etiam parentum, amicorum, liberorum,

& vitæ propriæ, quæ fit mandato Dei in confeſ
ſione, aut vocatione. Ad hanc ſpeciem pertinet
exemplum huius Euangelij, & exemplum Abra
hæ egredientis è patria ſua. Item Moyſis. Ad
Hebræos 11. ac ſimilium iuxta dictum Luc. 14.
Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum &
matrem ſuam, & vxorem, & filios, & fratres, &
ſorores, & animam ſuam, non poteſt eſſe meu
diſcipulus. Et Matth. 9. Omnis qui reliqueri
domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, au
matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propte
nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æte
nam poſsidebit.

Ad hanc ſpeciem etiam pertinet deſe
tio, quæ fit in communicatione eleemoſynarum, a
neceſsitatem ſanctorum, Ro. 14. Nam dans ele
moſynas pauperibus, vel ſoli pauperi, vel ſoci
tati Eccleſiaſticæ vel Chriſtianæ, deſerit ea qu
dat, ſiue pauca, ſiue multa dat, iuxta dictum 2.
Corinth. 9. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in cor
ſuo, non ex triſticia aut neceſsitate. Hilare
enim datorem diligit Deus. Et ab hac quoq;
ſertione in communicatione ad neceſsitatem ſa
ctorum debet abeſſe hypocriſis, ſicut Matth. 6.
cet Chriſtus: Attendite, ne miſericordiam
ſtram faciatis coram hominibus, vt videamini
eis. Et nota eſt hiſtoria Act. 5. vbi Anan
& Sapphira grauiter puniuntur propter men

*cem hypocryſin, in communicatione bonorum, ad neceßitatem ſanctorum. Et notanda ſunt Petri verba ad Ananiam: Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri Spiritui ſancto, & fraudare de precio agri? nonne manens tibi manebat? & venundatum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? non mentitus es hominibus, ſed Deo.*

## DOMINICA SEXTA POST TRINITATIS,

*Euangelium, Matth. 5.*





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

NISI ABVNDAVERIT
iuſticia veſtra plus quam
Scribarũ & Phariſæorum
non intrabitis in regnum
cœlorum.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis:
Non occides, qui autem occiderit, reus
erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia
omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit
iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo
racha, reus erit concilio. Qui autem di-
xerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Si ergo offers munus tuum ad al-
tare, & ibi recordatus fueris, quia frater
tuus habet aliquid aduerſum te, relinque
ibi munus tuum ante altare, & vade
prius reconciliare fratri tuo, & tunc ve-
niens offeras munus tuum.

Eſto conſentiens aduerſario tuo
citò, dum es in via cum eo, ne fortè tra-
dat te aduerſarius Iudici, & Iudex trad-
te miniſtro, & in carcerem mittaris.
Amen dico tibi, non exibis inde, donec
reddas nouiſsimum quadrantem.

*Euang*

EVANGELIVM duas inſignes & vtiles doctrinas proponit.

Prima eſt de diſcrimine iuſticiæ Phariſaicæ & iuſticiæ fidei, quæ doctrina pertinet ad locum cōmunem de diſcrimine Legis & Euangelij, & continet caput ac cardinem controuerſiæ, quæ eſt inter Eccleſiam verā et Papiſtas, & quæ ſemper fuit inter veros doctores Eccleſiæ & Pſeudoprophetas ac Pſeudoapoſtolos falſosq́ doctores.

Secunda doctrina eſt de bonis operibus. Proponuntur enim in hoc Euangelio quædam illuſtria exempla, quæ oſtendunt veram interpretationem & ſenſum legis de bonis operibus.

## DE PRIMA DOCTRINA.

SVMMA primæ doctrinæ conſiſtit in verbis Apoſtoli ad Rom. 9. & 10. Gentes quæ non ſectabantur iuſticiam, appræhenderunt iuſticiam, iuſticiam autem, quæ ex fide eſt. Iſrael verò ſectando legem iuſticiæ in legem iuſticiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. Impegerunt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce ponam in Zion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & omnis, qui credit in eum, non confundetur. Ignorantes enim iuſticiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſticiæ Dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legis Chriſtus ad ſalutem omni credenti.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Hæc eſt ſumma doctrinæ, quam Chriſtu
in hoc Euangelio proponit, de iuſticia, inquiens
Dico vobis: Niſi abundauerit iuſticia veſtr
plus quàm Scribarũ & Phariſæorum, id eſt, Niſ
habueritis meliorem iuſticiam, non intrabitis i
regnum cælorum. Repræhẽdit enim Chriſtus, fa
ſam opinionem & perſuaſionem Phariſæorum
Scribarum, qui tunc temporis docebant, ſicu
nunc Monachi docent, iuſticiam coram Deo con
ſiſtere in externa hypocriſi operum, ſicut Phar
ſæus Luc. 18. iuſtificat ſemetipſum hypocritic
gloriatione duplicis ieiunij in ſeptimana, ſolu
tionis decimarum, ac quia non eſſet ſimilis Publi
cano. Talem perſuaſionem reprahendit Chri
ſtus in hoc Euangelio, & docet eam perſuaſione
omnibus temporibus eſſe repræhendendam, qu
niſi habuerimus aliam iuſticiam meliorem &
perabundantiorem, quàm eſt omnium noſtroru
operum iuſticia, tunc in æternum non intrabim
in regnum cælorum, ſicut Dauid dicit Pſal. 14
& Paulus ex Dauide citat ad Rom. 3. Ex op
ribus legis non iuſtificatur omnis caro cora
Deo.

Cogitemus itaq; optimum & veriſſim
interpretem huius Euangelij eſſe Apoſtol
Paulum, qui proprio exemplo doctrinam huiu
Euangelij, eiusq; accommodationem ad ſingu
docet, & illuſtrat, & ſimul monſtrat, quænam

la iuſticia melior & ſuperabundantior, quam ubere debent illi, qui cupiunt intrare in regnum lorum, ad Philip. 3. Si quis alius videtur con- dere in carne, ego magis. Circumciſus octauo die, genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræus Hæbræis, ſecundum legem Phariſæus, ſecun- m æmulationem perſequens Eccleſiam, ſecun- m iuſticiam, quæ in lege eſt, verſatus ſine cri- ine: ſed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus m propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen iſtimo omnia detrimentum eſſe propter emi- ntem cognitionem Ieſu Chriſti Domini mei, opter quem omnium iacturam feci & arbitror ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, vt inueniar illo, non habens meam iuſticiam, quæ ex lege , ſed illam ex fide Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſti- per fidem, ad cognoſcendum illum, & virtu- m reſurrectionis eius, & ſocietatem paßionum us.

Hac expoſitione Apoſtolica huius Euan- lij, cuius autor eſt ipſe Spiritus ſanctus, ſimus tenti, & coniungamus meditationem exem- rum Luc. 18. vbi Phariſæus cum gloriatione propria iuſticia reijcitur, ſed Publicanus quæ- s & appræhendens iuſticiam fidei, quæ eſt re- ßio peccatorum, propter Chriſtum, recipitur, & ificatus deſcendit in domum ſuam. Sed quæ ſa eſt, quare iuſticia Phariſaica reijcitur?



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Ad huius cauſæ explicationem pertin
conſideratio, quòd lex non tantùm requirit iuſti
ciam externorum operum, ſed requirit integra
& perfectam iuſticiam, hoc eſt, obedientiam &
conformitatem cum lege Dei, in tota natura, &
in omnibus viribus interioribus & exterioribu
ſine omni macula originali vel actuali. Tale
autem iuſticiam nemo hominum præſtat nec pr
ſtare poteſt, ſicut Paulus omnium hominum n
mine conqueritur, ad Rom. 7. Lex ſpiritualis e
ego autem carnalis ſum, venundatus ſub pecc
to. Ideo nemo hominum poteſt gloriari cora
Deo ſuam iuſticiam ſecundum legem eſſe perf
ctam: ſed fateri cogitur ſuorum operum iuſticia
in conſpectu Dei eſſe quaſi pannum menſtruat
& ſtercus, Philip. 3. Et ſe cum ſua iuſticia Ph
riſaica maledictioni eſſe obnoxium, ſicut ad G
latas 3. ſcriptum eſt: Quicunq; ex operibus leg
ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: M
ledictus omnis, qui non permanſerit in omnibu
quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. E
Pſal. 143. Non intres in iudicium cum ſeru
tuo, quia non iuſtificatur in conſpectu tuo omn
viuens.

Hanc cauſam explicat Chriſtus claris &
dilucidis exemplis, ex ipſa legis interpretation
ſumptis. Dictum eſt antiquis, hoc eſt, Phariſ



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſic expoſuerunt vobis legem, quòd tantùm exter-
na opera requirant, & damnent externa peccata,
ſeu externas actiones malas, ſicut Iuriſconſulti
leges Ciuiles interpretantur, ita ipſi docuerunt, &
docent homicidas, qui alios occidunt, damnari le-
ge: Non occides. Eos autem, qui facto non perpe-
trauerunt homicidiũ, non damnari lege. Sed ego
dico vobis, legem violari etiam ipſis affectibus,
geſtibus & voce, ſicut teſtantur hæc exempla: Si
quis iraſcitur fratri. Item, ſi quis dicit Racha, aut
fatue, ille reus eſt. Item: Si quis videt mulierem
ad concupiſcendum, is mœchatus eſt in corde ſuo.
Quòd ipſa ἀνομία peccati originalis eſt contraria
legi, & damnatur à lege. Similes loci occurrunt
ſæpe in ſcriptura; vt Iohannes in Canonica dicit:
Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt &c. Quare 1. Joh: 3.
tali examine legis diſcamus, quòd etiam ipſa
lex rectè intellecta teſtificatur, per legem nemi-
nem iuſtificari poſſe coram Deo, ſed quærendam
alia aliam iuſticiam fidei in Chriſto Ieſu, quæ eſt
remiſſio peccatorum propter obedientiam & ſa-
tisfactionem Chriſti, ſeu eſt imputatio iuſticiæ, ad
Rom. 4. Luc. 18. Domine, propitius eſto mihi pec-
catori. Sic expreſſè dicitur ad Rom. 8. Scimus,
quoniam quæcunq; lex loquitur, his qui in lege
ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus
fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis
non iuſtificatur omnis caro coram illo: per legem

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

enim agnitio peccati eſt, Nunc autem ſine l
iuſticia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege
Prophetis: Iuſticia autem Dei per fidem I
Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt
eum. Item ad Galat. 3. Si data eſſet lex, q
poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſticia,
concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt p
miſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentib
Itaq; lex pædagogus fuit in Chriſtum, vt ex
iuſtificaremur.

Sicut autem Chriſtus hanc doctrinam
ponit Iudæis, Phariſæis & Scribis: ita nos
Papiſtis opponere debemus, retinentes firm
hanc concluſionem Chriſti continentem caput
putationis: Niſi abundauerit iuſticia veſ
plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non
trabitis in regnum Dei. Repetantur hoc
cauſæ, cur retinenda ſit excluſiua in doctrin
iuſtificatione fidei, videlicet, gratis, ſine oper
ſola fide &c. ex Euangelio ſecundæ Domi
Trinitatis. Dicatur etiam breuiter, cur iuſ
fidei ſit melior & ſuperabundantior quàm
riſaica.

Primò, Iuſticia Phariſaica eſt imp
cta coram Deo, & eſt quaſi pannus menſtru
ſed iuſticia fidei eſt perfecta & conſum
obedientia Filij Dei, Domini noſtri Ieſu Ch
qua omnes ſancti conſummantur ad perfe

*miſſionem peccatorum & æternam redemptio-n, ad Rom. 5. ad Hebræ. 10.*

*Secundò, Iuſticia Phariſaica non poteſt ...ere vnum peccatum coram Deo, ſed iuſticia ...i in Chriſto Ieſu delet & aufert omnia pecca-noſtra, quia credens accipit remiſſionem omni-peccatorum per mortem & ſatisfactionem Chriſti, qui eſt propitiatio pro peccatis no-s, & non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro to-mundi.*

*Tertiò, Iuſticia Phariſaica non facit pa-...m conſcientiam, ſed relinquit perpetuam du-tionem & inquietudinem: ſed iuſticia fidei ...hriſto Ieſu efficit tranquillam & pacatam ...ſcientiam, acquieſcentem in peccatorum re-...ione ſicut ad Rom. 5. dicitur: Iuſtificati fide, ...m habemus erga Deum. Item: Ideo ex fide ...is, vt firma ſit promiſſio omni credenti. Da-enim in iuſtificatione fidei Spiritus ſanctus ...bo & pignus hæreditatis noſtræ, teſtificans ...itui noſtro, quòd ſimus in gratia, & clamans ...bis Abba Pater, Rom. 8.*

## ...DE SECVNDA DOCTRINA.

...ECVNDA *doctrina Euangelij eſt de bonis ...eribus, quæ ſunt fructus fidei iuſtificantis. ...onuntur autem in hoc Euangelio exempla neceſſa-*

neceſſariarum virtutum ad Chriſtianam conue-
ſationem in hac vita.

Et primo docet Chriſtus vitandam e
iram, quia ira veriſsimè eſt furor, multorum m
lorum cauſa, ſicut dicitur: Ira viri non facit qu
bonum eſt coram Deo. Huc pertinent multa
cta & exempla & quotidiana experientia. Co
temus autem, cùm tantum ſit peccatum iraſci fr
tri, & per iram dicere Racha, aut fatue, ad fr
trem, quantopere condemnationi ſe obnoxios
ciant, qui irati multo magis peccant maledictio
bus, diris execrationibus, calumnijs & violent
Hoc verò loco dicatur de exceptione zeli ve
ſicut fuit ira Moſis, cùm fregit tabulas. Ira P
nees, cùm ſcortatores interfecit. Ira Chriſti, M
ci 3. &c. Et qualis eſt ira boni Magiſtratus
patrisfamilias, & cuiuslibet Chriſtiani erga
tia & ſcandala.

NB. In fundamentali glossa legit, πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ. TEMERE.

Secundò tradit Chriſtus doctrinam
mutua reconciliatione & cõdonatione. Cùm en
hæc vita non tranſigatur ſine offenſionibus, p
pter humanas imbecillitates, ideo hæc doctr
admodum eſt vtilis & neceſſaria. Qui ali
læſit, debet petere reconciliationem, nec debet t
dare. quia non poteſt cum bona conſcientia off
re ſacrificium ſuum, hoc eſt, non poteſt orare,
cultum Deo præſtare, donec in illa mala volun
te lædendi alium perſeuerat. Viciſsim aute

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

...i læſus eſt, cùm rogatur, non debet eſſe durus,
...l facilis ad condonandum, donec eſt in via
...ius vitæ, cum fratre ſuo, vt et ipſe poßit dicere
...tionem: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &
... dimittimus debitoribus noſtris: & ne propter
...itiam cordis ſui oret contra ſemetipſum, hoc
..., maledicat ſibiipſi in oratione, Amplificetur
...em contra illos, qui ſolent dicere, ſe nolle re-
...tere, donec guttam calidi ſanguinis habeant,
... grauißimum præceptum Chriſti cum horri-
... comminatione: Eſto conſentiens aduerſario
..., donec es cum illo in via, ne tradat te aduer-
...us tuus iudici, & iudex tradat te miniſtro, &
...n carcerem mittaris. Amen dico tibi, non
exibis, donec reddas nouißimum qua-
drantem, hoc eſt, nunquam
exibis.

## DOMINICA SEPTI... A POST TRINITATIS, EVANGELIVM, Marc. 8.

IN DIEBVS ILLIS, Cùm turba admodũ mul- ta eſſet, nec haberet quod manducaret, vocatis ad ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]



ſe Ieſus diſcipulis ſuis, ait illis: Miſero
ſuper turbam, quia ecce iam triduo
nent apud me, & non habent, qu
manducent, & ſi dimiſero eos ieiu
in domum ſuam, deficient in via. Q
dam enim ex eis de longe venernat.
reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vnde iſ
quis poterit hic ſaturare? Et interro
uit eos, quot panes habetis? Illi aut
dixerunt: Septem. Et præcepit tur
diſcumbere ſuper terram. Et accipi
ſeptem panes, gratias agens, fregit,

dib

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

fregit, deditq; diſcipulis ſuis vt appone-
rent, & appoſuerunt turbæ. Et habebant
piſciculos paucos, & benedicens, iuſsit
apponi & hos. Manducauerunt autem,
& ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt, quod ſu-
pererat de fragmentis, ſeptem ſportas.
Erant autem, qui manducauerant, quaſi
quatuor milia, & dimiſit eos.

*DVO Euangelia ſimilium miraculorum, videlicet de quinque panibus & duobus piſcibus, quibus ſaturati quinquies mille viri, & remanſerunt reliquiarum cophini 12. Iohan. 6. & de ſeptem panibus ac paucis piſciculis, quibus viri quater mille ſunt ſaturati, & de reliquijs 7. ſportæ impletæ ſunt, diuerſis temporibus in Eccleſia proponuntur: vnum tempore germinationis, alterum tempore meſsis, vt vtroq; tempore admoneatur Eccleſia, quòd alimenta noſtra ſint benedictiones & dona Dei. Ideoq; ſunt exhortationes ad inuocationem, vt Deus aperiat manum ſuam, & impleat nos benedictione ſua, detq; nobis panem quotidianum noſtrum, & ad gratiarum actionom, & pium vſum illorum donorum cum gratiarum actione, ſicut Paulus docet 1. ad Timoth. 4. Cibos à Deo creatos ad percipiendum cum gratiarum actione. Etſi*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*itaq; Dominica Lætare ſunt præcipui loci horu*
*miraculorum tractati : tamen nunc quædam rep*
*tam, & explicabo prolixius.*

*Primus locus Euangelij eſt conſiderat*
*cauſæ, cur Chriſtus tantam copiam auditorum ſ*
*cum in locum deſertum educat, vbi nullus eſt c*
*bus.*

*Secundus eſt conſolatio contra cur*
*huius vitæ, pertinens ad dictum : Quærite pr*
*mum regnum Dei, & iuſticiam eius, & cæte*
*adijcientur vobis.*

*Tertius eſt doctrina de pio vſu donoru*
*Dei, cum inuocatione & gratiarum actione, q*
*ſimul complectitur conſeruationem reliquiaru*

*Quartus eſt generalis doctrina de mi*
*culis.*

DE PRIMO LOCO.

S*æpe cogitat mens humana : Si Deus Ecc*
*ſiam diligit, ſicut pater liberos, aut paſtor o*
*ſuas, Cur nō quotidie educit pios ad plena paſc*
*hoc eſt, cur non abundè dat bona corporalia ?*
*cur educit Chriſtianos in deſertum, vt ibi e*
*riant & egeant ? ſicut populum Iſraeliticum*
*Ægypto in deſertum eduxit, vbi neq; cibus*
*potus erat, neq; alia neceſſaria, & ſicut hos au*
*tores, item illos Iohan. 6. in deſertum edu*
*vbi omnium rerum fuit penuria, adeò, vt hic*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

at Chriſtus: Si dimiſero eos ieiunos in domum
uam, deficient in via. Significat autem deſer-
um quamlibet penuriam rerum corporalium,
ua Eccleſia ſeu pij in hac vita affliguntur. His
gitationibus opponenda eſt meditatio conſilij
uini, quod expreſſè declarat Moſes Deu. 8. Re-
rdaberis cuncti itineris, per quod adduxit te
ominus Deus tuus 40. annis per deſertum,
t affligeret te atq; tentaret, & nota eſſent, quæ
animo tuo verſabantur, vtrum cuſtodires
andata illius, an non? Afflixit te penuria, &
dit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu &
tres tui, vt oſtenderet tibi, quòd non in ſolo pa-
viuat homo, ſed in omni verbo, quod egreditur
ore Domini: & poſtquam afflixit & probauit
ad extremum miſertus eſt tui, ne diceres in
de tuo: Fortitudo & robur manus meæ hæc
bi omnia præſtiterunt: ſed recorderis Domini
i tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt imple-
pactum ſuum ſuper quo iurauit patribus tuis,
t præſens dies indicat, & vt cùm comederis,
ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo
terra optima, quam dedit tibi.

P Primùm itaq; ſciamus hanc eductionem
leſiæ in deſertum, hoc eſt, crucem penuriæ ſeu
piæ ideo imponi pijs, vt cogitemus in regno
ſeu Eccleſia principaliter quærendum eſſe



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

cibum cœleſtem, & vitæ æternæ, de quo dicitu
in Moſe, quòd homo viuat in verbo Dei, & P
trus ad Chriſtum dicit: Verba vitæ æternæ h
bes: & de eo cibo concionatur Chriſtus Iohan. 6
Operamini non cibum qui perit, ſed qui perm
net in vitam æternam, quem Filius hominis d
bit vobis: & per totum Caput. Hic enim c
bus cœleſtis, quem omnes credentes audient
Chriſtum & eius verbum tam habent in deſe
to, quàm in ciuitate, dat & conſeruat vitam
etiam cùm omnes cibi corporales deficiunt, qu
etiam morientibus, nec amplius cibis corpora
bus vtentibus dat vitam æternam,

2. Secundò ſciamus, quòd talia exempla cr
cis admonent, vt cogitemus, quòd neq; corpora
vita, ab alimentis aut alijs rebus corporalib
principaliter pendeat, alioqui enim diues nu
quam moreretur, quia nunquam ei deſunt a
menta nutritionis, aut remedia medicationis,
moritur etiam diues, moritur Cæſar, moritur R
moritur Coquus & Medicus Cæſaris, etſi illi
bent theſauros, plenum penu, plenam culinam
plenam Apothecam omnium remediorum,
Luc, 12. Diues, qui ampliatis horreis, coll
fructus, & veſperi dicit ad animam ſuam: A
ma, habes multa bona repoſita in annos plurim
requieſce, comede, bibe, lætare, eadem tamen

Ete

*ſte moritur. Et Luc. 16. moritur diues Epulo. Eſtq́; mundus plenus exemplis, quæ docent vitam noſtram non eſſe poſitam in abundantia rerum corporalium, Luc. 12. ſed poſitam eſſe vitam noſtram in voluntate Dei, qui eſt vita noſtra & longitudo dierum noſtrorum, Deut. 30. Conſeruat enim Deus nobis vitam, quàm diu ipſe vult, ſiue in vrbe ſuo, ſiue in deſerto, vbi eſt omnium rerum penuria, ſicut conſeruauit Iſraelitas in deſerto 40. annis. Hæc meditatio admonere nos debet, vt neq; in maxima copia omittamus orationem ſeu petitionem panis quotidiani, neq; in maxima penuria deſperantes eam petitionem omittamus: ſed ſemper cogitemus nos in deſerto eſſe, vbi ſi Deus claudat ſuum penu, ſit nobis fame pereundum, etiamſi omnia abundent. Et ſi ipſe aperiat ſuum penu, ſatis habeamus, etiamſi omnia deficiant, ſicut Pſal. 104. dicitur: Dante te colligent, & aperiente te manum tuam, omnia replebuntur bonitate: auertente te autem faciem tuam, turbabuntur. Solet recitari hiſtoria de quodam nobile diuite, qui cùm eſſet ...us, vnà cum vxore & liberis, ſemper ſolitus ... dicere precationem ad menſam: Riſit autem ...um ſeruus: Id cùm ſemel videret vxor, indi...uit marito: Qui obſeruans ſerui geſtus inter ...ndum, videt illum ridere: Interrogat ſerio, ...r rideat? Reſpondet ſeruus: Quid ni rideam?*

*quia vos oratis ſicut ciues, nec cogitatis vobi*
*non opus eſſe oratione, cùm ruſtici veſtri cogan*
*tur omnia apportare. Talia ſunt multorum iudi*
*cia, ſed ſunt impijßima & prophana, ideo ſunt re*
*præhendenda hoc loco.*

*Tertiò. Itaq; ſciamus, quòd hæc exempl*
*admonent, vt ſemper cogitemus omnia bona, qui*
*bus fruimur, eſſe Dei dona, ſicut in Oratione Do*
*minica dicimus: Panem noſtrum quotidianum d*
*nobis hodie. Laborare debemus ſinguli in vo*
*cationibus noſtris, faciendo quæcunq; Deus præ*
*cepit nobis, & quæ inuenit manus noſtra. Se*
*non debemus gloriari, quòd noſtris laboribus, ſin*
*Deo, nos & familias noſtras alere poßimu*
*Non dicamus, ſicut Nebuchadnezar rex, qu*
*ambulans in aula Babylonica, dixit: Nonne ha*
*eſt Babylon ciuitas magna, quam EGO ædific*
*ui in domum regni, in robore fortitudinis MEÆ*
*& mox in brutum mutatus eſt ad annos 7. A*
*ſicut Aiax proficiſcens ad bellum, dicebat: tim*
*dis opus eſſe auxilio Dei, ſe ſine Deo poſſe vinc*
*re: & ob hanc impiam vocem ſimiliter punit*
*eſt amentia, vt inquit Sophocles: Sic nos non a*
*camus de donis Dei: ſed in illis agnoſcamus D*
*bonitatem, quantuſcunq; noſter fuit labor, & a*
*ligentia, ſicut Deut. 8. dicitur: Dominus miſe*
*tus eſt tui, ne diceres in corde tuo: Fortitudo m*

& robur manus meæ hæc mihi omnia præſtiterunt: ſed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit. Item, vt cùm comederis, & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi. Exemplum conſideremus in agricultura: Agricola debet facere laborem ordinatum, iuxta præceptum de laboribus vocationum: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Sed cum labore debet coniungere inuocationem, ſicut dicitur Pſal. 37. Subditus eſto Deo, & ora eum: quia cognoſcere debet, laborem ſuum eſſe inanem ſine Dei benedictione, quemadmodum Pſal. 127. dicitur: Niſi Dominus ædificauerit Domum, fruſtrà laborant, qui ædificant eam, Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, & ſerò cubitum ire, & manducare panem doloris. Cùm itaq; ſegetes metit, & eis fruitur, tunc non de ſuo labore gloriari contra Dominum debet, ſed de Dei benedictione debet gloriari, & pro ea, & tunc & in omni fruitione gratias Deo agere debet, ſicut Paulus dicit: Cibos cum gratiarum actione percipiendos eſſe, 1. ad Timoth. 4.

Hoc loco commendetur Chriſtianorum conſuetudo, quod accedentes ad menſam, & ra diſcedentes, dicunt precationes: Hanc conſuetudinem etiam Dominus & Magiſter noſter Filius Dei Ieſus Chriſtus obſeruauit. Cuius actio



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

noſtra eſt inſtructio. Quotieſcunq; enim accep
panem in manus ſuas, benedixit, & Cœna facta
hymnum cum diſcipulis dixit, Matth. 25. Dic
tur etiam de virtute & effectu eius inuocationi
ſicut in Euangelio Dominicæ Lætare eſt annot
tum. Et repræhendantur Epicuræi, qui ſine in
uocatione accedunt ad menſam, & inde recedun
hoc eſt, fruuntur Dei donis, ſicut ſues vel ſic
equus & mulus, in quibus non eſt intellectus.

## DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS locus continet inſignem conſo
tionem, quòd Chriſtus curam agat eorum, q
ipſum ſequuntur, vt audiant verbum ei
Nam etiam adhuc tacente turba auditorum, ip
Chriſtus querelam ipſorum de fame ſua miſe
cordia anteuertit, iuxta dictum: Antequam c
ment, audiam eos, inquiens: Miſereor ſuper t
bam, quia ecce triduo ſuſtinent me, nec habe
quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos in
mum ſuam, deficient in via. Hæc conſolatio
exemplum concionis Chriſti Matth. 6. quæ pro
nitur & explicatur 15. Dominica Trinitat
Sunt in ea concione hæc notabilia verba: No
ſolliciti eſſe, ſcit enim Pater veſter, quia his om
bus indigetis. Quærite ergo primùm regnum
& iuſticiam eius, & omnia adijcientur vob
Sicut pater ſcit, quibus indigent liberi ipſ

Id

deoq; ſine cura & ſollicitudine liberorum dat s, & quaſi adijcit neceſſaria: Ita Deus nouit, ibus nos indigeamus, & quærentibus nobis us regnum & iuſticiam eius, vt ſimus filij ſius, neceſſaria benignè adijcit. Hæc conſola- o amplificetur dulciſſima voce: Miſereor ſuper rbam. In græco textu eſt valde Emphaticum erbum, σπλαγχνίζομαι, quod ſignificat ve- mentem commotionem pectoris, & illius com- otionis ſenſum in miſericordia, commiſeratione, lore, & affectibus ſimilibus, nam σπλάγχνα ocantur viſcera maiora pectoris, vt ſunt cor, lmo: & hanc ſignificationem huius vocis ex- ſſit Zacharias in ſuo cantico Luc. 1. vbi de- ibit ingentem & non ſimulatam miſericor- m Dei remittentis peccata, & inquit: Per ſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſi- uit nos oriens ex alto. Sicut itaq; pater cogi- s de fame & indigentia filij dilecti, ſentit mi- icordiæ affectionem per tota viſcera: ita Chri- s etiam dicit, ſe in viſceribus ſuis ſentire hunc ſum miſericordiæ ſuper turbam eſurientem & igentem.

De hac itaq; conſolatione quæ eſt in hac ce σπλαγχνίζομαι, ſemper cogitemus in o- i ſenſu calamitatum noſtrarum, & in inuoca- ne noſtra ſcientes Filium Dei, vt ad Heb. 5. ptum eſt, ſedentem ad dextram Patris, idem

de nobis in qualibet calamitate conſtitutis dicere
σπλαγχνίζομαι ſuper iſtos, quia tentātur à Di
bolo, ſunt in anguſtijs ſpiritualibus, terrentur pec
catis: Item non habent quod manducent, non h
bēt veſtes, hac aut illa calamitate premūtur &
Hanc conſolationem monſtrat dictum ad Heb.
Non habemus Pontificem, qui non poßit aff
ſenſu calamitatum noſtrarum, ſed tentatum p
omnia, iuxta ſimilitudinem, abſq; peccato. Acc
damus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ,
miſericordiam conſequamur, & gratiam inueni
mus ad opportunum auxilium. Hæc conſolat
illuſtretur ſimilibus dictis de cura Dei, & Fi
eius Ieſu Chriſti pro Eccleſia, & omnibus ac ſi
gulis pijs. Item exemplis, quæ cum exemp
Euangelij huius conueniunt, & ea exempla vn
cum dictis ſcripturæ opponantur cogitationib
humanæ rationis, quæ ſemper in calamitatib
impoßibilia colligit, ſicut diſcipuli in hoc Eua
gelio dicunt: Vnde iſtos quis hic ſaturare pote
in ſolitudine? Et Iohan. 6. inquit Philippus
ratione Arithmetica: Ducentorum denarioru
panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſq; modicu
quid accipiat. Item Andreas: Eſt puer hic, q
habet quinq; panes hordeaceos, & duos piſces: ſ
quid hæc inter tot? Talibus cogitationibus r
tionis ſeu carnis noſtræ debemus opponere di
conſolatoria vnà cum exemplis, quæ doce

Dei miſericordiam & bonitatem non eſſe alliga-
tam ad regulas Phyſicas, ſeu Arithmeticas com-
putationes, ſed eſſe immenſam & infinitam, &
imperſcrutabilem, ſicut eius omnipotentia eſt im-
menſa & infinita & imperſcrutabilis: Affici-
tur Chriſtus ſenſu calamitatum huius turbæ eſu-
rientis & indigentis, & de ſeptem panibus &
paucis piſciculis eos paſcit, vt ſuperſint pleni co-
phini ſeptem.

Simile exemplum eſt Iohan. 6. Sic ſenſu
calamitatis Eliæ afficitur, & præcipit coruis, vt
eum paſcant, 3. Reg. 17. & auget farinam &
oleum Sareptanæ viduæ, vt inde paſcatur ipſa,
domus eius, & Elias, capite eodem, & 3. Re-
gum 19. mittit ei per Angelũ panem & aquam,
itaq; tantam virtutem, vt in robore cibi eius
ambulet 40. dies & noctes. Sic 4. Reg 4. affi-
citur ſenſu calamitatis pauperis viduæ, cui mo-
leſti erant creditores, & de pauxillo olei multa
vaſa implet, vt creditoribus ſatisfaciat, & de re-
liquo viuat: Et capite eodem per Eliſæum cibat
centum viros de paucis panibus, vbi notanda
ſunt verba Eliſæ: Cùm enim diceret miniſter
eius, quantum eſt hoc, vt apponam coram centum
viris? Reſpondet ei Eliſæus: Da populo vt co-
medat, Hæc enim dicit Dominus: Comedent, &
ſupererit. Notentur, inquam, hæc verba: Hæc
dicit Dominus, Comedent, & ſupererit. Se-

quitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*quitur enim: Poſuit itaq; coram eis, qui comm*
*derunt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini. D*
*niel. 4. cùm Daniel in Babylone coniectus e*
*in lacum leonum, afficitur ſenſu calamitat*
*ipſius, & non tantùm obſtruit ora leonibus,*
*etiam mittit Angelum, qui Habacuc ferent*
*cibum meſſoribus è Iudæa in Babylonem ve*
*vt cibũ adferat Danieli eſuriẽti inter leones &*

## DE TERTIO LOCO.

TERTII *loci explicatio repetatur in Euan*
*lio Dominicæ Lætare.*

## DE QVARTO LOCO.

QVARTVS *locus. Sæpe repetenda eſt*
*monitio, quòd Deus patefecit ſe generi*
*mano certo verbo. quod in ſcriptura Prophe*
*& Apoſtolica per Spiritum ſanctum deſcrip*
*eſt, & miſsiõe vnigeniti Filij ſui in carnem, in*
*verbũ confirmaũ. Quare ſciendum eſt, quòd v*
*bũ reuelatũ ſit certiſsima regula & norma om*
*doctrinæ de Deo, de cognitiõe Dei, de volun*
*Dei & fide in Deum. Cum verbo coniu*
*ſunt Sacramenta, quæ ſunt Dei ordinatione*
*ſtitutæ et ſancitæ eertis promiſsionibus grati*
*verbo, vt ſint gratiæ ſigilla & teſtimonia a*
*cationis, ad ſingulos, & Symbola confeſsioni*
*notæ veræ Eccleſiæ, agnoſcentis & confit*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*eum iuxta verbum ab ipſo reuelatum. Præter*
*c patefecit & patefacit ſe Deus etiam operi-*
*s in creaturis, quæ ſunt duplicia.*

*Aut ſunt opera ordinaria creationis &*
*bernationis totius creaturæ conditæ, & præci-*
*è gubernationis & defenſionis Eccleſiæ. Nam*
*uens & obſeruans ordinem perpetuum, et pul-*
*itudinem in creaturis, & obſeruans perpe-*
*m collectionem, gubernationem & defenſio-*
*n Eccleſiæ, atq; hanc obſeruationem cum*
*bo reuelato coniungens, non obſcurè intelligit*
*nc conſiderationem operum Dei, illuſtrare ag-*
*ionem veri Dei, quem confitetur Eccleſia in*
*nbolo.*

*Alia ſunt opera Dei extraordinaria, hoc*
*opera mirabilia ſeu admiranda, quæ fiunt præ-*
*ordinem & curſum vſitatū naturæ: non quòd*
*ſola opera admirationem mereantur, ſiquidem*
*ia opera Dei in tota rerum natura, & in Ec-*
*a ſunt plena admirationis, ſeu verè ſunt ad-*
*bilia, & Deus eſt admirabilis in omnibus*
*ibus ſuis: ſed quòd hæc opera, quæ vocantur*
*cula, ſua raritate maiorem admiratio-*
*& conſiderationem in hominibus excitant,*
*npli gratia: Admirabile opus Dei eſt forma-*
*& partus hominis, non autem appellatur mi-*
*lum vſitatè, non quia non eſt, ſed quia eſt*
*opus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

opus ordinarium & vſitatum in natura: Veri
reſuſcitatio Lazari ex morte ad vitam appellat
miraculum, nõ quia in hoc opere eſt maior & a
mirabilior Dei operatio, ſed quia eſt opus rarũ
inuſitatum in ordine naturæ. Sic admirabilis on
motuum cœleſtium, cùm ſit nihil aliud niſi con
nuũ quoddam miraculum creationis & conſer
tionis diuinæ, tamen vſitatè non vocatur mira
lũ, ſed ſtatio Solis tẽpore Ioſuæ, & regreſſus So
tempore Ezechiæ, contra curſum ordinatum, n
racula appellantur, quia ſunt opera inuſitata. I
dem modo augmentatio frugum, quæ fit quot
nis ad nutritionem totius mundi, Mutatio aq
in vinum, quæ fit quotannis in vite, Item v
oculorum, auditus aurium, loquela linguæ, am
latio pedum, etſi ſunt verè miracula, tamen vſ
tè miracula non vocantur: Sed quando Chri
in hiſtoria Euangelica aliquot millia homi
paucis panibus & piſcibus alit, Aquam in vin
mutat, Cæcis viſum, Surdis auditum, Mutis lo
lam, Claudis ſanitatem membrorum reddit,
opera miraculoſa appellantur, eam ob cauſam,
qua antè dictum eſt. Sic de ſimilibus & iudi
& dici debet. Sunt autem duplicia miracula,
ſunt miracula diuina, alia ſunt miracula diab
ca, quæ Paulus vocat 2. ad Theſſ. 2. operatio
Satanæ. Item ſigna & prodigia mendacia. I
ſeductionem iniquitatis. Et Chriſtus ſimiliter

ci&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ea fieri ad deceptionem, Matth. 24. Marc. 13.
rgent, inquit, Pſeudochriſti & Pſeudoprophe-
& facient ſigna & prodigia, ita, vt in erro-
n inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Tales
nt omnes præſtigiæ miraculorum, quæ vel apud
hnicos vel apud Papiſtas fiunt, ad confirmatio-
n errorum idolatricarum: & exempla eorum,
talibus impoſturis ſeducunt alios, citat Pau-
2. Timo. 3. de Magis Ægyptijs: Sicut, inquit,
nes & Iambres reſtiterunt Moſi: ita & hi re-
nt veritati. Permittit autem Deus ea fieri
em de cauſis, quare & errores ſeminari per-
tit, videlicet vel iuſto iudicio ad pœnam, vt
Theſſ. 2. clarè dicitur, vel ad probationem,
t dicitur Deut. 13 Tentat vos Dominus
us veſter, vtrum diligatis eum &c. Sed diui-
miracula ſunt, quæ fiunt diuina potentia &
tute, vel immediatè à Deo & Filio eius Ieſu
iſto, vel mediatè per Prophetas, Apoſtolos,
alios habentes dona miraculorum, ſicut
th. 10. dat Apoſtolis Chriſtus hoc donum,
mandato prædicationis Euangelij: Euntes
licate dicentes: Appropinquat regnum cæ-
m, Infirmos curate, Mortuos reſuſcitate, Le-
os mundate, Dæmones eijcite: gratis accepi-
gratis date. Et Marc. 16. In nomine meo dæ-
ia eijcient &c. Dixi autem in ſecundo libro
corum cap. 12. de differentijs, quibus hæc

miracu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*miracula diuina & diabolica diſcernuntur,*
*quo loco hæc repetantur.*

*Primò, quod Deus in Eccleſia facit qu*
*dam miracula inimitabilia Magis Ægyptijs,*
*ſunt certiſsima teſtimonia diuinæ præſentiæ*
*Eccleſia, habente verbum, quod talibus mi*
*culis inimitabilibus confirmatum eſt, & ſunt*
*ſtimonia potentiæ diuinæ: & per conſequens ſu*
*teſtimonia diuinæ miſsionis & veritatis, ſicut*
*Magi confitentur: Digitus Dei eſt hic. Talia*
*racula in ſacra ſcriptura multa recitantur, fact*
*Eccleſia, videlicet reſuſcitationes mortuor*
*quæ tantùm factæ ſunt in Eccleſia, partus effa*
*rum, augmentatio creaturarum in cibatione*
*quot millium, mutatio aquæ in vinum, ſtatio*
*regreſsio Solis, & multæ miraculoſæ & inim*
*biles ſanationes, ſicut Iohan. 6. dicitur: A ſec*
*non eſt auditum, quod quis aperuerit oculos*
*nati, Niſi hic à Deo eſſet, non poſſet facere q*
*quam. Et Iohan. 3. inquit Nicodemus: N*
*poteſt facere ſigna quæ tu facis, niſi Deus fu*
*cum eo.*

*Secundò, Illuſtre & conſpicuum di*
*men miraculorum monſtrat conſideratio fin*
*Diabolica miracula fiunt ad deceptionem &*
*ductionem, hoc eſt, vt homines decepti ſpecie*
*præſtigijs miraculorum inducantur in errores*

*men*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*…mendacia, & in eis errores confirmentur, ſicut Diabolus eſt mendax & pater mendacij. Itaq́, …ùm hic finis in miraculis conſpicitur, quantumuis …nt præclara, tamen ſine omni dubitatione dicun…ur eſſe diabolica. Hæc regula Deut. 13. ex…eſſè ſcripta eſt: Si ſurrexerit in medio tui Pro…heta, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicit, & præ…xerit ſignum atq́ portentum, & venerit quod …cutus eſt, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur …eos alienos, quos ignoras tu, & ſeruiamus eis, …n audies verba Prophetæ illius &c. Diuina …tem miracula ſicut congruunt cum verbo Dei, etiam ſemper inferuntur ad fines cum verbo …ſentientes, quare admonitionem de cauſis fi…ibus diuinorum miraculorum ſæpe repeti in …cleſia oportet.*

*Prima cauſa finalis: Miracula teſtantur …rè eſſe Deum, & Deum eſſe omnipotentem, …liberum, non alligatum ad cauſas ſecundas, …ad ordinem naturæ, ſicut Stoici fingunt: Fiunt …n miracula præter & contra naturæ curſum …ordinem naturæ, vt ſunt fœcunditas & par…ſterilis anus, conſiſtentia aquæ inſtar muri, …us aquæ ex petra, ſtatio & regreſſus Solis, …ificatio mortuorum &c. Deinde, cùm multa …cula fiant in Eccleſia, quæ ſunt inimitabilia …bolis, Ergo ea miracula ſignificant Diabolos …em habere potentiam finitam & permiſſio-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*nem Dei determinatam, Dei verò potentiam eſ*
*infinitam & immenſam, & regnum Filij Dei n*
*Eccleſia eſſe potentius regno Diaboli, quia Filiu*
*Dei Eccleſiæ caput eſt, victor Diabolorum, ſic*
*virga Aaronis virgas ſeu dracones Magoru*
*deuorauit, Exod. 7. & coguntur tandem Ma*
*confiteri, quòd miracula Moſis & Aaronis dig*
*to Dei fiant, nec quiſquam ea imitari poßit.*

*Secunda cauſa, Quòd miracula Chri*
*tempore humiliationis ab ipſo facta fuerunt,*
*ſunt teſtimonia diuinitatis ipſius, hoc eſt, qu*
*non tantùm homo, ſed verus Deus ſit in vna pe*
*ſona, nam faciens propria virtute & potentia m*
*racula diuina, eſt verus Deus. Ideo Iohan.*
*tam expreßè aſſeuerat Chriſtus: Se operari n*
*aliena virtute, ſicut Moſes, Elias, Eliſæus, Pr*
*phetæ & Apoſtoli fecerunt miracula aliena v*
*tute, ſed ſe virtute ac omnipotentia propria*
*æternam generationem in vnitate diuinitati*
*Patre accepta operari. Inquit enim: Pater me*
*vſq; modo operatur, & ego operor. Item: Qu*
*cunque Pater fecerit, hæc & Filius ſimiliter*
*cit, Sicut Pater reſuſcitat mortuos & viuifi*
*ita & Filius, quos vult, viuificat. De huius c*
*ſæ conſideratione dicitur Iohan. 1. Verbum c*
*factum eſt, & habitauit in nobis, & vidim*
*gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Pa*

Ioh

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Iohan. 2. *Hoc initium ſignorum fecit Chriſtus, & manifeſtauit gloriam ſuam.*

*Tertia cauſa finalis cum præcedente coniuncta eſt, videlicet, quòd miracula Chriſti ſunt teſtimonium, ipſum non ſolùm eſſe Filium Dei, ſed etiam eſſe Ieſum Chriſtum, miſſum à Patre in mundum, iuxta promiſſiones, vt ſit Meſſias, Rex, Sacerdos & Saluator mundi, vt omnis, qui credit in eum, habeat vitam æternam. Sicut de omnibus operibus ſuæ miſſionis, & ſic etiam ſimul de miraculis dicit Iohan. 5. Opera quæ dedit mihi Pater vt perficiam, ea ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quòd Pater miſerit me. Et ad diſcipulos Iohannis, interrogantes, an ſit Meſſias promiſſus? reſpondet Matth. 11. Euntes renunciate Iohani, quæ auditis & videtis, Cæci vident, Claudi ambulant, Leproſi mundantur, Surdi audiunt, Mortui reſurgunt, Pauperes Euangelizantur &c. Atq; Iohan. 20. ſcriptum eſt: Multa alia ſigna fecit Ieſus. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.*

*Quarta cauſa finalis, Miracula ſunt teſtimonia diuinæ miſſionis, & ſimul doctrinæ, quæ Eccleſia à Chriſto, Prophetis & Apoſtolis prædicata eſt, ſicut Marc, 16. ſcriptum eſt: Signa*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*eos, qui crediderunt, hæc ſequentur: In nomin*
*meo dæmonia eijcient. Linguis loquentur noui*
*Serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint*
*non nocebit eis. Super ægrotos manus imponen*
*& benè habebunt. Et Dominus quidem Ieſus*
*poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum*
*& ſedet ad dextram Dei. Illi autem profecti præ*
*dicauerunt vbiq; Domino cooperante & ſermo*
*nem confirmante ſequentibus ſignis, Acto. 14.*
*Multo tempore demorati ſunt, fortiter agent*
*præſidio Domini, qui teſtimonium perhibeb*
*ſermoni gratiæ ſuæ, Dabatq; vt ſigna & prodig*
*fierent per manus eorum. Ad Heb. 2. Propter*
*oportet nos vehemẽtius attendere illis, quæ dic*
*ſunt nobis, ne quando perfluamur. Etenim ſi*
*qui per Angelos dictus eſt ſermo fuit firmus,*
*omnis tranſgreſſio & inobedientia iuſtam præ*
*recompenſationem accepit, quomodo nos effug*
*mus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ c*
*primùm enarrari cœperit per ipſum Domin*
*ab his, qui audiuerunt, in nos confirmata fuit,*
*teſtante Deo & ſignis & prodigijs, varijsq; v*
*tutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus, iu*
*ipſius voluntatem, 2. ad Corin. 12. Signa A*
*ſtolatus mei facta ſunt inter vos in omni pat*
*tia, in ſignis & prodigijs & virtutibus.*

*Quinta cauſa finalis, Miracula cum*
*bo coniuncta exuſcitant & confirmant fi*

ſicut Iohan. 2. ſcribitur: Et crediderunt in eum diſcipuli eius Item Iohan. 20. Hæc ſcripta ſunt vt credatis. Et Act. 9. Et viderunt eum, ſcilicet Æneam ſanatum à Petro, omnes qui habitabant Liddæ & Saronæ, qui conuerſi ſunt ad Dominum.

Sexta cauſa finalis, Miracula ſunt teſtimonia præſentiæ Dei in Eccleſia, ſicut Ioſuæ 3. dicitur: Vt ſciant, quòd ſicut cum Moſe fui, ita & tecum ſum. Item: In hoc ſcietis quòd Dominus Deus viuens in medio veſtri eſt.

Septima cauſa finalis, Miracula ſunt teſtimonia virtutis & potentiæ, quæ eſt in promiſſionibus Euangelicis, ſicut Matth. 9. ſcriptum eſt: Vt autem ſciatis, quòd Filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, & ſurrexit, & abijt in domum ſuam, hoc eſt, ſicut in hoc verbo eſt potentia diuina ad paralytici ſanationem corporalem: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: Ita quoq; in hoc verbo: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, eſt potentia & virtus Dei ad peccatorum remiſſionem & ſalutem, ſicut ad Roman. 1. dicitur: Euangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Et apud Iohannem inquit Chriſtus: Vos mundi eſtis propter ſermonem,

quem locutus ſum vobis. Item Iohan. 6. Verba
quæ ego loquor, Spiritus ſunt & vita.

Octaua cauſa finalis: Sunt teſtimo
nia applicationis. Itaq; eorum conſiderati
exuſcitat nos ad inuocationem, fiduciam &
ſpem, etiamſi tota rerum natura clamet exaudi
tionem & liberationem eſſe impoßibilem: &
huius promißionis Pſal. 59. Inuoca me in di
tribulationis tuæ, & eripiam te. Teſtimonia a
monentia de applicatione ſunt omnes miraculoſ
liberationes, quas Dauid complectitur in 6. &
7. verſibus Pſalmi 33. Iſte pauper clamauit, &
Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribu
lationibus eius ſaluauit eum. Clamauerũt, & Do
minus exaudiuit, & ex omnibus tribulationib
eorum liberauit eos. Illi enim verſus admone
de conſideratione omnium miraculoſarum lib
rationum, & vt ea conſideratio etiam in nob
inuocationem fiduciam & ſpem, in omnibus ær
mnis quantumuis magnis exuſcitet. Similis a
monitio de applicatione miraculorum eſt in o
iurgatione Chriſti ad diſcipulos, quæ hiſtoria
hodierni Euangelij ſequitur, Marc. 8. Quid d
putatis, quòd panes non habetis? nondum ani
aduertitis, neq; intelligitis? Cùm quinq; panes fr
giſſem in hominum quinq; millia, quot cophin
fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Du

deci

decim. Cùm autem ſeptem in quatuor millia, quot portas ex reliquijs fragmentorum tuliſtis? Illi dixerunt: Septem. Et dixit illis: Qui fit, vt non intelligatis? Huc pertinet Pſalmus 104. de miraculis eductionis ex Ægypto. Item oratio Dauidis congredientis cum Goliath: Dominus, qui eripuit me de manu Leonis, & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſtæ huius.

Nona cauſa finalis, Miracula Chriſti pertinent ad dictum: Filius hominis apparuit, vt deſtruat opera Diaboli, & declarant, quale ſit regnum Chriſti, videlicet, non tale, quale ſomniabant Iudæi, ſed quale prædictum fuit per Prophetas.

Decima cauſa finalis, Miracula confirmant articulum fidei de reſurrectione mortuorum. Ex his cauſis finalibus alias aliæ explicandæ ſunt, cùm de miraculis dicitur.

# DOMINICA OCTAVA POST TRINITATIS.

## EVANGELIVM, Matth. 7.



ATTENDITE A FA

ſis Prophetis, qui veniu
ad vos in veſtimentis oui
intrinſecus autem ſunt lu
rapaces. A fructibus e
rum cognoſcetis eos. Nunquid colo
gunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficu
Sic omnis arbor bona fructus bonos
cit, mala autem arbor malos fructus
cit. Non poteſt arbor mala bonos fr
ctus facere, neq; arbor bona malos fr
ctus facere. Omnis arbor, quæ non
cit fructum bonum, exciditur, &
igni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nem mittitur. Igitur ex fructibus eo-
m cognoſcetis eos.

Non omnis, qui dicit mihi DO-
INE, Domine, intrabit in regnum
elorum, ſed qui facit voluntatem Pa-
s mei, qui in cœlis eſt. Multi dicent
ihi in illa die: Domine Domine, non-
in nomine tuo prophetauimus, & in
omine tuo Dæmonia eiecimus, & in
omine tuo virtutes multas fecimus? &
nc confitebor illis, quia nunquam
oui vos. Diſcedite à me, qui operami-
iniquitatem.

*VANGELIVM eſt concluſio concionis
Chriſti, in qua docuit diſcipulos ſuos Cate-
chiſmum, ſeu ſummam doctrinæ de lege &
angelio, de diſcrimine iuſticiæ legis & fidei, de
ocatione & de bonis operibus. Hanc itaq;
techeticam doctrinam concludit Chriſtus hac
tuiſsima admonitione, vt caueant falſos docto-
, qui aliam doctrinam adferent. Hæc admo-
io ſimul includit tùm commonefactionem ſe-
m, quæ commendatur in fine capitis ſeptimi,
eſt, in ipſa concluſione concionis, videlicet:
factum eſt, cùm finiiſſet Ieſus ſermones hos,
tupuerunt turbæ ſuper doctrina illius, Do-*

*cebat enim eos ſicut habens autoritatem, & n*
*ſicut Scribæ. Deinde includit Antitheſin, vt d*
*poſitum veræ doctrinæ cuſtodiatur ſollicitè, Co*
*tinet itaq; hoc Euangelium præcipuos locos tre*

*Primus locus eſt admonitio, vt depo*
*tum veræ doctrinæ cuſtodiatur.*

*Secundus locus eſt Prophetia de fa*
*Prophetis. Item deſcriptio falſorum Prophe*
*rum, & admonitio, vt caueantur, ac regula, qu*
*modo cognoſci debeant.*

*Tertius locus eſt generalis doctrina*
*militudinis bonæ ac malæ arboris, qua decla*
*tur diſcrimen inter veros Chriſtianos & hy*
*critas, qui locus concluditur inſigni et graui E*
*phonemate, quod continet ſummam ſententiæ*
*tremi iudicij, in quo veri Chriſtiani & hypocri*
*ſeparabuntur.*

DE PRIMO LOCO.

NVLLVM *habemus precioſiorem theſa*
*rum, quàm eſt verbum Dei, ſeu doctrina*
*leſtis, reuelata in ſacra ſcriptura, cuius ſum*
*traditur in Catechiſmo. Hanc itaq; doct*
*nam diſcere omnes homines debent, & cùm*
*dicerunt, debent eam in ſcrinio cordis ſui cu*
*dire. Hoc itaq; in loco inſtituatur cōmonefact*
*vt vnuſquiſq; Chriſtianus Catechiſmum diſc*
*Hæc admonitio accommodetur ad Magiſtrat*

vt i

t ipſi curent Eccleſijs præfici fidos & ſinceros
octores, qui populum fideliter erudiant ſincera
ctrina Catechiſmi. Item ad patresfamilias,
ipſi liberos & familiam ad conciones ſacras
ttant, & ſint ipſi Epiſcopi & Catechiſtæ do-
ſtici. Item ad miniſtros Eccleſiæ, & ad ma-
ros ſcholarum, vt ipſi etiam doctrinam Ca-
biſmi diligenter doceant, repetant & incul-
t, nec ſint in ea re negligentes. Deinde ad-
neantur Chriſtiani, vt doctrinam Catechiſmi
genter audiant & ediſcant, & depoſitum ſa-
doctrinæ ſollicitè & attentè cuſtodiant, ſicut
ptum eſt Deut. 31. Audientes diſcant &
odiant. Et Lucæ 11. Beati qui audiunt ver-
n Dei, & cuſtodiunt illud. Iohan. 8. inquit
iſtus: Si manſeritis in ſermone meo, veri
puli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, &
itas liberos vos reddet. Iohan. 15. Si man-
tis in me, & verba mea manſerint in vobis,
quid volueritis petite, & fiet vobis. Alle-
r etiam præceptum Pauli ad Timotheum,
d primò ad concionatores, deinde etiam ad
es Chriſtianos accommodetur, 1. Timoth. 6.
imothee, depoſitum ſerua, & deuitans pro-
s vocum inanitates & oppoſitiones falsò no-
tæ ſcientiæ, quam nonnulli profitentes circa
n aberrauerunt. Et 2 ad Timoth. 1. For-
habeto ſermonum ſanorum, quos à me au-

diuiſti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

diuiſti, cum fide & charitate, quæ eſt in Ch
ſto Ieſu, bonum depoſitum ſeruate, per Spirit
ſanctum, qui inhabitat in vobis. Hæc admo
tio amplificetur commendatione dignitatis, q
nullus eſt theſaurus præſtantior verbo D
Siquidem cœlum & terra peribunt, verbum
tem Domini manet in æternum, & haben
hunc theſaurum verbi Domini in cordibus ſ
ipſi quoque manent in æternum. Quia verb
Dei eſt verbum vitæ, vt Petrus inquit
han. 2. Et eſt potentia Dei ad ſalutem o
credenti. Et Iohan. 6. inquit Chriſtus: Ve
quæ ego loquor, Spiritus ſunt & vita. Et
cæ 10. Maria bonam partem elegit, quæ
auferetur ab ea. Ad hanc commendatio
allegetur dictum Chriſti Matth. 6. Theſaur
te vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo
tinea corrumpit, nec fures perfodiunt & fu
tur, Item aliquot inſignes ſententiæ ex P
mo 119. In via teſtimoniorũ tuorum delect
ſum ſicut ſuper omnes diuitias. Teſtimonia
gaudium meum, & viri conſiliarij mei. E
concupiui mandata tua, in iuſticia tua viui
me. Ne auferas de ore meo verbum ve
tis vnquam, quia in iudicijs tuis ſperaui.
lior eſt mihi lex oris tui ſuper millia auri &
genti: Niſi lex tua delectatio mea eſſet,
periſſem in afflictione mea. In æternum no

iſcar ſtatutorum tuorum, quia in ipſis viuifi-
ſti me &c.

## DE SECVNDO LOCO.

RIMO recitandæ ſunt Prophetiæ, in quibus
prædicitur, quòd ſicut ſemper fuerunt in mun-
Pſeudoprophetæ & falſi doctores, ita quoque
per ſunt futuri, & præſertim in nouiſsimis
e diebus, ſicut docet parabola de zizanijs,
tth. 13. Prophetiæ illæ extant Matth. 24.
rc. 13. Lucæ 1. Acto. 20. 2. Theſſal. 2.
Timoth. 4.

Secundò dicatur de cauſa, cur Deus per-
tat, vt Pſeudoprophetæ zizania ſeminent.
as cauſas indicat ſcriptura: Vna eſt pœna,
elicet, vt puniantur cæcitate illi, qui nolunt
ire veritatem, & amplecti lucem verbi Dei,
heſſ. 2: Eò quòd charitatem veritatis non
perunt, vt ſalui fierent: Ideo mittet illis
us efficacem impoſturam, vt credant menda-
vt iudicentur omnes, qui non crediderunt
tati, ſed conſenſerunt iniquitati. Huc per-
dictum in parabola Matth. 13. Cùm dor-
nt homines, id eſt, cùm eſſent ſecuri. Alte-
uſa eſt probatio, nimirum, vt probentur ele-
ſicut 1. Corinth. 11. ſcriptum eſt: Oportet
ſes inter vos eſſe, vt qui probati ſunt, ma-
nifeſti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nifeſti fiant inter vos. Deut. 13. Tentat v
Dominus Deus veſter, vt palam fiat, an dili
tis eum.

Tertiò dicatur de deſcriptione falſor
Prophetarum: Venient ad vos in veſtimen
ouium, intus autem ſunt lupi rapaces. Quæ
ſcriptio explicatur 2. Corinth. 11. Eiuſm
Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfi
rantes ſe in Apoſtolos Chriſti, nec mirum eſt.
enim Satanas transfiguratur in Angelum luc
Non ergo magnum eſt, ſi miniſtri eius tran
gurentur veluti miniſtri iuſticiæ, quorum fi
erit ſecundum opera eorum. Et ad Theſſ. 2.
uentus eius (Antichriſti) eſt ſecundum eff
ciam Satanæ in omni virtute & ſignis & pr
gijs mendacibus, & in omni ſeductione iniqu
tis. Et Matth. 24. Surgent Pſeudoprophetæ
Pſeudochriſti, & facient ſigna & prodigia,
vt in errorem inducantur, ſi fieri poſſet,
cti.

Quartò, dicatur de regula cognitio
Ex fructibus eorum, inquit Chriſtus, cognoſc
eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, au
tribulis ficus? De his verbis dicit Chryſo
mus: Fructus hominis Chriſtiani eſt conf
fidei, & opera conuerſationis ipſius. Si
videris hominem Chriſtianum, ſtatim co

ra, *ſi confeßio conueniat cum ſcripturis, ve-*
*t eſt Chriſtianus, Si autem non eſt, quemad-*
*dum Chriſtus mandauit, falſus eſt. Iudi-*
*m Chriſtianitatis non ad nomen retulit, ſed*
*confeßionem, quia non ſolùm nomen Chri-*
*Chriſtianum facit, ſed veritas, quia in no-*
*ne Chriſti multi ambulant, in veritate au-*
*pauci.*

E *Explicatio regulæ, quod ad doctrinam*
*Chriſto attinet poſita eſt in ſimilitudine de ſpi-*
*ac vuis, & de tribulis ac ficubus. Vera do-*
*na Euangelij, quam prædicant ſinceri do-*
*es & miniſtri Chriſti, fert vuas ac fi-*
*id eſt, dulces conſolationes, quibus affli-*
*conſcientia refocillatur & alitur, ſicut ægro-*
*refocillatur & alitur dulci vino & ficubus,*
*Chriſtus & Apoſtolus Paulus ſæpe repe-*
*quòd per prædicationem Euangelij datur*
*itus ſanctus, dicens conſolationem gratiæ &*
*, paternique amoris Dei in cordibus noſtris.*
*Pſeudoprophetarum doctrinæ ſunt ſpinæ*
*ribuli, ex quibus non poſſunt colligi vuæ*
*us, id eſt, dulces & efficaces conſolationes,*
*uæ corda & conſcientiam afflictam magis*
*unt & affligunt. Hac accommoda-*
*vtitur Paulus ad Galat. 3. O ſtulti Ga-*
*hoc vnum à vobis diſcere volo, ex operibus*

*legiſne*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*legiſne accepiſtis Spiritum ſanctum, an ex audi fidei? Pertinent huc loci ex prima & ſecun Epiſtola Iohannis: Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, an ex Deo ſi quoniam multi Prophetæ exierunt in mundu per hoc cognoſcite Spiritum Dei. Omnis Spi tus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne v niſſe, ex Deo eſt, & omnis ſpiritus, qui non co tetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex D non eſt, & hic eſt Antichriſtus. Item, Vid voſmetipſos ne perdamus quod operati ſum Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non fert, nolite eum recipere in domum, & ne ei dixeritis.*

*Inſigne exemplum eius probationis ſcriptum eſt Acto. 17. vbi Berœenſes audi tes Paulum & Sylam, quotidie ſcrutantur ptur as, an hæc ita ſe habeant? De alijs fru bus & ſignis falſorum doctorum loquun alia dicta, Hieremiæ 23. Currebant, & non tebam eos. Ezechiel. 13. Seducunt popu meum, & dicunt, pax, cùm tamen non ſit Populus ædificat parietem, & ipſi dealbant luto abſque paleis. Ezech. 34. Væ paſtoru qui paſcunt ſemetipſos. 1. Timo. 4. Spiritus tò dicit, quòd in nouiſſimis temporibus diſce quidā à fide, attendentes ſpiritibus impoſtori*

&

*& doctrinis Dæmoniorum, in Hypocriſi, lo-
quentium mendacium &c. Et 2. Timoth. 3.
Hoc autem ſcito, quod in nouiſſimis diebus in-
ſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines
ipſos amantes, cupidi, iactabundi, ſuperbi,
blaſphemi, parentibus inobedientes, prophani,
ſine afflictione, ſine fœdere, calumniatores, in-
continentes, intractabiles, ſine benignitate, pro-
ditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores,
magis quam Dei, habentes ſpeciem pietatis,
(veſtem Ouium) Virtutem autem eius abne-
gantes, & hos deuita. Ex his enim ſunt, qui
penetrant domos & captiuas ducunt muliercu-
las, oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs de-
ſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcien-
tiam peruenientes.*

*In hoc loco addatur admonitio quod
doctrina Catechiſmi, quæ eſt ipſa ſumma, &
analogia ſacræ ſcripturæ, eſt quaſi lapis Lydius,
demonſtrans, quæ doctrina ſit vera, quæ ſit adul-
terina, & falſa. Nam omnis doctrina cum
analogia de DEO, de tribus perſonis, de
Lege, de Euangelio, de meritis CHRISTI, &
remiſſione peccatorum, omnibuſque alijs ar-
ticulis fidei in Symbolo expreſſis, de Inuocatio-
ne Sacramentis &c. Conſentiens eſt vera,*

*Omnis autem doctrina, quæ cum hac analogi*
*non conſentit eſt falſa & error &c.*

*Hæc admonitio multis exemplis decla*
*rari poteſt, Eſtq́ eius declaratio valde vtili*
*vt Arrij doctrina pugnat cum Articulo fide*
*Credo in Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigen*
*tum &c. Ergo eſt falſa. Papæ doctrina de meri*
*operum pugnat cum articulo fidei, Credo remi*
*ſionem peccatorum & cum omnibus articu*
*de ſatisfactione Ieſu Chriſti, iuxta dictum: Si*
*lege eſt iuſticia, Chriſtus fruſtra mortuus e*
*Ergo eſt falſa. Inuocatio idolatrica pugnat cu*
*primo præcepto, & doctrina de oratione, id e*
*cum ipſa forma orationis Dominicæ, Pater n*
*ſter, qui es in cœlis &c. Anabaptiſtarum & S*
*cramentariorum errores pugnant cum doctri*
*Catechiſmi de Sacramentis. Ergo non dubite*
*tales doctrinas eſſe falſas, & ſciatur quod caue*
*dæ ſunt iuxta præceptum: Cauete à Pſeudop*
*phetis. Item, Omnis qui hanc doctrinam n*
*adfert, ne recipiatis eum in domum.*

## DE TERTIO LOCO.

TERTIVS *locus eſt doctrina generalis*
*bonis operibus, ſeu fructibus fidei, quæ*
*repetitur in ſcriptura. Eſtq́ vſitata hæc ſim*
*tudo de arbore ferente bonos fructus. Add*


au

...tem per antitheſin etiam aduerſatiua, de ma-
arbore, ferente malos fructus, vna cum com-
...ination quæ non poteſt ſatis repeti propter ni-
...iam ſecuritatem mundi. Omnis arbor quæ non
...cit fructum bonum, excidetur, & in ignem
...ittetur. Atque ne quis exiſtimet, quod ſuam
...pocriſim vlla gloriatione, vel de externa con-
...ßione ſine fide, vel de operibus prædicationis,
...l de donis velit tegere in nouiſſimo iudicio:
...eo grauiſſimum hoc epiphonema filij Dei de-
...nt concionatores diligenter inculcare. Non
...nis qui dicit mihi: Domine, Domine, intra-
in regnum cœlorum, ſed qui facit volunta-
...i Patris mei, qui in cœlis eſt. Multi dicent
...bi in illo die: Domine, Domine, nonne in no-
...e tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæ-
...nia eiecimus, & in nomine tuo virtutes mul-
...s fecimus? etc. Tunc confitebor illis, quia nun-
quam noui vos. Diſcedite à me om-
nes, qui operamini iniqui-
tem &c.

# DOMINICA NON

## POST TRINITATIS

*Euangelium Lucæ 16.*



DICEBAT AVTEM
ad diſcipulos ſuos. Homo
quidam erat diues, qui h
bebat diſpenſatorem, & h
diffamatus eſt apud illu
quaſi diſsipaſſet bona illius. Et voca
illum, & ait illi: Quid hoc audio de te

Red

Redde rationem diſpenſationis tuæ, vltra enim non poteris diſpenſare. Ait autem diſpenſator intra ſe: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me diſpenſationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco, Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à diſpenſatione, recipiant me in domos ſuas.

Et conuocatis ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? At ille dixit: centum Batos olei, Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & ſedens cito, ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero, quantum debes? Ille autem ait: centum choros tritici: Et ait ille: Accipe cautionem tuam, & ſcribe octuaginta. Et laudauit Dominus diſpenſatorem iniuſtitiæ, quod prudenter feciſſet, quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis, in generatione ſua ſunt. Et ego dico vobis: facite vobis amicos de Mammona iniuſticiæ, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

EVANGELIVM continet duas doctr
nas.

Prima, eſt generalis doctrina pertine
ad omnes homines, in quibuſcunq; vocatio
bus aut officijs, videlicet, Quod quiſq; ita in ſ
vocatione, officio aut conditione vitæ huius v
uere debet, vt meminerit reddendam eſſe r
tionem Deo, qui vnicuilibet ſuam diſpenſati
nem commendauit, & repetet quando ipſe vu
ſicut dicit in hoc Euangelio: Redde ration
diſpenſationis tuæ, vltra enim non poteris diſp
ſare.

Secunda doctrina eſt admonitio ſpec
lis.

## DE PRIMA DO-
## CTRINA.

MVNDVS plenus eſt Epicureorum, qui co
tāt Deum neſcire nec curare humanas act
nes. Ideoq; indulgent ſuis voluptatibus, libidi
bus, auaritiæ, iniuſticiæ, tyrannidi, alijſq; p
uis affectibus. Quare diligenter proponenda
ſæpe repetenda eſt hæc admonitio, quod Deus
cœlo proſpiciat, ſuper filios hominum, & om
actiones maximas & minimas, imo omnes cog
tationes & verba hominum obſeruet, & de
lis rationem ſit poſtulaturus, ſicut in hoc Eu

ge

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

elio dicitur: *Redde rationem diſpenſationis tuæ,*
*ltra enim non poteris diſpenſare*, Et Matthæi
ap. 12. inquit Chriſtus: *Dico vobis, quoniam*
*mne verbum otioſum, quod locuti fuerint ho-*
*mines, reddent rationem de eo in nouiſſimo die,*
t Paulus ad Roma. 14. *Omnes ſtabimus ante*
*ibunal Chriſti.* Itaq; vnuſquiſq; pro ſe rationem
ddet Deo.

Explicetur ſimilitudo, Bonus paterfa-
ilias non eſt tam negligens, vt non obſeruet,
uid agat, aut, quomodo viuat familia, aut quo-
odo re familiari quiſq; in familia vtatur, ſed
ligenter obſeruat, & de ſingulis rationes po-
it, Et ſi quis apud ipſum diffamatur, quod bona
ſsipet, ad illum dicit: Redde rationem diſpenſa-
nis tuæ, vltra enim non poteris diſpenſare.
t autem Deus optimus & ſapientiſſimus Pa-
familias. Ergo ipſe quoq; de cœlo proſpicit ſu-
r familiam ſuam, & ſi quem videt non recte
i diſpenſatione, ad eum etiam dicit: Redde ra-
nem diſpenſationis tuæ &c. Sicut etiam ali-
o modo, ex naturali lumine rationis notum
, quemadmodum dixit Poeta: ἔχει θεὸς ἔκ-
ιον ὄμμα.

Addatur diſtributio: Concionator cogi-
, Deum obſeruare omnia ipſius ſtudia, cogitati-
s, actiones, Conciones, officia miniſterij,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſi itaq; in ſua conſcientia nouit ſe eſſe infidelem
diſpenſatorem, Cogitet quoq; illud Deum noſſe
& inſtare tempus, niſi agat pœnitentiam, qu
mox ad eum dicet paterfamilias, Quid hoc au
dio de te? Redde rationem diſpenſationis tua
vltra enim non poteris diſpenſare. Sic cogite
Cæſar, Rex, Princeps, Conſul, Iudex, & al
Magiſtratus. Sic cogitet Paterfamilias & Ma
terfamilias. Sic cogitet Ciuis, Ruſticus, Filiu
Filia, Seruus, Ancilla, vnuſquiſq;, inquam, co
gitet Deum ipſius omnes & ſingulas actione
cogitationes, verba, inſpicere, obſeruare & c
rare, & qui ſunt ſibi male conſcij cogitent in
ſtare tempus, quando dicet hic Paterfamilias c
leſtis: Quid hoc audio de te? Redde rationem di
penſationis tuæ, vltra enim non poteris diſpe
ſare. Obſeruetur autem in hac prima doctrin
ſeu parte teſtimonium, quod querelæ Eccleſ
ſeu piorum de iniquis diſpenſatoribus in quo
bet officio, aut vocatione, aut ſtatu, aſcendu
ad aures Domini, & ibi eos diffamant, ſicut h
diffamatus eſt apud Deum. Item, ſicut dicitu
Quid hoc audio de te? Sic Sodoma & Gomor
diffamantur Gene. 18. & Deut. 15. dicitu
Caue ne malus ſit oculus tuus, contra fratre
tuum pauperem nolens ei quod poſtulat mutu
commodare, ne clamet contra te ad Dominu

& ſi

"*fiat tibi in peccatum. Exodi cap.* 22. *Vi-
æ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos,
ociferabuntur ad me, & ego audiam clamo-
n eorum, & indignabitur furor meus. Ec-
ſia.* 35. *Non deſpiciet Dominus preces pu-
li, nec viduam ſi effundat loquelam gemitus,
nne lachrimæ viduæ ad maxillam deſcen-
nt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas.
maxilla enim aſcendunt vſq; ad cœlum &
minus exauditor delectabitur illis.*

## *DE SECVNDA DO-
CTRINA.*

CVNDA *doctrina eſt de exemplo infidelis
iſpenſatoris, in quo exemplo non laudatur
delitas & iniquitas, ſed prudentia parandi
cos, ad diem neceſſitatis iuxta prouerbium:
i huius ſeculi ſunt prudentiores filijs lucis
nere ſuo, & applicatur hoc exemplum ad
eptum de recta collocatione diuitiarum: &
dico vobis, facite vobis amicos de Mammo-
iquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos
erna tabernacula. Hæc doctrina itaq; propo-
ocos tres.*

*Primus de dicto: Dominus laudauit
enſatorem iniquum, quod prudenter fecis-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Secundus, de præcepto. Ego dico vobis: facite vobis amicos de Mammona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in æterna Tabernacula.*

*Tertius, De appellatione diuitiarum Mammon iniquitatis.*

*DE PRIMO LOCO.*

*Non recte iudicant qui putant Dominum laudaſſe iniquitatem iniuſti diſpenſatoris, quod contra iuſticiam debitoribus de debito Domini ſui remiſit, & hoc prætextu palliant ſuas aſtutas fraudes: Pugnat enim ea iniuſticia diſpenſatoris contra præceptum. Non furtum facies: itaq; ipſa verba Domini conſideranda ſunt, quibus extat expreſſa diſtinctio inter diſpenſatoris iniquitatem & prudentiam. Sicut dicitur: Laudauit Dominus diſpenſatorem iniquum quod prudenter feciſſet, non quod inique feciſſet. Iniquitas non laudatur à Domino, ſed prudentia laudatur. Et quidem non in furto, ſi facto iniquo, ſed in collatione exhortationis ſequentis, Nec neceſſe eſt vt in collationibus omnia ſint ſimilia, quia collationes intelliguntur iuxta eam partem ſecundum quam fit collatio, ſicut in Perſij verſibus:*

*Vt iugulent homines ſurgunt de nocte Latrones,*
*Vt teipſum ſerues, non expergiſceris.*

M

*Non laudatur latrocinium, ſed laudatur vigilantia, & quidem non in facto latrocinandi, ſed in collatione exhortationis ſeu reprӕhenſione negligentiӕ. Latrones ſunt vigilantes ad perdendū homines: multo magis debemus eſſe vigilantes in honeſtis ſtudijs & officijs, quӕ faciunt ad conſeruationem noſtri & ſocietatum. Talem eſſe ſimplicem ſententiam demonſtrat dictum de collatione, quod prouerbij loco annectitur: quia filij huius mundi ſunt ſapientiores filijs lucis in genere ſuo, ſeu in generatione ſua: in quo prouerbio collatio accommodatur ad reprӕhenſionem negligentiӕ Chriſtianorum in rebus ſpiritualibus, quaſi dicat, mundani ſunt prudentes & induſtrij in rebus mundanis. Ergo pudeat Chriſtianos, quod ipſi non ſunt prudentes & induſtrij in rebus ſpiritualibus. Diſpenſator iniquus ita vtitur ſua prudentia in bonis Domini ſui, vt paret ſibi amicos ad diem neceſſitatis: at multi qui dicuntur Chriſtiani, ita vtuntur ſua prudentia in diſpenſatione rerum temporalium, vt non amicos ſibi concilient, ſed concilient ſibi maledictionem DEI & hominum.*

*In hoc itaq; prouerbio attente obſeruetur, vt clauſula, in ſuo genere ſeu generatione, recte connectitur, Nimirum, filij huius mundi ſunt pru-*

*prudentiores in genere ſeu generatione ſua, i*
*eſt,* in jrem geſchlecht oder nach jrer art:
*hoc eſt,* als der Welt art vnd lauff iſt.
*Poteſt autem hoc prouerbium declarari mult*
*exemplis ab induſtria & prudentia hominum*
*in temporalibus rebus ſumptis, & ad ſpirituali*
*accommodatis. Mercator in ſua negociation*
*contemnit pericula maris & terræ, vt rem fac*
*at, Multi Chriſtiani parua pluuia abſterrentu*
*vt ad templum accedant, audiendi concion*
*gratia. Suntq́, ex hoc ſenſu huius prouerbij ſum*
*ptæ ſimilitudines. Matth. 13. Simile eſt regnu*
*cælorum Theſauro abſconſo in agro, quem r*
*pertum homo abſcondidit, & præ gaudio qu*
*habet ſuper eo, omnia quæ habet vendit,*
*mercatur agrum illum. Item. Simile eſt regnu*
*cælorum homini negotiatori, quærenti pulc*
*ras Margaritas, qui cum inueniſſet vnam pr*
*cioſam Margaritam, abiens, vendidit omnia, qu*
*poßidebat, & mercatus eſt illam. Item, Matt*
*9. Nullus immittit commiſſuram panni rudis*
*veſtimentum vetus, tollit enim plenitudine*
*eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit. Neq, m*
*tit vinum nouum in vtres veteres, alioqu*
*rumpunt vtres, & vinum effunditur, & vt*
*pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos m*
*tunt, & ambo conſeruantur.*

*Pertinet huc etiam dictum Matth. 10. Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices vt Columbæ, Commendatur prudentia ſerpentum, quod ſicut ſerpens pugnans cum alijs ſerpentibus vel hoſtibus præcipuè laborat viribus capitis, ſed ne lædatur caput prudenter & diligenter curat. Sic Chriſtianus concionator laborat capite, id eſt, Doctrina & caput circundat, cauet ne amittat doctrinam. Item, Serpens nouit eum a quo læſus eſt, etiam in magna turba hominum, & hunc petit & non alios. Sic debet concionator noſſe hoſtes & inimicos Euangelij, & eos debet petere. Item, Serpens nouit remedia ſua, in ſenectute purgat oculos feniculo, vt acutè proſpicere poſsit. Sic concionator debet noſſe remedia oculorum, videlicet verbum Dei, & debet procul proſpicere ne mala dogmata recipiat. Hæc exempla prudentiæ ſerpentum commendat Chriſtus, ſed non commendat eorum malitiam & virulentiam. Ideo addit, ſed eſtote ſimplices vt Columbæ, quæ felle carent, id eſt, ira, odio, virulentia & cupiditate vindictæ. Hæc collatio verum ſenſum prouerbij illuſtrat.*

## DE SECVNDO LOCO.

PRÆCEPTVM *ego dico vobis: facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cum de-*

*fece-*

*feceritis, recipiant vos in æterna Tabernacula.
Idem eſt, quod S. Paulus repetit, 1. ad Ti-
moth. cap. 6. Diuitibus huius ſeculi præci-
pe, ne ſuperbiant, neque ſperent in incerto di-
uitiarum, ſed in DEO vero, qui præſta-
nobis abunde ad fruendum, ſed benefici ſin-
& diteſcant bonis operibus facile tribuendo
communicando, theſaurizando ſibi funda-
mentum bonum in futurum, vt appræhendan-
vitam æternam. Hæc eſt ſimplex & Apoſto-
lica interpretatio huius dicti: quod Papiſtæ mu-
tipliciter deprauant & detorquent ad impi-
doctrinas de meritis operum, & interceſſioni-
bus mortuorum.*

*Sunt itaque vitandæ tales Papiſticæ in-
terpretationes, quod opera mereantur vita-
æternam, & de interceſſionibus Idolatricis mo-
tuorum, quæ interpretationes pugnant cum an-
logia fidei. Iubet Chriſtus vt diuites facia-
ſibi amicos de ſuis diuitijs. Hi amici ſunt ip-
Filius Dei, caput & membra ipſius, quib-
communicantur Eleemoſynæ. Quod autem
citur vt recipiant vos in æterna tabernacula,
eſt intelligendum, Chriſtus ſolus recipit n
in æterna tabernacula, vt redemptor &
nator vitæ æternæ, & æternorum tabernacu-
rum, quæ ipſe ſolus credentibus parauit, ſua m
te & ſatisfactione, & non alij, vel ſibijpſis,*

no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

bis parauerunt, aut parare poſſunt: ſicut ex-
eſſe dicit Iohan. 14. In domo Patris mei man-
nes multæ ſunt, vado, paraturus vobis lo-
m, & ſi abiero ad parandum vobis locum,
rum veniam & aſſumam vos ad me ipſum,
vbi ſum ego, & vos ſitis. Ea comparatio loci
aſſumptio in æternam vitam, eſt ſolius Ieſu
riſti, non fit per merita vllius ſancti.

Quod autem hic dicitur recipiant vos, ita
elligatur de pauperibus membris Chriſti, tan-
am de teſtibus acceptorum beneficiorum, quæ
fide Chriſti ſunt communicata ipſius membris,
æ teſtimonia in nouiſſimo die allegabit Chri-
s Matth. 25. Eſuriui & dediſtis mihi cibum
c. Amen, amen dico vobis: Quæcunq; vni ex
nimis fratribus meis feciſtis, mihi feciſtis.
c tamen impie, neq; inepte, poteſt hoc loco eti-
dici de orationibus pauperum Chriſtiano-
n in hac vita pro illis, quorum Eleemoſynis
untur, ſicut enim maledictio piorum con-
immiſericordes: Ita etiam piorum oratio
miſericordibus, haud dubie efficax eſt, vt
omon Prouerb. 11. dicit: Qui abſcondit
menta execratur à populo, & benedictio ſu-
caput diſtribuentis.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE TERTIO LOCO.

MAMMON ſignificat Chaldaice opulen
am, Non eſt autem ſententia dicti Chriſ
quæ eſt in græco prouerbio, quod qui multa fu
tur, & pauca dat, poßit excuſari. Nam fur do
de furto ſuo partem pauperibus, non habet i
excuſationem apud Deum, ſicut dicitur de i
qui exiſtimabant ſe pulchre apud Deum ex
ſatos eſſe, Si de iniuſtè raptis darent ſacrifi
Eccleſiaſt. 34. Immolantes ex iniquo oblatio
maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſanna
nes iniuſtorum. Vocat autem Chriſtus diui
in genere Mammona iniquitatis, quia in hac
firmitate humana plærumq; diuitiæ ſecum
hunt aliquos abuſus vel acquirendo, vel in
ſidendo, vel in vſu. Quamobrem etiam
tam ſerio concionatur Chriſtus
diuitibus, Matth. 19.

# DOMINICA DECI
# MA POST TRINITATIS

Euangelium Lucæ 19.

Æ



ET *VT APPROPIN-*
quauit, videns ciuitatem,
fleuit ſuper illam, dicens:
Quia ſi cognouiſſes & tu,
& quidem in hac die tua,
quæ ad pacem tuam pertinent curares.
nunc autem abſcondita ſunt ab oculis
tuis. Quia venient dies in te, & circum-
dabunt te inimici tui vallo, & circum-
cingent te, & coanguſtabunt te vndiq;,
& ſolo æquabunt te, & filios tuos in te.

Et non relinquent in te lapidem ſupe
lapidem, eo quod non cognoueris tem
pus viſitationis tuæ.

Et ingreſſus in templum, cœpit eij
cere vendentes in illo, & ementes, d
cens illis: Scriptum eſt, domus mea, do
mus orationis eſt, Vos autem feciſtis il
lam ſpeluncam Latronum. Et erat do
cens quotidie in templo. Principes au
tem Sacerdotum & Scribæ, & primor
plebis, quærebant illum perdere, &
non inueniebant quid facerent. Omn
enim populus ſuſpenſus erat audien
illum.

*EVANGELIVM eſt prædictio de vaſtati
ne vrbis Ieroſolymæ, quæ ſimul cũ hiſtor
quæ hanc prædictionem eſt ſecuta, figuræ & a
monitionis gratia omnibus Regnis, Prouincijs,
cietatibus & ſingulis hominibus proponit
Atq; hæc eſt prima pars Euangelij. Secunda p
eſt de eiectione mercatorum è templo.*

## *DE PRIMA PAR-TE.*

*COMMINATIONES & prædictiones
exempla pœnarum in ſcriptura ideo deſ*

*bi*

ntur, vt omnibus temporibus proponantur ho-
inibus, quia ſunt teſtimonia iudicij Dei, ſicut
hriſtus de talibus exemplis concionatur Mat. 11.
æ tibi Chorazim , &c. quia ſi in Sodomis &c.
t Paulus 1. ad Corint. 10. de talibus exemplis
cit, Hæc omnia in figura contingebant illis, ſcri-
a ſunt autem propter admonitionem noſtri, in
os fines ſeculorum deuenerunt. Sic etiam præ-
ctio huius Euangelij, de vaſtatione vrbis Ie-
ſolymæ, ideo proponitur in Eccleſia, & additur
ſtoria, quæ prædictionem ſecuta eſt, vt omni-
s hominibus & ſocietatibus, & præſertim illis
ibus annunciatum eſt Euangelium Ieſu Chri-
, ſit exemplum iuſti iudicij Dei, & admonitio
pœnitentiam, ne ſimiliter vt illi contemnen-
diuitias bonitatis, patientiæ & longanimita-
Dei theſaurizent ſibi ſecundum ſuam duriti-
, & cor impœnitens iram Dei, in die iræ &
ſti iudicij ad Roma. 2. Cuius admonitionis ap-
catio expreſſe deſcripta eſt, Ieremiæ 25. Ec-
in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meū,
o incipio affligere, et vos nunquid innocentes
immunes eritis? non eritis immunes, quia gla-
um ego voco ſuper omnes habitatores terræ, di-
Dominus exercituum. Tu igitur propheta-
contra eos omnia verba iſta, diceſq; ad eos,
minus de excelſo rugiet &c.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*In hac itaq; parte primo conſideretur cau*
*cur tam horribilis pœna à filio Dei prædicta fu*
*rit vrbi Ieroſolymitanæ, Eam cauſam exprim*
*Chriſtus his verbis: eo quod non cognoui*
*tempus viſitationis tuæ. Tempus viſitation*
*eſt tempus illud, quo prædicatur hominibus p*
*nitentia & remiſsio peccatorum, propter Chri*
*ſtum promiſſum & datum. De hoc tempore v*
*ſitationis ſcribit Apoſtolus, 2. ad Corinth. ca*
*6. Adiuuantes exhortamur ne in vacuum gra*
*am Dei recipiatis, ait enim tempore accepto e*
*audiui te &c, Ecce nunc tempus acceptabile, e*
*ce nunc dies ſalutis. Et ad Roma. 2. Bonitas D*
*ad pœnitentiam te inuitat. Agnoſcunt temp*
*viſitationis, qui audientes prædicationem pœn*
*tentiæ & remiſsionis peccatorum, agunt pœn*
*tentiam, & conuertuntur ad Dominum. Sic*
*Niniue agnouit tempus viſitationis diuinæ p*
*prædicationem Ionæ Prophetæ, & pepercit*
*Dominus, Ionæ 3. vbi ſcriptum eſt, Niniue e*
*ciuitas magna, itinere trium dierum, & cœ*
*Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius,*
*clamauit ac dixit: adhuc 40. dies & Niniue ſ*
*uertetur, & crediderunt Niniuitæ in Deum,*
*prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſacc*
*maiore vſq; ad minorem &c. Et vidit Deus o*
*ra eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala,*
*miſertus eſt Deus ſuper malitia, quā locutus f*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

tt, vt faceret eis, & non fecit. Atq; extant plura lia exempla eorũ, qui vera pœnitentia viſitatinem diuinam agnouerunt, quæ hoc loco recitari oſſunt. Non agnoſcunt tempus viſitationis, ui duro & impœnitente corde viſitationem ei, hoc eſt, prædicationem pœnitentiæ & reiſsionem peccatorum, contemnunt & neglint, & peccata peccatis addentes ſimul etiam mulant ſibi iram Dei ad diem iuſti iudicij, vel hac vita vel poſt hanc vitam, vel ſimul, & vel ibi. Exempli gratia.

Primo, mundo prædicata eſt pœnitentia & miſsio peccatorum per Patres, qui fuerunt andiluuium, & præcipue per ſanctum iuſticiæ conem Noah. Sed mundus impius & obduus tempus viſitationis ſuæ non agnouit, ven peccata peccatis, & ſic etiam iram Dei ad m diluuij cumulauit, & qui non egerunt pœentiam etiam ad diem vltimi Iudicij. Sic Sonis & vicinis ciuitatibus prædicata eſt pœnitia & remiſsio peccatorum per Lothum, ſed olæ affligentes animam iuſti prædicatoris agnouerunt tempus viſitationis ſuæ. Ve in peccatis perſeuerauerunt colligentes ſibi n Dei, ad diem conflagrationis, & qui non t conuerſi ad extremum iudicium. Similiter tur de Iſraelitis, qui ſæpe neglectione viſita-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tionis ipſorum cumulauerunt ſibi iram Dei a*
*grauiſsimas pœnas, & ſeruitutes, ſicut in libr*
*iudicum, Regum & Chronicis ſcriptũ eſt, don*
*tandem vrbs illa, & regio tota iuxta prædicati*
*nem huius Euangelij vaſtata eſt. Alia exemp*
*extant in hiſtorijs Eccleſiaſticis, & videmus*
*oculos pœnas Palæſtinæ, Græciæ, Vngariæ, Liu*
*niæ, & multas alias, quæ ſunt exempla comm*
*nationis huius Euangelij, contra omnes illos, q*
*tempus viſitationis ſuæ non agnoſcunt, ſed c*
*peccatis iram Dei cumulant ad Roma. 2.*

*In declaratione huius loci debent præcip*
*peccata, quæ in quouis loco dominantur maxi*
*nominari, & argui iuxta dictum Ezechiel 3*
*Fili hominis ſpeculatorem te conſtitui dom*
*Iſrael &c. Et conferri debent cũ antiquis exe*
*plis ſimilibus, iuxta regulam experientiæ: ſim*
*peccata ſimiliter puniuntur, & creſcentibus p*
*catis creſcunt pœnæ. Eius rei illuſtre exempl*
*extat Ezechiel. cap. 16. De peccatis Sodomæ*
*Samariæ. Viuo ego dicit Dominus. quia n*
*fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſi*
*feciſti tu, & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniqui*
*Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturatas pa*
*& abundantia & otium ipſius & filiarum ei*
*& manum egeno & pauperi non porrigeba*

&

*elevatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eas ſicut vidiſti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorũ non peccauit, ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. Ergo & tu porta confuſionem tuam, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis &c.* plura exempla ex libris Biblicis & alijs hiſtorijs citari poſſunt, ad quælibet peccata, quæ quis pro ratione temporis & loci præcipue urguet accommodatq́.

2 Secundo, conſiderentur in hac parte lacrymæ Chriſti, ſicut enim Pater & Mater pronunciantes cum lacrymis filio immorigero pœnas, & calamitates ſecuturas, oſtendunt ipſis lachrymis ingentem dilectionem, & ſimul etiam oſtendunt ſe intelligere magnitudinem calamitatum imminentium & condolere, Ideoque ipſis lachrymis reuocant filium ad pœnitentiam: Ita etiam cogitemus de lachrymis filij Dei Ieſu Chriſti, Flet intuens ciuitatem, & cogitans de imminentibus pœnis & calamitatibus, flens prædicit pœnas & flens conqueritur de excæcatione, flens enim dicit hæc verba: Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in iſto die tuo, quæ ad pacem tuam pertinent.

*Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Hu*
*affectum Chriſti nulla lingua ſatis exprimere p*
*teſt, ſed nos de his lacrymis ſæpe cogitare deb*
*mus.*

1 *Lachrymæ Chriſti primo teſtantur, Deu*
*proniorem eſſe ad miſericordiam, quam ad pœ*
*nam. ſicut paternus aut maternus animus ſemp*
*ad miſericordiam pronior eſt, quam ad pœ*
*nam.*

2. *Secundo. Lachrymæ Chriſti ſignificant m*
*iores eſſe calamitates, & pœnas imminent*
*quam nos intelligimus. ſicut parentes melius i*
*telligunt magnitudinem imminentium calamit*
*tum, quam immorigerus filius in malitia ſ*
*occæcatus.*

3 *Tertio, Lachrymæ Chriſti ſignificant cu*
*pam perditionis non eſſe in Deo, ſed in ipſis h*
*minibus, qui malunt obtemperare Diabolo qua*
*Deo, & ſua malitia accerſunt ſibi pœnas. ſicut*
*Oſea dicitur: Perditio tua ex te eſt ô Iſra*
*Itaq; lachrymæ Chriſti accommodentur ad ſim*
*lia exempla: cogitemus flere Chriſtum intuente*
*Germaniam aut aliam Regionem, aut hanc v*
*aliam vrbem non agnoſcentem tempus viſit*
*tionis, & non intelligentem imminentes calam*
*tates & pœnas: Sic cogitet quiſque peccator*
*lacrymis Chriſti, vt adhuc hodie, ſicut dicit*

Euangelio. Item, In Pſalmo. Hodie, ſi audi-
ritis &c. agnoſcat diem viſitationis ſuæ,
noſcat quantas calamitates immineant, agno-
t Dei miſericordiam ſuperabundare & De-
m adhuc proniorem eſſe ad miſericordiam quam
pœnam, & hæc cogitans agat pœnitentiam,
t viciſſim gaudeat tota cœleſtis ſocietas. Qui
nitentiam agere non volunt, illi ſciant pœ-
s certo ſecuturas eſſe, ſicut in hoc Euange-
ad Ieroſolymam dicit Chriſtus: Venient
s ſuper te. Et ſententia horribilis de æternis
nis ſæpe repetitur.

Tertio itaque dicatur de hiſtoria vaſta-
nis Ieroſolymæ, quæ cum prædictione ſeu
mmatione huius Euangelij congruit. Eſt illa
loria tam horrenda, vt non extet ſimilis in
nibus ſcriptis hiſtoricis. Omnes pœnæ gra-
imæ fuerunt coniunctæ, ſeditio, fames, pe-
& bellum externum. Ante obſidionem con-
erant Ieroſolymis, tricies centena millia:
illis nonaginta ſeptem millia capti ſunt, &
inta homines pro denario vno venditi.
em millia interfecerunt hoſtes, reliqua mul-
do perijt ſeditionibus, fame & peſte. Fa-
tanta fuit in Vrbe, vt matres proprios
os coxerint & comederint, & non ſunt
um vendita ſtercora pecorum, ſed in occu-


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*patione vrbis etiam inuenti ſunt, qui ſterc humana haberent in ore, quibus pro cibo v erant, Peſtis tanta fuit, vt mortui ſepelire non potuerint. Occupata vrbs plane vaſtata & ex ſta eſt.*

*Summa hiſtoriæ petatur ex Pomerano a ex Ebero, vterq; enim ſummam eleganter coll git Sic itaq; impleta eſt prædictio ſeu commin tio Chriſti, quæ eſt in hoc Euangelio, Et Matt 24. Ieruſalem, Ieruſalem, ecce relinquetur mus veſtra deſerta, & Matth. 22. Rex irat miſsis exercitibus ſuis perdidit homicidas ill & ciuitatem eorum ſuccendit. Ita fiet omnib qui non volunt agnoſcere tempus viſitatio ſuæ.*

## *DE SECVNDA PAR-TE.*

SECVNDA *pars Euangelij continet t locos.*

*Primus eſt de vero vſu templorum.*

*Secundus, de abuſibus & prohanatio*

*Tertius, quod abuſus & prophanatio templorum tollendi ſunt.*

### DE PRIMO LOCO.

D*E vero templorum vſu dicit Chriſtus: D mus mea, domus orationis eſt, & additur*

ocebat quotidie in templo. *Huc pertinet oratio* *alomonis in dedicatione templi, 3. Reg. 3. Et* *ocus Pſalmi 121. Lætatus ſum in his quæ dicta* *unt mihi, in domum Domini ibimus, ſtant pedes* *oſtri in portis tuis Ieruſalem. Ieruſalem, ædi-* *icatur, vt ſit ciuitas, cuius ſocietas eſt ſimul,* *uia illuc aſcendunt omnes tribus Domini, vt* *at ibi teſtificatio Iſraeli, ad celebrandum nomen* *Domini. Sciamus itaq; quod ſicut Ieroſolimyta-* *um Templum ædificatum fuit ad inuocationem* *doctrinam, quibus compræhenduntur ſimul* *ij ſancti & veri cultus, vt ſacrificia illi popu-* *mandata: Ita quoq; noſtra templa debent eſſe* *ſtinata ad inuocationem & doctrinam, & ve-* *m vſum Sacramentorum ac ſacrificiorum lau-* *is & confeſſionis, quibus verus Deus in con-* *egatione ſanctorum colitur.*

*Deinde etiam ſciamus, quod ſicut Templum* *oſolymitanum, Item, ante illud aræ Patriar-* *arum, & tabernaculum fuerunt certum teſti-* *nium, quod Deus velit eſſe publicas congre-* *tiones viſibilis Eccleſiæ: Ita noſtra templa* *am de hoc teſtimonio nos admonere debent,* *neditatione Articuli fidei. Credo ſanctam* *cleſiam Catholicam, alioqui enim noſtra* *ocatio & cultus DEI ad certum locum* *alligantur, ſicut Chriſtus inquit Matth. 6.*

Cum

Cum oras intra in conclaue tuū. Item, Apoſtolus
1. Cor. 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis
vos. & 2. Cor. 6. Vos templum Dei eſtis vi-
uentis, ſed vult Deus nos in illa congregatione
Eccleſiæ intereſſe, & non temere abeſſe, vt te-
ſtemur nos eſſe membra Eccleſiæ, & profiteri
doctrinam Eccleſiæ & cum Eccleſia noſtras pre-
ces ac cultus coniungere, vbicunq; ſumus, Ac
ſi intereſſe omnino non poſſumus, tamen ſicut
Daniel cap. 6. omnes aperit feneſtras verſus
Ieruſalem: ita vbicunque ſimus ſiue in mari, ſiue
in carcere, ſiue inter Turcas, ſiue inter alios
Ethnicos, tamen animo, voluntate, profeſſione,
inuocatione, fide, coniungere nos debemus cum
viſibili cœtu Eccleſiæ veræ, vbicunq; eſt. Non
debemus enim eſſe velut erronei aut ſolitarij ig-
norantes, an ſimus in Eccleſia, aut in qua Eccle-
ſia eſſe velimus.

Sunt autem notæ propriiſſimæ veræ Eccle-
ſiæ: pura vox doctrinæ cœleſtis, inuocatio vera
& non idolatrica, & verus vſus Sacramento-
rum. Hoc loco breuiter dicatur de cauſis, cur De-
us velit eſſe publicas congregationes Eccleſia-
ſticas, propter quas ædificantur templa.

Primo Ethnici habuerunt arcana con-
uenticula, Sed Deus vult Eccleſiæ conuentus
audiendum Euangelium non eſſe arcanos, Sed
vult Euangelij vocem de Filio ſuo publice

Nam

...are in genere humano, vult agnoſci Filium & ab omnibus hominibus.

Secundo, Deus vult eſſe publicas congregationes propter confeßionem, quæ debet eſſe manifeſta, iuxta dictum Matth. 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus.

Tertio, Deus vult eas congregationes ...e teſtimonia & vincula mutuæ charitatis, & coniunctionis in Chriſto Ieſu. Ideo etiã Sacramenta in illa publica congregatione diſpenſantur, niſi neceßitas impediat.

Quarto, Deus vult vt publicæ congregationes Eccleſiæ admoneant nos, tanquam imagines quamuis obſcuræ, de congregatione Sanctorum in vita æterna, cum ſancta Trinitate, & omnibus ſanctis Angelis.

Hoc in loco addatur admonitio, quod templa Dei honorifice ſint habenda. Principes & quilibet priuatus ſuam domum vult honorifice haberi, non violari turpitudine aut violentia aut immunditia. Ergo etiam ſunt domus Dei ... honore habendæ.

DE SECVNDO LOCO.

ACERRIMA repræhenſio Chriſti eſt. Vos domum meam feciſtis ſpeluncam latronum, ... certe non tantum reprehendit externam

mundi

*nundinationem quæ tamen iſtum locum non decet, Sed multo magis falſam & idolatrican doctrinam ac cultus, Quamobrem Sacerdotes & Phariſæi nundinationes in templo admittebant. Imo ipſi quoq; eas per ſuos mercatores exerce-bant. Nam docens falſa & idolatrica atq; idola-tricos cultus inſtituens, vel exercens prophan- templum Dei, quia vere ex domo Dei, ad orati-nem & doctrinam veram de Deo deſtinata, fac ſpeluncam latronum.*

*Et ſunt iſti latrones, ipſi falſi doctores, ſic Iohan. 10. dicit Chriſtus: Omnes quotquot an me venerunt fures ſunt & latrones, fur non v-nit, niſi vt furetur, mactet & perdat, Matth. vocantur Lupi rapaces. Hoc loco dicatur de fa doctrinis, & idolatricis & impijs cultibus ſac-dotum Iudaicorum & explicentur ſimilitudin quæ ſunt in his appellationibus: latrones, fures lupi rapaces. Item, quod Templa eorum vocan ſpeluncæ latronum, in quibus perduntur anim & corpora eorum, quos ſuis ſeductionibus ca unt, Et fiat accommodatio ad Papiſticos Sac-dotes, & eorum Templa. Papa, Cardinales, E-ſcopi & Sacerdotes Papiſtici ſunt latrones, fu & lupi rapaces, qui ſuis falſis doctrinis & im ac Idolatricis miſſis, inuocationibus, alijſq; ſup-ſtitionibus templa in quibus fieri debebat præ-catio veræ doctrinæ cœleſtis, & inuocatio v*

*ei ad ſalutem hominum, conuertunt in ſpelun-
s latronum, furum & luporum, in quibus ipſi
is ſeductionibus furantur animas, & corpora
o quibus Chriſtus ſanguinem effudit, interfici-
t, mactant, & ſecum ad Diabolum in infernum
ducunt.*

*Hic locus amplificandus eſt citatione præci-
orum errorum, Idolomaniarum, ac abomina-
num Papiſticarum. Item, allegatione exem-
rum de auaritia, & nundinatione Papiſtica,
pæ templa ſunt nihil aliud quam Tabernæ
retriciæ, Domus Baaliticæ & emporia merca-
um, in quibus venduntur omnia diuina et hu-
na, omnia ad turpem quæſtum conuertuntur,
ut eleganter deſcripſit Baptiſta Mantuanus:*

*Petrique domus polluta fluente
rceſcit luxu, nulla hic arcana reuelo,
n ignota loquor. Liceat vulgata referre.
vrbes populiq́; ferunt, ea fama per omnem
a vetus Europam mores extirpat honeſtos,
ctus ager ſcurris venerabilis, ara Cynædis
uit, honorandæ diuum Ganymedibus ædes,
d miramur opes recidiuaq́; ſurgere tecta,
uris odorati globulos & cinnama vendit
llis Arabs, Tyrij veſtes, venalia nobis
pla, ſacerdotes, altaria ſacra, coronæ,
es, Thura, preces, cœlum eſt venale Deuſq́;.*

*In*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*In fine huius loci addatur admoniti*
*2.Corinth.6. Quapropter exite de medio illorum*
*& ſeparamini dicit Dominus.*

DE TERTIO LOCO.

CHRISTVS *Dominus Templi reprehen-*
*prophanationes hac obiurgatione ac doct*
*na: Domus mea, domus orationis eſt, vos a*
*tem feciſtis eam ſpeluncam latronum: in qua o*
*iurgatione manifeſte dicit, ſe eſſe verum Deu*
*cui illud Templum ædificatum fuit, & ſe e*
*vindicem prophanationis templi ſui, Sicut ſ*
*ptum eſt. 1.ad Corinth. 3. Qui templum*
*prophanat, perdet eum Dominus. Atq; ſim*
*duobus modis Templum purgat. Primo, vt*
*potenter eijcit vendentes & ementes è tem*
*& Argentariorum menſas & ſellas vende*
*um Columbas ſubuertit, & non permittit,*
*quiſquam portet vas per illud, Marci 11.*

*Hæc pars exempli pertinet ad Magiſtra*
*qui debent eſſe cuſtodes vtriuſq; tabulæ in ex*
*na diſciplina. Ita etiam prohibere & tollere*
*bent manifeſtas prophanationes Templorum*
*veros doctores & pios cultus amare & fo*
*debent, ſicut Ezechias & ſimiles Reges pij f*
*runt. Secundo, vt Sacerdos non tantum ſ*
*opponit illis prophanationibus vocem doct*

de

e vero vſu templi : domus mea domus oratonis eſt, cum acri obiurgatione : Vos aum feciſtis eam ſpeluncam latronum. Sed otidie templum ingreditur, & docet. Hæc rs exempli ad doctores Eccleſiæ pertinet, qui bent voce, doctrinæ obiurgationibus & adonitionibus deſtruere prophanationes templom. Non tamen damnanda ſunt exempla veri li. Cuius etiam exemplum in facto Chriſti pronitur, ſicut Iohannes 2. dicitur : Recordati nt diſcipuli eius, quod ſcriptum eſt : Zelus dos tuæ comedit me : Sed recte iudicandum eſt zelo, ſecundum ſcientiam, nec debet zeli prætu ornari ſeditio, ſicut ſeditioſi Iudæi ſe ornant Zelatorum nomine. Eſt autem verus zelus tus diuinus excitatus ſingulari operatione Spis ſancti: vt verus zelus fuit in Irene filia im-Imperatoris Licinij, quia ſimulachra patris ulari fortitudine contriuit &c.

In concluſione poteſt addi accommodade templo Dei in corporibus noſtris, ex quius debet etiam exterminari omnis prophanatio, ſicut hanc accommodationem Paulus tractat ad Corinth.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# DOMINICA XI.
## POST TRINITATIS
*Euangelium Lucæ 18.*



IESVS DIXIT A
quoſdam, qui in ſe ip
confidebāt, quod eſſent
ſti, & aſpernabantur cæ
ros, parabolam iſtam: D
homines aſcenderunt in Templum
orarent, vnus Phariſæus, & alter Pu
canus. · Phariſæus ſtans, hæc apu
orabat, Deus, gratias ago tibi, quia n

ſ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

m ſicut cæteri homines, raptores, in-
ſti, adulteri, velut etiam hic Publica
us, Ieiuno bis in Sabbato, decimas do
nnium quæ poſsideo. Et Publicanus à
nge ſtans, nolebat neq; oculos ad cœ-
m leuare, ſed percutiebat pectus ſuum
cens: Deus propitius eſto mihi pec-
tori: Dico vobis: deſcendit hic iuſtifi-
tus in domum ſuam præ illo. Quia
nnis qui ſeipſum exaltat, humiliabi-
, qui autem ſeipſum humiliat, exal-
itur.

*N hoc Euangelio Dominus & magiſter noſter*
*eſus Chriſtus, declarat Articulum doctrinæ*
*iuſtificatione hominis, & controuerſiam quæ*
*per fuit, eſt, & erit de hoc Articulo, inter*
*am Eccleſiam & Hypocritas diſcernit ac di-*
*cat propoſitis duobus diuerſis exemplis, in*
*us nulla eſt obſcuritas. Quare in tota illa*
*utatione debemus huius doctoris deciſio-*
*ſententia & declaratione eſſe contenti, nec*
*rere alias declarationes ex Philoſo-*
*aut Theologia Papiſtica, iuxta Regu-*
*Chriſtianis de doctrina traditam: Hunc*
*te. Item, Oues meæ vocem meam au-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

audiunt. Item, Si manſeritis in ſermone meo vo-
ri diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem.
Item, vos nolite vocari Rabbi, aut Magiſtes
vnus eſt enim magiſter veſter, nempe Chriſtus

Diligenter autē obſeruetur proœmium hu-
ius Euangelij, videlicet: Dicebat ad quoſdam
qui in ſe confidebant quod eſſent iuſti, & aſpe-
nabantur cæteros parabolam iſtam. Hoc enim
proœmium in tota explicatione lucem adfert,
monſtrat dilucidam accommodationem ad perp-
tuam diſputationem, quæ vt dixi ſemper fuit,
& erit de doctrina iuſtificationis.

In doctrina ſeu quæſtione de iuſtificatio-
hominis duæ ſunt partes ſeu membra, videlic
An opera iuſtificent coram Deo? An vero fid
accipiens remiſſionem peccatorum per grat
tam Dei miſericordiam propter Ieſum Chriſtu
mediatorem & redemptorem ſit noſtra iuſti
coram Deo?

## DE PRIMA PARTE QV
ſtionis ſeu diſputationis.

IN prima parte ſeu membro quæſtionis..
homo per opera ſua requirat à Deo iuſtifica
nem & vitam æternam: Non hoc quæritu
pud ſapientes ſeu ſanos. An periuria, homici
furta, Rapinæ, libidines aut alia opera, quæ
am recta ratio, & omnium ſanorum iudici

d. 6

mnat, ſint coram Deo iuſticia, & meritū vitæ
ternæ, *Quia* propria cuiuſq; Ruſtici conſcientia
ſtatur talia opera, & à Deo, & ab hominibus
mnari, ſed hoc quæritur: An opera legis ſeu
edientiæ, ſeu virtutum, ſicut ea ab omnibus
hac vita effici poſſunt, ſint iuſticia coram Deo,
meritum vitæ æternæ. De hac ſententia lis
Eccleſiæ cum aduerſarijs. Phariſæi de hac
æſtione ſic ſentiebant: hominem externis operi-
s legis iuſtificari coram Deo, quia ſcriptum
, qui fecerit ea homo viuet in illis. Verbum
ere autem tantum de externa obedientia,
ſi quid in ea peccatum eſſet de immolatione
rificiorum Legalium intelligebant. Pſeudoa-
ſtoli ſentiebant Euangelij ſeu fidei iuſticiam
n eſſe perfectam & ſufficientem coram Deo,
vitæ æternæ acquiſitionem, niſi accederet
ſeruatio legis, ſicut expreſſe opinio eorum reci-
ur. Acto. 15. Papiſtæ ſeu qui inter eos ſunt do-
ßimi, etiā ſic ſentiunt & docent: meritū Chriſti
fidem in Chriſtum ſine operibus legis & obe-
ntiæ iuxta regulas in ordinibus non ſufficere
uſtificationem ſeu ſalutis acquiſitionem. Hi
que omnes confidunt operibus ſuis, quod
iuſti, & in exemplo Phariſæi eorum opi-
nes damnantur & reijciuntur, quia ipſe non
ificatus abit in domum ſuam. Nulla eſt ob-
itas aut ambiguitas in exemplo.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Itaq; oſtendendum eſt quomodo hoc exem
plum cum diſputatione Apoſtolica, quæ eſt
Actis, & in Epiſt. ad Roma. ad Galat. ad Eph
& alijs conueniat, vbi doctrina exempli fun
mentaliter declaratur, & oſtenduntur cau
certæ & euidentes, Cur nemo hominum ſuis op
ribus debeat confidere, quod per ea coram D
iuſtificari poßit, de quibus cauſis in genere di
tur, Pſalm. 14. 54. ad Roma. 3. cauſis red
tis oſtendimus & Iudæos & Græcos omnes p
cato eſſe obnoxios, ſicut ſcriptum eſt: Non
iuſtus nec vnus quidem. Item, omnes peccau
runt & egent gloria Dei. Exod. 34. Innoce
coram te non eſt innocens. Pſalm. 145. N
intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iu
ficatur in conſpectu tuo omnis viuens.

Sunt autem propter demonſtrationem
diſputatione, & cum conſcientia & cum a
conſiderandæ præcipuæ cauſæ.

Prima & originalis cauſa, ex qua a
enaſcuntur eſt peccatum Originis, quod facit
natura ipſa ſimus peccatores, & filij iræ, ſic
Dauid dicit Pſal. 51. Ecce in iniquitatibus co
ceptus ſum, & in peccatis concepit me ma
mea: Geneſ. 6. figmentum malum eſt. Iob 1
Semen immundum eſt. Ieremiæ 17. Cor peru
ſum eſt. Sapientiæ 12. Natio nequam eſt
malitia ipſorum naturalis eſt, Eſaiæ 43. Pa

*us primus peccauit, ad Roma. 5. Per vnum ho-*
*minem peccatum intrauit in mundum. Item, ſen-*
*s carnis inimicitia eſt aduerſus Deum, ad E-*
*eſ. 2. Eramus natura filij iræ. Audientes au-*
*m dicta de hac fundamentali cauſa, non debe-*
*us eam leuiter curare, ſicut faciunt Papiſtæ,*
*tenuantes malum originis, ſed toto pectore in*
*s conſideratione cohorreſcere, ad agnitionem*
*ccati & pœnitentiam debemus, ſicut Paulus in*
*c meditatione dicit: Scio quod non habitet in*
*, hoc eſt, in carne mea bonum. Et ſicut Spiri-*
*ſanctus, de huius cauſæ fundamentalis con-*
*eratione nos admonet per Iobem cap. 14.*
*is poteſt facere mundum de immundo conce-*
*um ſemine, quaſi dicat: impoßibile prorſus eſt,*
*homo ſuis operibus deleat immunditiem pec-*
*i Originalis. Non poteſt illa immundities de-*
*i aut ablui, niſi per agnum immaculatum Dei,*
*minum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius ſan-*
*is emundat nos ab omni iniquitate.*

*Secunda eſt, quia omnes iuſticiæ hominũ in*
*vita ſunt quaſi pannus menſtruatæ, Eſa. 64.*
*llum enim opus fit cum perfecta obedientia*
*is, iuxta dictum: Diliges Dominum Deum*
*m, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &*
*omnibus viribus tuis, & proximum tuũ ſicut*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

teipſum. Item, Matth. 5. Eſtote perfecti, ſic
pater veſter cœleſtis perfectus eſt, Ideo Iob dic
cap. 9. Verebar omnia opera mea.

Tertia cauſa eſt, quia non eſt iuſtus in te
ra, qui non etiam peccet, Sicut Syracides expre
ſe dicit cap. 7. Non eſt iuſtus in terra, qui faci
bonum, & non peccet. Et Salomon Prouerb. 2.
Septies in die cadit iuſtus. Pſalm. 19. Delic
quis intelligit, Atque quotidie in oratione D
minica dicimus noſtram confeßionem quod
mus peccatores, peccans autem in vno reus e
omnium. Hæ cauſæ conſiderentur in hac doctri
na, vt ſciamus fundamentalem rationem, qua
non debeamus confidere noſtris operibus cora
Deo, quia ſumus omnes peccatores, & ſi quis
cit ſe nō eſſe peccatorē, hic mentitur in corde ſu
& non eſt veritas in eo. Sicut Iohannes inquit
Canonica: Ideo Syrac. inquit 7. Non te iuſtific
ante Deum, quoniam agnitor cordium eſt. Et I
cap. 9. Vere ſcio quod non iuſtificetur hom
comparatus Deo, ſi voluerit contendere cum
non potuerit reſpondere vnum pro mille, Item
me iuſtificare voluero, os meum condemna
me, ſi innocentem oſtendero prauum me co
probabit, etiamſi ſimplex fuero, tamen hoc ipſi
ignorabit anima mea. Item, Chriſtus Lucæ 1
dicite, ſerui inutiles ſumus. Et Paulus 1.
Corinth. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed

A

oc non ſum iuſtificatus. Ad Philip. 3. Si quiſ-
uam alius videtur fiduciam habere in carne ego
agis habeo circumciſus 8. die, Iſrael ex genere,
xta legem Phariſæus: iuxta iuſticiam, quæ eſt
lege irreprehenſibilis, ſed quæ mihi erant lucra
t arbitratus ſum propter Chriſtum damnum
e.

Iam itaq; addatur reprehenſio fiduciæ hypo-
iticæ, qualis eſt hodie in Monachis & Papiſtis,
ius reprehenſionis exemplum extat Matth.
3. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ,
ia purgatis exteriorem partem poculi, intus
tem pleni eſtis rapina & immundicia. Væ vo-
Scribæ & Phariſæi & hypocritæ, qui ſimiles
is ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem appa-
nt ſpecioſa, ſed intus ſunt plena oßibus mor-
orum & ſpurcicia. Sic & vos foris quidem
aretis hominibus iuſti. Intus vero pleni eſtis
ocriſi, & iniquitate. Et hæc reprahenſio am-
ficetur argumentis ex Epiſtola ad Romanos
Galatas, videlicet:

Primo, Quia confidentes operibus confidunt
oßibili, eſt enim impoßibile, quod opera le-
poſſunt quenquam hominẽ iuſtificare, ſicut ad
ma. 8. dicitur: Impoßibile eſt legi. Item ad
ma. 3. Ex operibus legis non iuſtificatur om-
caro coram illo, Per legem enim eſt agnitio
cati. Item, Lex iram operatur. Lex eſt miniſtra-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tio mortis &c, Ergo ſicut ira non eſt gratia, mor non eſt vita. Ita Lex non poteſt iuſtificare au viuificare.*

*Secundo. Quia confidentes operibus aſpernã tur, & abijciunt gratiam Dei, & meritum Ieſ Chriſti, ſuntq́ maledictioni ſubiecti, ſicut hoc de monſtrat Paulus ad Galat. 3. Quotquot ex ope ribus legis ſunt, maledictioni ſunt obnoxij, a Galat. 5. Chriſtus vobis ocioſus eſt, quicun per legem iuſtificamini, à gratia excidiſtis, de autem dicit ad Galat. 2. Non aſpernor gratian Dei, quia ſi ex Lege iuſticia, Chriſtus fruſtra mor tuus eſt.*

## *DE SECVNDA PARTE QVÆ ſtionis ſeu diſputationis.*

*SEcunda pars quæſtionis eſt, An fides accipien in vera conuerſione ſeu pœnitentia remiſſio nem peccatorem per gratuitam Dei miſericord propter Chriſtum Mediatorem & redemptore ſit iuſticia noſtra coram Deo? Hanc quæſtione declarat Chriſtus exemplo Publicani, qui ſtan in templo, non vult oculos ad cœlum leuare, ſe percutit pectus ſuum, dicens: Deus propiti eſto mihi peccatori, & addit Chriſtus ſententia definitiuam, Hunc iuſtificatum deſcendiſſe domum ſuam. Hoc itaq́ exemplum cum ſentent definitiua Chriſti, diligenter in diſputatione iuſtificatione hominis obſeruetur. Expreſſe eni*

*& ſiu*

*& ſine omni ambiguitate, docet peccatores agentes pœnitentiam, per ſolam fidem accipientes Dei miſericordiam & peccatorum remiſsionem propter Chriſtum iuſtificari, hoc eſt, abſolui à peccatis & reputari iuſtos ad hæreditatem vitæ æternæ. Itaq; Paulus ad Philip. 3. dicit: ſe omnia ſua opera arbitrari eſſe damnum propter excellentiam cognitionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, propter quem inquit omnia pro damnis duxi & habeo pro reiectamentis, vt Chriſtum lucrifaciam, vtq; reperiar in illo, non habens meam iuſtitiam ex lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt, iuſticia ſuper fide.*

*Signa pœnitentiæ in Publicano ſunt, quod vocat peccatorem, & non iudicat ſe eſſe dignum, vt oculos attollat in cœlũ, & pectus tundit, ſicut Filius prodigus, Lucæ 15. iudicat ſe eſſe indignum, qui vocetur filius patris ſui Sed vox fidei viuentis & elucentis in vera pœnitentia eſt hæc breuis, ſed ſeria ac fiducialis inuocatio: Deus propicius eſto mihi peccatori. Oratio autem vt Deus ſit peccatori propitius: manifeſte petit, vt Deus per gratiam & miſericordiam peccata remittat, atq; includit fidem in Chriſtum Mediatorem & redemptorem ſeu propitiatorẽ, quia extra Chriſtũ nulla eſt promiſſa peccatoribus gratia, aut propitio aut remiſsio peccatorũ. Omnino itaq; conuenit oratio Publicani cũ Dauidis oratione Pſal. 51. Mi-*

*Miſerere mei Deus, ſecundum magnã miſerico
diam tuam, & ſecundum multitudinem miſera
tionum tuarum dele iniquitatem meã. Item, cu
noſtra quotidiana inuocatione. Dimitte nobis d
bita noſtra, & cum Articulo fidei, in quo eſt d
ſcripta iuſtificatio Eccleſiæ coram Deo. Cre
remiſsionem peccatorum.*

*Ad hanc doctrinam accommodentur co
gruentia teſtimonia, Argumenta & declarati
nes ſcripturæ, quod non per opera legis, ſed ta
tum per fidem Ieſu Chriſti iuſtificamur, hoc e
accipimus remiſsionem peccatorum, & vita
æternam, Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundu
&c. Eſſet autem filius Dei fruſtra datus mun
ſi opera iuſtificarent & mererentur vitam æte
nam, ſicut ad Gal. 2. dicitur. Si ex lege eſt iuſ
cia, Chriſtus fruſtra mortuus eſt. Et ad Galat.
Si data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, vere ex
ge eſſet iuſticia. Item, ad Roma. 3. Ex operib
legis non iuſtificabitur omnis caro coram ipſo, p
legem enim eſt agnitio peccati, nunc vero ab
lege iuſticia Dei manifeſtata eſt, comprobata
ſtimonio legis & Prophetarum. Iuſticia v
Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſu
omnes, qui credunt ei, non enim eſt diſtinct
Omnes peccauerunt & carent gloria Dei, iuſti
cantur autem gratis per ipſius gratiam, per
demptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem p*

poſ

*poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius.*

*Item, Arbitramur igitur fide iuſtificari hominem ſine operibus legis, ad Roma. 4. Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet quod glorietur, ſed non apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſticiam, ei vero qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei autem qui non operatur, ſed credit in eum, qui iuſtificat impium imputatur fides ſua ad iuſticiam. Quemadmodum & Dauid explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat iuſticiam abſq; operibus. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Non ſcriptum eſt autem propter Abraham, tantum imputatum fuiſſe illi, ſed etiam propter nos quibus imputatur credentibus in eum, qui excitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus fuit propter peccata noſtra, & excitatus eſt propter iuſtificationem noſtri. Ad Roma. 5. Quemadmodum per inobedientiam vnius peccatoris conſtituti fuimus multi, ita per obedientiam vnius iuſti conſtituentur multi, ad Rom. 6. Donum Dei eſt vita æterna per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad Gala. 2. Quemadmodum Abraham credidit Deo, & imputatum*

eſt

eſt ei ad iuſticiam, ſcitis igitur quod qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ, prouidens autē ſcriptura, quod ex fide iuſtificet gentes Deus, præeuangelizauit Abrahæ: benedicentur, inquiens, in te omnes gentes. Itaq; qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abraham. Nam quotquot ex operibus legis ſunt, maledictioni ſunt obnoxij. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea. Quod autem in lege nullus iuſtificatur apud Deum manifeſtum eſt, ſiquidem iuſtus ex fide viuet. Lex autem non ex fide, ſed qui fecerit ea, homo viuet in eis, Chriſtus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum: Scriptum eſt enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentes benedictio veniret per Chriſtum Ieſum, vt promiſsionem Spiritus acciperemus per fidem, ad Ephe. 2. Gratia ſaluati eſtis per fidem, idque non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur &c.

Hæc & ſimilia dicta de iuſtificatione & donatione vitæ æternæ, non propter opera, ſed propter filium Dei Ieſum Chriſtum per fidem diligenter explicentur. Et repetantur ex Euangelio 2. Domin. Trinitatis cauſæ, cur excluſiua in hoc Articulo firmiter retinenda ſit? in qua repetitione præcipue hæc dicta de duabus cauſis inculcentur

quæ

…ia abiecta excluſiua per conditionẽ operum no-
…orum amittitur Chriſtus, cum ſuis meritis, ad
…alat. 5. Chriſtus vobis factus eſt ocioſus, qui-
…nq; per legem iuſtificabimini, à gratia excidiſtis,
…einde abiecta excluſiua per conditionem ope-
…m amittitur conſolatio Euangelica, quam ne-
…ſſe eſt firmam & certam eſſe, quia dubia con-
…latio non eſt conſolatio. Itaq; ad Roma. 4. ex-
…eſſe dicitur. Si illi qui ad legem pertinent hæ-
…des ſunt; inanis facta eſt fides, & irrita fa-
…a eſt promiſsio. Nam lex iram operatur, idcirco
… fide datur hæreditas, ſecundum gratiam, vt
…ma ſit promiſsio omni ſemini. Et hæc certitu-
… conſolationis quam operatur Spiritus ſanctus
…credentibus pro certo experimento & teſtimo-
…o huius doctrinæ, de iuſtificatione fidei allega-
… à Paulo ad Galat. cap. 3. Hoc ſolum cupio
…ſcere à vobis, an ex operibus legis Spiritum
…epiſtis, an ex prædicatione fidei? Item, Qui
…tur ſubminiſtrat vobis ſpiritum & operatur
…rtutes in vobis, vtrum ex operibus legis, an
… prædicatione fidei id facit? Et cap. 4. ad Galat.
… 8. ad Roma. Quoniam eſtis filij, miſit Deus
…ritũ filij ſui in corda veſtra clamantẽ Abba pa-
…. Ipſe Spiritus teſtatur ſpiritui noſtro, quod ſi-
…s filij Dei. Ephe. 1. Priores ſperauimus in Chri
…, in quo ſperatis & vos, audito verbo verita-
tis, Euan-

*Euangelio ſalutis veſtræ, in quo etiam poſte*
*quam credidiſtis obſignati eſtis Spiritu promiſſi*
*nis ſancto, qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ in r*
*demptionem acquiſitæ promiſſionis in laude*
*gloriæ ipſius.*

*Hoc teſtimonium ſeu experimentum ma*
*feſtis miſſionibus Spiritus ſancti comprobat*
*eſt poſt miſſionem Chriſti, ſicut teſtatur hiſto*
*Apoſtolicorum actorum. Et Petrus teſtimo*
*illa allegat in Synodo Apoſtolica, Acto. 15.*

*Addatur itaq; admonitio, vt à puritate hu*
*doctrinæ non recedatur, quia hæc doctrina eſt*
*ſtificata, à Lege & Prophetis ad Roma.*
*Huic enim Ieſu Chriſto omnes Prophetæ teſtin*
*nium perhibent. Acto. 10. Et non eſt in a*
*quoquam ſalus, nec eſt aliud nomen ſub cœlo*
*tum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fie*
*Acto. 4. In hac admonitione citetur graui*
*mum dictum ex 1. Iohan. cap. 3: Tres ſunt*
*teſtimonium dant in cœlo,, Pater, Verbum*
*Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.*
*tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spirit*
*Aqua, & Sanguis, & hi tres vnum ſunt.*
*teſtimonium hominis accipimus, teſtimoni*
*Dei maius eſt, quoniam hoc eſt teſtimonium*
*quod maius eſt, quòd teſtificatur de filio ſuo:*
*credit in Filium, habet teſtimoniũ in ſe, Qui v*
*non credit Deo, mendacem facit Deum, quia n*

cre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

edit in teſtimonium, quod teſtificatur Deus de
lio ſuo, & hoc eſt teſtimonium, quoniam vi-
m æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in
lio eius eſt, qui habet filium Dei, habet vi-
m, qui non habet filium Dei, vitam non ha-
t.

In concluſione applicetur Euangelium ad
ctum Chriſti, Matthæi 21. ad Sacerdotes &
niores, Amen dico vobis: quod Publicani &
eretrices præcedent vos in regnum Dei, venit
im ad vos Iohannes per viam iuſticiæ, & non
didiſtis ei: Publicani autem & Meretrices
diderunt ei. Hæc applicatio oſtendit: tales hi-
rias peccatorum non proponi Eccleſiæ ad ap-
bationem & imitationem peccatorum, ſed ad
itationem fidei in vera pœnitentia ſeu conuer-
ne, ſicut Paulus 1. ad Timoth. 1. de ſe dicit:
ſericordiam conſecutus, vt in me oſtenderet
us Chriſtus omnem clementiam ad exprimen-
n exemplum illis, qui credituri eſſent in vi-
a æternam. Non autem ad exprimendum ex-
plum illis, qui in peccatis eſſent perſeueraturi.
1. Iohannis 2. dicitur: Filioli mei hæc ſcribo
bis, vt non peccetis, & ſi quis peccauerit ad-
atum habemus apud Patrem Ieſum Chri-
m iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis
ris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam
totius mundi.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# *DOMINICA XII. POST TRINITATIS*

*Euangelium Marci 7.*



ET ITERVM EXIE
de finibus Tyri & Sidon
venit ad mare Galilææ,
ter medios fines Decapo
os, Et adducunt ei ſurd
impeditæ linguæ. Et deprecaba
eum, vt imponeret illi manum, Et
prehendens eum de turba ſeorſum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

it digitos ſuos in aures eius, & expu-
ens, tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in
cœlum, ingemuit, & ait illi: ephata,
quod eſt, adaperire, & ſtatim apertæ
ſunt aures eius, & ſolutum eſt vincu-
lum linguæ eius, & loquebatur recte.
it præcepit illis, ne cui dicerent. Quan-
to autem magis ille eis præcipiebat, tan-
to magis prædicabant, & ſupra modum
ſtupebant, dicentes: Bene omnia fecit,
ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

*N Euangelio primo conſideranda eſt hiſtoria miraculi de ſanatione Surdi & Muti.*

*Secundo, eius miraculi ſignificatio ſeu ommodatio.*

## *DE HISTORIA MIRACULI.*

*MIRACVLVM hoc, primo pertinet ad demonſtrationem diuinitatis Ieſu, iuxta dictum. Iohan. 2. Hoc initium fecit ſignorum Ie- & manifeſtauit gloriam ſuam. Item, Iohan. .. Item, Ioh. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam ſi vnigeniti à patre. Nā nō humanæ virtutis,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

& artis opus eſt ſurdum & mutum ſanare, &
quidem ita vt qui nunquam verbum vnum au
diuit, & locutus fuit, mox rectè loquatur, Se
hoc eſt opus ſolius Dei creatoris. Itaq; in hoc mi
raculo præcipuè hæc obſeruatio inculcetur, nim
rum quod Euangeliſta dicit, & ſtatim aperti
ſunt aures eius & ſolutum eſt vinculum eius
loquebatur rectè.

2 SEcundo pertinet etiam hoc miraculum
demonſtrationem quod Ieſus ſit Chriſtus, hoc e
promiſſus & datus Meßias, qui ideo venit
mundum, vt deſtruat opera Diaboli, & tolla
nobis peccatum, cum ſuis effectibus. Atq; har
demonſtrationum ille finis eſt, vt credentes
hunc Ieſum habeamus vitam æternam, ſicut
han: 20. dicitur. Hæc ſcripta ſunt vt cred
quod Ieſus ſit Chriſtus filius Dei, & vt cred
tes vitam habeatis in nomine ipſius. Fit aut
ſpecialiter etiam horum miraculorum mentio
Prophetia de Meßia, Eſaia 35. Tunc aperi
tur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebu
tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta
lingua mutorum.

Hic itaq; eſt primus locus conſiderationis
ſtoriæ, in quo loco poßunt plura repeti ex doc
na de miraculis ex Euangelio Dominicæ 7. T
nita: Et præcipuè quod miracula ſint teſtimo
de doctrina & ſint exēpla promißionū ſpiriti

A

...ium, & corporalium, admonentia ſingulos de ...pplicatione fidei & de inuocatione.

SEcundus locus eſt de vſu medicorum: ...hriſtus multa miracula fecit ſine medijs, ſolo ...erbo, vt Lazarum ſolo verbo excitauit, ſed in ...peratione huius miraculi medijs & cæremonijs ...ſus eſt cum verbo, miſit digitos in aures ſurdi, ...& expuens tetigit linguam & ſuſpiciens in cœ...um ingemuit, & ait Ephata, hoc eſt, aperire: ...imile exemplum extat Iohan: 9. Vbi ſanans ...ecum natum expuit in terram & facit lutum, ...uo vngit oculos Cœci, & mandat vt lauet ſe in ...atatoria Siloe. Monet itaq; hæc obſeruatio, ...uod Deus dupliciter agit nobiſcum, aut ſine ...edijs, aut per media. Et cum per media agit, ta...en ipſius virtutem & operationem in medijs co...noſcere debemus, & media quæ ſunt ordinata à ...eo non debemus contemnere, Vt cum Ezechi...n peſte laborantem ſanat, iubet Eſaias imponi ...ſtilentiali vlceri ficum. Hoc medium Ezechias ...n contempſit, ſed eo cum inuocatione diuini au...lij, & cum gratiarum actione vſus eſt. Sic & ...s facere debemus, quia media à Deo ordinata ...ntemnere eſt ingratitudo & eſt tentatio Dei. ...d caueamus ne pro medijs à Deo ordinatis v...mur medijs ſuperſtitione magica excogitatis. ... hoc itaq; loco poteſt addi de vſu medicinarū & ... dicto Syrac. cap. 38. Honora medicū propter

 neceſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*neceſsitatem, Dominus enim eius autor eſt*
*nam omnis medicina manat ab altiſsimo. Item*
*Altiſsimus de terra procreauit medicamenta, ne*
*abhorrebit illa vir ſapiens.*

*Tertius locus eſt de gemitu Chriſti, Conſide*
*rans Chriſtus calamitates, & mala ſuper gen*
*humanum per Diabolum, & per peccatum inu*
*cta, ingemuit: ſic etiam in tali conſideratione*
*mortuo Lazaro fleuit. Hæc obſeruatio nos quo*
*admonere debet, ne illa mala noſtra leuiter cur*
*mus, ſicut faciunt Epicurei.*

*Quartus locus, eſt de probibitione, n*
*cui dicant: Homines curioſi mouent inextricab*
*les quæſtiones. An Chriſtus hoc loco, Et Matt*
*8. Marci 1. & 9. probibuerit confeſsionem e*
*beneficij diuini celebrationem, & an peccauerit*
*illi, qui beneficia Chriſti tamen celebrauerun*
*ſicut hic dicitur: Quanto magis præcipiebat, tan*
*magis prædicabant? Tales Labyrinthi quæſti*
*num inutilium fugiendi ſunt. Eſt autem de ta*
*bus probibitionibus ſimpliciter iudicandu*
*Quod non ſint probibitiones, confeſsionis, a*
*gratæ celebrationis diuinorum beneficiorum, ſ*
*quod pertineant ad dictum Iohan. 8. Ego glo*
*am meam non quæro. Item, ſi ego glorifico m*
*ipſum, gloria mea nihil eſt. Itaq; in his probi*
*tionibus proponit Chriſtus exemplum, in q*
*probibet ambitionem & cupiditatem gloriæ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

eribus, quæ à Deo per nos fiunt, Ac docet fre-
re animos & cupiditates, ne abutamur donis
beneficijs ad ſuperbiam.

Quintus locus eſt de admiratione videnti-
miraculum Chriſti, & Epiphonemate ſeu ac-
matione, bene omnia fecit, & ſurdos fecit au-
re, & mutos loqui. Sic ſemper conſiderantes di-
ia miracula in tota creatura, & in nobiſmeti-
s dicere debemus, bene omnia fecit. Nam hæc
nt opera Dei in creaturis, & in nobis ipſis,
æ non ſunt, facit vt ſint, quæ ſunt res mortuæ,
it vt viuant, Quæ ſunt res cæcæ, ſurdæ, mu-
, claudæ, facit vt videant, audiant, loquan-
, ambulent, moueantur &c. conſiderentur ar-
e s, plantæ, ſemina, conſiderentur propria cor-
a, & membra noſtra, nonne recte dicimus:
ne omnia fecit? Corpora noſtra fecit viuere,
los noſtros videre, aures audire, linguas lo-
i, pedes ambulare, manus laborare &c. Nam
nis noſtra vita, motus & ſenſus ex ipſo eſt, ſi-
Acto. 17. dicitur: In ipſo viuimus, moue-
r & ſumus. Et Prouerb. 20. Vt auris audi-
& oculus videat, Deus fecit vtrumq;.

## DE SIGNIFICATIONE ET applicatione.

W SIGNIS eſt huius miraculi ſignificatio
& applicatio ſpiritualis, in qua primus locus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

eſt, quod omnes homines naturaliter ſunt ſurdi
& muti ad regnum cœlorum: Vt autem audia-
mus verbum Dei & loquamur, illud à ſolo Deo
eſt. Sicut in Eſaia dicitur cap. 50. Dominus Deus
dedit mihi linguam eruditam, vt fatigatis opor-
tunè ſciam loqui verbum. Excitat me quotidie
mane, excitat mihi aurem vt audiam velut Di-
ſcipulus, Dominus Deus aperuit mihi aurem &
ego non repugno, nec retro abeo. Tales ſunt om-
nes homines antè conuerſionem muti & ſurdi, ni-
ſi Deus ipſis aures aperiat & linguas ſoluat.
Itaq; ſæpe hæc querela repetitur, incircumciſæ
ſunt aures eorum Ierem: 6. Non audiunt nec
inclinant aurem ſuam, imo indurant ceruicem
ſuam ne audiant me & ſinant ſe erudiri. Ierem.
17. Continuerunt aures eorum Act. 7. Exem-
plis de auribus & linguis non conuerſorum ple-
nus eſt totus mundus. Philoſophi & omnes ſapi-
entes mundi non conuerſi nihil tam ægrè ferunt
quam Euangelium Ieſu Chriſti, multo minus
eo loqui poſſunt. Nam aures eorum ſunt à Dia-
bolo obturatæ & linguæ ligatæ ſunt. Paulus an-
te conuerſionem audiens de Euangelio Ieſu Chri-
ſti ſpirabat minas, multo minus lingua ſua de eo
loqui poterat. Nam Diabolus & aures ipſius ob-
turauerat & linguam ligauerat, ſed in conuerſio-
ne ipſius fecit filius Dei hoc miraculum, aperuit
ſubito aures ipſius vt audiret et ſoluit vinculum

ling

guæ ipſius, vt loqueretur rectè verbum Dei
omnes gentes, & quidem ſicut in hoc miracu-
ita etiam in Pauli conuerſione inſignis eſt ob-
ruatio, quod ſicut hic mutus & ſurdus mox re-
è loquitur: Ita Paulus conuerſus etiam rectè
quitur Euangelium factus ex hoſte, ſurdo &
uto, eloquentiſſimus Apoſtolus. Hæc explicatio
ſigniter poteſt illuſtrari exemplis. Nam in con-
rſione illorum qui ex Papiſticis tenebris trans-
untur ad regnum Chriſti, quotidiè ſimilia ex-
pla accidunt. Et ad hanc explicationem perti-
t citatio breuis dicti, 2. ad Corinth. 3. Non
mus ſufficientes cogitare aliquid à nobis qua-
ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.
mmendetur itaq; hoc loco Chriſtiana conſuetu-
incipiendi conciones verbi Dei ab inuocatio-
, vt Dominus per Spiritum ſanctum linguam
cionatoris ſoluat ad recte loquendum, &
res auditorum aperiat ad audiendum, cum
ctu, & talis inuocatio extat, Pſalm. 51. Do-
ne labia mea aperies, & os meum annunciabit
dem tuam. Item, auditui meo dabis gaudium,
læticiam, & exultabunt oſſa humiliata.

Secundus locus eſt de Sacramentis cū verbo
iunctis, quæ cum verbo coniuncta ſunt media
rationis Dei in nobis, etiamſi nos modum ope-
ionis neſcimus, pertinent enim Sacramenta cū
rbo coniuncta ſimul ad definitionem Euange-

lij, Euangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni
credenti. Sicut in hoc miraculo cum verbo ephta
ta coniungit Chriſtus Ceremonias & media,
quemadmodũ etiã Ioh. 9, Quas ſi quis dicat fuiſſe
inutilia & ocioſa, ille filium Dei ſtulticiæ arguit.
Sic itaq; etiam cogitare debemus de coniunctione
Sacramentorum cum verbo. Et ſi quis dicat Sa-
cramenta à filio Dei inſtituta eſſe inutilia aut
otioſa, ille certe filium Dei ſtulticiæ arguit. Citen-
tur alia exempla de medijs, vt de virga Moſis, de
æneo ſerpente & ſimilia.

Tertius locus, eſt de recto vſu linguæ, per-
tinens ad octauum præceptum. Magnum benefi-
cium eſt donum linguæ in tota vita, & omni vi-
tæ genere & officio Eccleſiaſtico, Politico, Oe-
conomico ſeu priuato, omnia enim adminiſtran-
tur, gubernantur & regũtur beneficio linguæ. ſeu
ſermonis. Cum itaq; homines non recte vtuntur
linguis ſuis, tunc multa mala fiunt. In Eccleſia
corrumpitur doctrina, ſeducuntur homines ad
Diabolum & perditionem: in politijs corrum-
puntur iudicia, communis vita & ſocietates re-
plentur calumnijs, mendacijs, fraudibus, impoſtu-
ris, & infinitis malis. Itaq; grauiſsime dicit Iaco-
bus cap. 3. Ecce, Equis frena in ora mittimus, vt
pareant nobis, & totũ corpus illorum agitamus.
Ecce naues cum magnæ ſint, & à ventis valid
moueantur, feruntur autem à modico guber-

cu-

*ulo, quorſum impetus dirigētis voluerit. Lingua uidem modicum membrum eſt, et magna efficit. cce quantus ignis quam magnā ſyluam incēdit, r lingua velut ignis eſt & ſumma iniquitatis, gua cōſtituitur in membris noſtris, quæ macu- t totū corpus & inflāmat rotam natiuitatis no- ræ, inflammata à gehenna. Omnis enim natura ſtiarum & volucrū & ſerpentium & cætero- domatur, & domita eſt à natura humana. Lin- ā autē nullus hominum domare poteſt, inquie- m malum, plena veneno mortifero, per ipſam nedicimus Deum & patrem, & per ipſam ma- licimus hominibus, qui ad imaginem & ſimili- dinem Dei facti ſunt, ex eodem ore procedit nedictio & maledictio. non oportet fratres mei fieri. Hoc itaq; loco inſtituatur admonitio ad nis generis, & conditionis homines, vt quiſq; ſuo officio recte vtatur lingua, ſicut Spiritus ctus admonet. Pſal. 34. Prohibe linguā tuā à lo & labia tua ne loquātur dolū, Et in Prouer- ſæpe hæc admonitio repetitur. Concionator ſic tur lingua ſua, vt loquatur veritatē et ſermo Dei recte, ſicut inquit Dominus per Prophetā, . 23. Propheta qui nihil habet niſi ſomnia, dicet ſomnia, qui autē habet verbū meū, præ- t verbū meū recte. Et 1. Pet. 4. Si quis loqui- loquatur vt ſermones Dei. Rom. 15. Non m aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit ſtus. Sic magiſtratus & Iudex recte loquatur*

in

in ſuo officio, Non corrumpat & peruertat iudi-
cium, non dicat bonum malum, & malum bo-
num. Talibus enim grauiter comminatur Deu
Eſaiæ 5. Væ qui iuſtificatis impium &c. Sic pa-
terfamilias, & quilibet homo agens cum proxim
loquatur veritatem & non aſſuefaciat lingua
ſuam ad mendacia, calumnias & fraudes, & ab
ſtineat à ſermonum ſpurcicia, ad Epheſ. 4. Om-
nis ſermo ſpurcus non procedat ex ore veſtr
Sententiæ huius admonitionis multæ extant
ſcriptura, quæ ſolent citari in Catechiſmo de
præcepto. In primis autem hæc admonitio exa
geretur dicto Chriſti, Matth. 12. Dico vob
quoniam omne verbũ otioſum, quod locuti fu
rint homines, reddent rationem de eo in nouiſsi
die. Poſtremo in hoc loco addatur etiam adm
nitio, vt quiſq; lingua ſua vtatur ad inuocati
nem & laudes Dei, pijs ſermonibus, colloqu
concionibus &c. Talis vſus linguæ eſt ſacrifi
um laudis, ſicut ad Hebræ. 13. dicitur: P
Chriſtum offeramus hoſtiam laudis, ſemper D
id eſt, fructum labiorum noſtrorum confiden
um nomini eius.

Quartus locus, eſt de admiratione fidei
prædicatione beneficiorum Dei, quæ per fili
eius Ieſum Chriſtum nobis ſunt exhibita, & qu
tidie exhibentur, de quibus recte dicimus: B
omnia fecit. Huc pertinet Pſalm. 103. Bene

anima

nima mea Domino, & noli obliuiſci omnes re-
tributiones eius, qui propitiatur omnibus ini-
quitatibus tuis, & ſanat omnes infirmitates tu-
as, qui redemit de interitu vitam tuam,
qui coronat te miſericordia & mi-
ſerationibus.

# DOMINICA XIII. POST TRINITATIS

Euangelium Lucæ 10.



Et

ET CONVERSVS AD diſcipulos ſeorſim dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, Dico enim vobis: quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.

Et ecce quidam Legiſperitus ſurrexit: tentans illum, & dicens: Magiſter quid faciendo, vitam æternam hæreditabo? At ille dixit ad eum, In lege quid ſcriptum eſt, quomodo legis? Reſpondens autem dixit, Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum, Dixit autem illi: recte reſpondiſti, hoc fac, & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus?

Reſponden autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis

diti

ditis abierunt ſemimortuo relicto. Ca-
ſu autem Sacerdos quidam deſcendit
eadem via, & viſo illo præteriuit. Simi-
liter & Leuita, cum veniſſet ſecus lo-
cum, & videret eum, pertranſiuit. Sa-
maritanus autem quidam iter faciens,
venit ſecus eum, & videns eum, miſeri-
cordia motus eſt. Et accedens, alligauit
vulnera eius, infundens oleum & vinũ.
Et imponens illum in iumentum ſuum,
duxit eum in hoſpitium, & curam eius
egit. Et altera die egrediens, protulit du-
os denarios, & dedit hoſpiti, & ait illi:
Curam illius habe & quodcunq; ſuper-
rogaueris, ego cum rediero, reddam
tibi. Quis ergo horum trium videtur ti-
bi proximus fuiſſe illi, qui incidit in la-
trones? At ille dixit: Qui fecit miſeri-
cordiam in illum. Ait ergo illi Ieſus, Va-
de, & tu fac ſimiliter.

*QVÆ ſunt partes Euangelij.*

*Prima eſt congratulatio Chriſti ad diſcipulos de ipſorum fœlicitate, quam multi Prophetæ & reges cõcupierũt, ſed nõ ſunt conſecuti, videlicet quod cõtigit corã corporaliter videre &*

audire

*audire filium Dei incarnatum Meſſiam, promi-
ſum & exhibitum & cum illo conuerſari, &
colloqui, ſicut homo conuerſatur & colloquitur
cum amico ſuo aut diſcipuli cum præceptore ſuo
quem quotidie audiunt, & ab eius ore penden-*

*Secunda pars eſt de quæſtione Iuriſperi-
quid faciendo vitam æternam poſſidere poſſi-
Et de repræhenſione Chriſti per allegoriam
viatore à Latronibus vulnerato, quem præte-
eunt Sacerdos & Leuita, ſed Samaritanus e-
curat, alligans vulnera eius, infundens oleum
vinum, eumq́ iumento ſuo deferens in diuer-
rium &c. Hæc pars pertinet ad doctrinam
diſcrimine legis & Euangelij. Eſtq́ eius ſumm-
quod Ieſus Chriſtus filius Dei præfiguratus
Samaritano, quia ſic eum appellant Iudæi, c-
temptus gratia. Iohan. 8. ſit verus Saluator:
ſter, alligans & ſanans mortalia vulnera pec-
torum noſtrorum inflicta à Diabolo, ſicut Eſ-
53. dicitur: Liuore eius ſanati ſumus.*

*Loci primæ partis tres ſunt.*

*Primus, de deſiderio patrum expecta-
tium aduentum Meſſiæ in carnem.*

*Secundus, de cauſa, cur Chriſtus bea-
dicat Apoſtolos præ Regibus & Prophetis.*

*Tertius locus, ad quid proſit Eccl-
corporalis Apoſtolorum conuerſatio cum C-
ſto:*

Z

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

DE PRIMO
loco.

PRIMVS locus eſt in his verbis: Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audiuerunt. Oſtendit enim Chriſtus his verbis, fuiſſe ab initio mundi poſt lapſum in omnibus ſanctis magnum deſiderium, & expectationem aduentus promiſſi Meſsiæ in carnem, ad impletionem promiſsionum: qualis expectatio deſcribitur Lucæ 2. in ſancto Simeone: Simeon erat iuſtus & pius, expectans conſolationem Iſrael. Et paulò poſt de pluribus alijs ſimiliter dicitur: Anna Prophetiſſa loquebatur omnibus de illo, qui expectabant redemptionem in Ieruſalem. Eua prima mater nato primogenito Cain ſignificauit, quanto deſiderio ipſa expectauerit incarnationem Meſsiæ, promiſſi ſeminis, qui eſſet contriturus caput Serpentis. Sic enim ſcribitur Gene. 4. quòd nato Cain gratulabunda dicit: Acquiſiui virum Ethiehoua eſt, virum Dominum, den Man/den HErrn/ hoc eſt, Meſſiam promiſſum hominem & Deum. Ideoq́ ei impoſuit nomen Cain, id eſt, acquiſitio. Etſi autem in perſona fallitur miſera Eua, tamen quanto cum deſiderio fidei aduentum Meſsiæ exoptauerit cum ſuo Adam, id clariſsimè ſignificat. Tale deſiderium fuit in Seth, Enoch, Mathuſalem,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Noha, Sem Iaphet, Abraham, Iſaac, Iacob, aliiſq;
patribus ante diluuium, & poſt diluuium. Item
in ſanctis Prophetis, Elia, Eſaia, Ieremia, Danie
le &c. Et in ſanctis Regibus, Dauide, Ioſaphat
Ezechia, Ioſia &c. Omnes hi deſiderauerunt vi
dere Filium Dei incarnatum oculis ſuis, audir
eum auribus, & cum eo conuerſari, ſicut cum ip
Diſcipuli ſunt conuerſati, quemadmodum d
Abrahamo dicit Chriſtus Iohan. 8. Abraham
exultauit, vt videret diem meum. Et Dauid di
cit Pſal. 14. & 53. Vtinam detur ex Zion ſal
Iſrael, & Dominus ſaluet captiuitatem popu
ſui Et Eſa. 64. Vtinam dirumperes cælos, &
deſcenderes. In eo deſiderio fides patrum con
deranda eſt, videlicet, quòd omnem fiduciam l
berationis à peccato, morte & regno Diaboli
ſpem vitæ æternæ poſitam habuerunt in incarn
tione & ſatisfactione ſeu redemptione promi
Meßiæ. Simile eſt deſiderium ſecundi aduent
Chriſti in omnibus piis de quo deſiderio loq
tur Paulus ad Rom 8. Gemimus in nobiſm
ipſis, adoptionem expectantes, redemptionem co
poris noſtri: Siquidem ſpe ſalui facti ſum
Hoc etiam deſiderium eſt teſtimonium fidei cr
dentis Ieſum Chriſtum ſatisfeciſſe pro pecca
noſtris, ideoq; certò ſperantis atq; expectantis
ſurrectionem mortuorum in nouißimo die & v
tam æternam.

De

## DE SECVNDO loco.

IOAN. 8. dicit Chriſtus de Abrahamo: Vidit diem meum, & gauiſus eſt, & extant hiſtoriæ apparitionis in veteri Teſtamento, in quibus ſancti Patriarchæ viderunt Filium Dei, & audierunt ab ipſo promiſsionem Euangelij, vt Adam, Abraham, Iſaac, Iacob &c. Et Gene. 32. Iacob expreſſè dicit: Vidi Dominum à facie vſq; ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Cur itaq; in hoc Euangelio prædicat Chriſtus beatos ſeu felices Apoſtolos præ Prophetis & Regibus? Propterea, quòd Apoſtoli viderunt & audiuerunt, quod Reges & Prophetæ videre & audire deſiderauerunt? & non viderunt aut audiuerunt. Ad huius obiectionis explicationem neceſſaria eſt hæc diſtinctio: Verum eſt, quòd Patriarchæ, Prophetæ & Reges fide ſua in verbo ſpiritualiter viderunt & audiuerunt Chriſtum, ſicut nos [illegible]um fide noſtra videmus & audimus in ipſius verbo. Deinde hoc quoq; verum eſt, quòd aliquibus apparuit Filius Dei, colloquens cum ipſis, & reuelans promiſsionem Euangelij. Quamobrem Irenæus dicit, quòd Filius Dei dicatur λόγος, ſeu verbum, quia ſit perſona, quæ collocuta ſit cum patribus. Sed in hoc Euangelio loquitur Chriſtus de viſione & auditione incarnati Meſſiæ, & peragentis in aſſumpta carne opus diſpen-

*ſationis ac redemptionis, ſcilicet conuerſantis cum diſcipulis, ſicut amicus cum amico conuerſatur, docentis, ſicut præceptor docet diſcipulos aut Eccleſiaſtes populum ſuum, facientis miracula, patientis, morientis, reſurgentis, De qua viſione & auditione in illa conuerſatione cum Meßia dicitur Eſa. 40. Gloria Domini reuelabitur, & ſimul omnis caro videbit os Domini loqui. Et Iohan. 1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritate. Et 1. Iohan. 1. Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod aſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt, de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.*

*Quod autem hæc viſio & auditio, ac tota conuerſatio corporalis cum promiſſo & exhibito Meßia, Deo & homine, fuerit magna Apoſtolorum felicitas, ad confirmationem fidei ipſorum, & fuerit magna ipſorum voluptas & iucunditas, id quiſq; in ſuo animo perpendere poteſt. Sed nunquid per hanc corporalem viſionem & conuerſationem conſecuti ſunt Apoſtoli æternam beatitudinem præ alijs pijs, qui ſic Chriſtum non viderunt & audierunt, & non vident ac au-*

*diunt*

liunt? Ad hanc cogitationem reſpondet Chriſtus Iohan. 20. Quia vidiſti Thoma, credidiſti: Beati qui non vident, & tamen credunt. Et Lucæ 11. quando Mulier clamat: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ tu ſuxiſti. Reſpondet Chriſtus: Quinimò, beati qui audiunt ſermonem Dei, & cuſtodiunt illum, Dicatur itaq; de diſtinctione inter viſionem corporalem & viſionem ſpiritualem: Viſio Chriſti corporalis ſine ſpirituali, id eſt, ſine fide, eſt inutilis. Nam corporaliter eum viderunt, audiuerunt, imò etiam contrectauerunt Iudas, Herodes, Pilatus, & ipſorum miniſtri, qui ipſum ligauerunt, duxerunt, flagellauerunt & crucifixerunt. Atq; multi alij impij, de quibus ipſe dicit Iohan. 15. Nunc autem viderunt & audiuerunt me gratis. Spiritualis viſio Chriſti, hoc eſt, fidei viſio, ſiue ſit ſola, ſiue ſit cum corporali viſione coiuncta, ea eſt vtilis & proeſt, ſicut Iohan. 6. dicit Chriſtus: Hæc eſt voluntas Patris, qui miſit me, vt omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Item Iohan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum eſſe Chriſtum. Eſa. 53. Ipſe ſeruus meus iuſtus per ſui cognitionem iuſtificabit multos.

DE TERTIO LOCO.

VISIO & auditio corporalis Apoſtolorum in



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

conuerſatione cum Chriſto fuit magna felicitas,
quæ non tantùm ipſis Apoſtolis iucunda, & ad
confirmationem fidei ipſorum vtilis fuit. ſicut de
Apoſtolis dicitur Ioh.2. Et crediderunt in eum
diſcipuli eius. Sed hæc viſio & auditio corporalis
Apoſtolorum etiam ad omnem poſteritatem eſt
vtilis Eccleſiæ. ſicut de teſtimonio Apoſtolorum
ſæpe dicitur. Luc.24. Vos eſtis teſtes horum. Io-
han.13 Vos teſtimonium perhibebitis, quia ab
initio mecum fuiſtis. Iohan 19. Qui vidit, teſti-
monium perhibuit, & verum eſt teſtimonium
eius, & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos cre-
datis. Iohan. 21. Hic eſt diſcipulus qui teſtimo-
nium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus
quod teſtimonium eius verum eſt. Acto.1. Vos
eritis mihi teſtes. Acto 2. Hunc Ieſum reſuſci-
tauit Deus, cuius nos omnes teſtes ſumus.
Acto.10. Dedit eum manifeſtum fieri, non omni
populo, ſed nobis teſtibus præordinatis à Deo,
qui manducauimus & bibimus cum ipſo, poſt-
quam reſurrexit à mortuis. Iohan.1 Quod erat
ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis
noſtris, quod aſpeximus & manus noſtræ con-
trectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſta-
ta eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus
vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem,
& apparuit nobis.

## DE SECVNDA PARte Euangelij.

SECVNDA pars Euangelij complectitur colloquium Chriſti & Legisperiti, de hac quæſtione: quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Hæc eſt ſuprema quæſtio in religione, quæ in hoc Euangelio à Chriſto explicatur, illuſtri allegoria de viatore vulnerato, quem prætereunt ſacerdos & Leuita, ſed Samaritanus, hoc eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus quem contemptus gratia Iudæi Samaritanum appellabant Ioh 8 vulnerati curam agit, alligat vulnera eius, & infundit vinum & oleum, atq; in diuerſorium defert. Summa explicationis conſiſtit in his propoſitionibus:

Prima, Lex promittit vitam æternam facientibus perfectè legem, iuxta hæc dicta legis, ſeu duo mandata ſummaria: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut te ipſum. Ita enim ſcriptum eſt in lege: Qui fecerit ea, homo viuet in eis. Et Chriſtus dicit ad Legisperitum: Hoc fac, & viues. Ergo, ſi quiſquam homo eſſet, qui legem perfectè præſtare poſſet, ille verè ex lege acciperet vitam. ſicut Paulus dicit: Si data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, ex lege eſſet iuſticia.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Secunda, Nemo hominum in hac mortali vita poteſt legem facere perfectè. Ergo lex omnes condemnat, quia viciſſim in lege ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui non manſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Itaq; illi, qui volunt ſe iuſtificare per legem, ſicut hic Legisperitus, ab ipſa lege condemnantur, Et ſicut Iob inquit, proprium os eos condemnat. Ita enim Legisperitus proprio ore ſe in hoc Euangelio condemnat, quòd legem non ſeruauerit. Nam fatetur ſe nondum ſcire, quiſnam ipſius ſit proximus. Multo ergo magis fatetur ſe proximum non dilexiſſe ſicut ſeipſum: Talis erit conſenſus impiorum in nouiſſimo die, quando reſpondebunt ad Chriſtum iudicem: Quando te vidimus eſurientem, ſitientem, nudum? Proprio ergo ore ſe condemnant.

Tertia, Quæ autem eſt ratio? Ea eſt, quòd omnes homines a Diabolo ſunt per peccatum ſpoliati veſte innocentiæ, qua ſunt ornati primi parentes in creatione, conditi ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Et ſunt omnes homines lethaliter vulnerati peccato, quod vulnus lex non poteſt ſanare, neq; doctrina de operibus, neq; ſacrificijs Leuiticis, ſicut per Sacerdotem & Leuitam eſt ſignificatum, quòd aſpiciunt vulneratum hominem, ſed prætereunt, & non ſanant.

a lex aſpicit nos, indicat nobis vulnera noſtra. d relinquit nos iacentes & obnoxios morti, cut Paulus dicit: Non eſſe datam legem quæ oßit viuificare. Ex operibus legis non iuſtificari nnem carnem coram Deo. Et ad Hebræ. 10. nguis hircorum & taurorum non poteſt aufer- peccata.

Quarta, Solus Samaritanus Iohan. 8. oc eſt, Filius Dei Ieſus Chriſtus, eſt verus Me- cus & Saluator noſter, qui vulnera lethalia ccatorum noſtrorum alligat & ſanat, ſicut ſcri- um eſt Eſa. 61. Miſit me ad prædicandum mi- ris, ad alligandum vulnera confractis corde. a. 51. Liuore eius ſanati ſumus. Hic igitur noſter proximus, qui nos à legis ſacerdotibus Leuitis derelictos pro ſuis proximis elegit, & netipſum pro nobis dedit per immenſam dile- onem, vt nos à peccato & morte redimeret, vitam æternam nobis daret, quam accipiunt ipſo omnes, qui credunt in ipſo.

Quinta. Vtitur Chriſtus in miniſterio cu- ionis noſtræ vino & oleo id eſt, prædicatione nitentiæ & remißionis peccatorum. Sicut m Chirurgus ad ſanationem vulneris vtitur no, vt purgetur vulnus, quia vinum abſter- di vim habet, Et vtitur oleo, vt leniantur ores, & fiat conglutinatio: Sic prædicatio le-




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*gis in miniſterio Euangelico oſtendit peccatum*
*& illud in vera pœnitentia mortificat Spiritu*
*ſanctus, prædicatio remiſsionis peccatorum eſt*
*oleum gratiæ & Spiritus ſancti, leniens dolores*
*hoc eſt lætificans corda conſolatione remiſsion*
*peccatorum, & conſolidans vulnera lethalia do*
*natione vitæ æternæ.*

*Sexta. Chriſtus in hoc mundo habet diuer*
*ſoriū ſuæ Eccleſiæ in qua ordinauit miniſteriu*
*Euangelij, ad prædicandam pœnitentiam & re*
*miſsionem peccatorum, in ea debent miniſt*
*Chriſti, ſeu diſpenſatores ipſius curam age*
*vulneratorum, vt voce Euangelij & ſacroſan*
*ctis Sacramentis ſanentur per Chriſtum, & p*
*illis officijs miniſterij fidelibus miniſtris viciſſi*
*dabit benedictiones, ſicut etiam Daniel 12. ſcri*
*ptum eſt, quod illi, qui multos conuertunt ad iu*
*ſticiam fulgebunt ſicut ſtellæ perpetuæ & in æte*
*num.*

*Septima. Cùm ſumus ſanati & viuifica*
*ti à Chriſto verè proximo & medico noſtro, d*
*bemus etiam imitari exemplum eius, vt proxi*
*mos noſtros diligamus, ſicut Ioh. 15. dicit Chri*
*ſtus: Mandatum nouum do vobis, vt diliga*
*vos inuicem. Et in 1. Iohan. ſcriptum eſt: In h*
*cognouimus charitatem Dei, quia ille anim*
*ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus anim*
*pro fratribus ponere.*

## DOMINICA DECIMAQVARTA POST TRINITAtis. Euangelium. Luc. 17.



ET FACTVM EST, DVM iret in Ieruſalē, & ipſe tranſibat per mediam Samariam et Galilæam, Et cùm ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe, & ipſi leuauerunt vocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Et cùm vidiſſet, dixit eis: Ite,

oſten-

oſtendite vos ipſos ſacerdotibus. Et fa
ctum eſt, dum irent, mundati ſunt. Vnu
autem ex illis, vt vidit, quòd ſanatus eſt
regreſſus eſt cum magna voce, glorifi
cans Deum. Et cecidit in faciem ant
pedes eius, gratias agens ei. Et hic era
Samaritanus. Reſpondens autem Ieſu
dixit: Nonne decem mundati ſunt? Ill
nouem autem vbi? Non ſunt inuent
qui redirent & darent gloriam Deo, niſ
hic alienigena? Et ait illi: Surge, vade, fi
des tua te ſaluum fecit.

*MVLTÆ hiſtoriæ Euangelicæ ſunt exem
pla dicti in Pſalmo 50. Inuoca me in d
tribulationis tuæ, & eruam te, & glori
cabis me. Quæ exempla ideo proponuntur,
nos ea in omnibus neceßitatibus imitemur,
admoniti miraculoſis liberationibus, etiam nob
applicemus fide promißiones Dei, contra ſpe
vt Paulus inquit, in ſpem credentes, de qua a
plicatione admonet Pſalmus 34. In Domino gl
rificabitur anima mea, vt audiant afflicti & l
tentur. Iſte pauper clamauit, & Dominus exa
diuit eum, & ex omnibus tribulationibus ei
ſaluauit eum, Clamauerunt iuſti, & Domin
exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus e*

runt

um liberauit eos. Propè eſt Dominus his, qui
ibulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.
Multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus his
berabit eos Dominus. Sic itaq; etiam hoc Euan-
lium ad verſum Pſalmi 50. referendum eſt:
uoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te,
glorificabis me. Verſus ille continet tria
embra.

Primum eſt mandatum de inuocatione,
rtinens ad primum præceptum Decalogi: Non
bebis Deos alienos, & ad dictum: Dominum
eum tuum adorabis, id eſt, non inuocabis idola,
t Diabolos, nec ab illis petes auxilia in tuis ma-

Secundum membrum eſt promiſsio, quæ
pe repetitur in ſcriptura: Ego eruam te, id eſt,
n inuocabis fruſtrà, ſicut Chriſtus iuramento
firmat Iohan. 16. Amen Amen dico vobis,
æcunq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit
obis: Petite, & accipietis. Sed obijcit cogita-
humana: Tamen multi inuocant, & non li-
rantur, ſicut multi petunt diuitias, & manent in
petua paupertate, multi petunt ſanitatem, &
infirmitate moriuntur.

Reſpondeo primùm de perſonis inuocan-
m: Aliqui inuocant, ſed non ex fide. Item,
n mala conſcientia, ſicut multi impij & hypo-
tæ inuocant, de quibus dicitur Iacob. 4. Petitis

& non

*& non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in vo luptatibus veſtris inſaniatis. Et Eſa. 1. cùm ex tenderitis manus veſtras auertam oculos meo à vobis & cùm multiplicaueritis orationem, no exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plen ſunt. Et cap. 59 Iniquitates veſtræ diuiſe runt inter vos & Deum veſtrum, & peccat veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, n exaudiret. Aliqui fide inuocant, & tamen ali quando ita non exaudiuntur in rebus corporali bus, ſicut ipſi volunt, non quòd promiſsio D ſit falſa aut incerta, ſed quia, vt Paulus inqu ad Romanos 8. hoc ipſum, quod oraturi ſumu vt oportet, non nouimus, verùm ipſe Spirit intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus David inuocat in exilio, & reſtituitur in re gnum. Daniel inuocat ſedens inter leones. S cij eius inuocant in fornace ignita, & liberantur Ezechias ægrotans peſte inuocat & ſanatur. S contrà, multi alij ſancti exules, martyres, ægrot manſerunt in exilio, ſunt interfecti in martyri ſunt mortui in infirmitatibus: hi nequaq̃ fruſt inuocauerunt & nequaquam eſt dicendum quo non ſit audita eorum oratio in fide, quia etſi no ſunt auditi ſecundũ voluntatem infirmæ natur tamen exauditi ſunt ſecundum ipſorum vtilit tem, & ſecundum bonam voluntatem Dei, q ſcit, quibus opus habeamus, antequam petamus.*

*Matth. 6*

*Matt. 6. & diligentibus ipſum omnia facit ad bo-
num Rom. 8. Scimus, quòd diligentibus Deum
nnia cooperantur ad bonum. Item Matth. 7. &
uc. 12. Si vos, cùm ſitis mali, noſtis bona dona
re filijs veſtris, quanto magis Pater veſter cœ-
ſtis dabit bona, imò dabit Spiritum bonum pe-
ntibus? Et ſunt exauditi ſecundum gemitus
enarrabiles Spiritus ſancti, qui in ipſa inuoca-
one flectit voluntates & corda inuocantium,
vt ſe ſubijciant humiliter bonæ voluntati Dei,
xta precationem: Fiat voluntas tua. Sic itaq;
telligatur illud aureum dictum ad Rom. 8 Spi-
tus adiuuat infirmitatem noſtram. ſiquidem hoc
ſum, quod oraturi ſumus, vt oportet, non noui-
us. verùm ipſe Spiritus intercedit pro nobis
mitibus inenarrabilibus, ac ille, qui ſcrutatur
rda, nouit, quis ſit ſenſus Spiritus quoniam ſe-
ndum Deum intercedit pro ſanctis. Scimus au-
m, quod diligentibus Deum omnia cooperantur
bonum. Etſi natura infirma in Daniele, Iobe,
aulo & ſimilibus mallet non pati crucem, cola-
nſationem Satanæ, tentationes, ſtimulos carnis:
men Spiritus ſanctus flectit voluntates & cor-
eorum, vt ſe in ipſa inuocatione ſubijciant vo-
ntati Dei, ſicut in precatione noſtra dicimus:
at voluntas tua. Et Dauid dicit: Dominus fa-
at quod bonum eſt coram ipſo. Et Iob: Etiamſi
ciderit me, tamen ſperabo in ipſo. Iſti ſunt ine-*

*narrabiles*

narrabiles gemitus Spiritus in inuocatione ſan-
ctorum, etiamſi infirma natura aliud mallet, & h
gemitus Spiritus fiant ſecundum Deum, id eſt,
ſecundum voluntatem Dei, & placent Deo, &
exaudiuntur, ad vtilitatem inuocantis, ſicu
Paulus 2. ad Corinth. 12. verè exauditus eſt
cùm audit dulciſſimam reſponſionem: Sufficit ti-
bi gratia mea, nam virtus mea in infirmitate per-
ficitur, in qua exauditione etiam ibi gloriatur
dicens: Libentiſſimè igitur gloriabor potius ſu-
per infirmitatibus meis, vt inhabitet in me vir-
tus Domini. Quamobrem placeo mihi in infir-
mitatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in per-
ſecutionibus, in anxietatibus, pro Chriſto, Cùm
enim infirmus ſum, tunc robuſtus ſum.

Secundò, reſpondeo per diſtinctionem li-
berationum: Alia liberatio eſt ſpiritualis, v
cùm manente cruce vtili, datur conſolatio victri
crucis, de qua dicitur 2. ad Corinth. 12. Suffic
tibi gratia mea. Et ad Rom. 8. In his omnib
ſuperamus per eum qui dilexit nos. Item 2. a
Corint. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, qui eſt Pater miſericordiarum
& Deus omnis conſolationis, conſolans nos
omni afflictione noſtra, quoniam ſicut abunda
afflictiones Chriſti in nobis: Ita & per Chriſtum
abundat conſolatio noſtra. Sic Martyres in ip
marty

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

martyrio & morte fuerunt victores dolorum &
mortis per efficacem & viuificam conſolationem
ſpiritus ſancti, ſicut de Stephano rectè citatur
hic verſus:
bat ouans animis, & ſpe ſua damna leuabat.
Et in Actis dicitur de Apoſtolis: Ibant gauden-
tes &c.

Alia eſt corporalis liberatio, quæ certò
iam ſequitur liberationem ſpiritualem, aut in
hac vita, iuxta voluntatem Dei, qui nouit, quo-
modo & quando nobis vtilis eſt, aut in ipſa mor-
te & reſurrectione mortuorum. Non enim ex-
preſſit Deus vnicuiq; certum modum & tempus,
quomodo & quando velit eum corporaliter libe-
rare. ſed certò vult liberare expectantes ipſum,
& liberat tandem, ſi non in hac vita, tamen in
reſurrectione mortuorum, quia non fruſtrà ora-
mus: Libera nos à malo.

T Tertium membrum in verſu Pſalmi 50.
eſt mandatum pertinens ad ſecundum præceptum
de glorificatione nominis Dei: Et tu glorificabis
me. Hanc gratitudinem à nobis requirit Deus
pro ſuis beneficijs, vt ipſi agamus gratias, & no-
men ipſius glorificemus. & punit ingratos, qui
non glorificant nomen ipſius, ſed ita vtuntur Dei
beneficijs, vt nomen Dei per ipſos potius blaſphe-
metur, quàm glorificetur.

## LOCI EVANGELII.

*Primus locus de miſerijs & calamitati-*
*bus vitæ humanæ, & earum cauſa.*

*Secundus locus de vero Medico, qui ſa-*
*nat omnes infirmitates noſtras, & quòd corpora-*
*les ſanationes Chriſti ſint teſtimonia ſanationum*
*ſpiritualium.*

*Tertius locus: Ite, oſtendite vos ſacer-*
*doti.*

*Quartus locus, de perſeuerantia Samar-*
*tani in fide eiusq; gratitudine & de ingratitudi-*
*nouem aliorum.*

*Quintus locus de dicto: Fides tua te ſa-*
*uum fecit.*

### DE PRIMO LOCO.

*LEPRA eſt horribilis morbus, qui non tan-*
*tùm adfert magnum dolorem, ſed propt-*
*quem morbum etiam laborantes eo morbo iux-*
*legem Dei ſeparantur ab alijs hominibus, cont-*
*gionis vitandæ gratia. Itaq; in hoc loco de mi-*
*rijs & calamitatibus vitæ humanæ, cuius mag-*
*pars ſunt morbi, et de earum cauſa dicendum e-*
*Tota hæc vita noſtra ab eo tempore, quo pri-*
*parentes ſunt eiecti ex Paradiſo voluptatis,*
*hanc vallem miſeriarum, fuit, eſt & erit ple-*
*miſerijs, calamitatibus, doloribus, morbis, & a-*
*malis, donec tandem vita cum morte commu-*

tat

ur. Hæc mala ſenſerunt, ſentiunt & ſentient mnes homines in ſuis corporibus, & experiun- r in tota vita, ſed Ethnici veram cauſam igno- ant: Hoc quidam intelligunt: atrocia delicta pu- iri atrocibus pœnis, ſed cur tota natura huma- a, etiam in Infantibus, qui nondum aliquid mali is actionibus fecerunt, Item in illis, qui ciuili- r ſunt boni, ſit talibus malis obnoxia, illud non ntelligunt: Alij in elementis, ex quibus corpora oſtra conſtant: Alij in aſtris cauſas quærunt: lij ad caſum omnia referunt: Nos autem ex ſa- a ſcriptura veram cauſam malorum noſtrorum ſcere debemus, vt eam intelligentes etiam ve- um Medicum quæramus, qui mala noſtra cum ſa cauſa tollere poteſt.

Dicit autem ſcriptura, cauſam omnium lamitatum, morborum, miſeriarum eſſe pecca- m, quod in natura noſtra à primis parentibus reret, & cum natura propagatur, ſicut Paulus cit: Per hominem peccatum intrauit in mun- um, & per peccatum mors. Sicut enim naſcimur ccato obnoxij: ita etiam naſcimur obnoxij mor- & alijs malis, quæ ſunt pœna peccati, hoc eſt, ut naſcimur peccatores: ita naſcimur miſeri.

Deinde docet etiam ſcriptura, quòd pro- er peccata hominum non ſolùm hæreant mala ipſis, & ipſa natura ſit obnoxia morbis, dolori-

*bus & alijs malis, ſed quòd etiam propter pecca-
ta hominum creatura vanitati ſit ſubiecta, a
Rom. 8. Et exardeſcit in tormentum aduerſu
impios. Sapien. 16. Item, quòd creſcentibus pec-
catis etiam hæc mala pœnarum creſcant & mu
tiplicentur. Exempli gratia: Poſt lapſum primo-
rum parentum facti ſunt ipſi cum tota poſteritat
obnoxij morti, iuxta ſententiam: Morte morie-
mini, & facti ſunt obnoxij alijs calamitatibus &
miſerijs, ſicut expreſsè dicit Deus ad mulierem:
Multiplicabo ærumnas tuas. Item: In dolore pa-
ries, & ad virum: In ſudore vultus tui veſcer
pane tuo, id eſt, tota veſtra vita erit laborio
& ærumnoſa, ſicut Iacob inquit Gene. 47. Di
peregrinationis vitæ meæ centum & triginta an-
norum ſunt pauci & mali. Et Dauid Pſal. 90
Dies annorum noſtrorum 70. anni ſunt, aut
ſummum 80. è quibus, quod optimum eſt, e
moleſtia & labor, ſeu dolor & labor. Tranſit
enim celer eſt, & auolamus. Iob 14. Homo n
tus de muliere, breui viuens tempore, replet
multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur & co
uertitur, & fugit ſicut vmbra, & nunquam
eodem ſtatu permanet. Et maledictio prop
hominem ad alias creaturas extenſa eſt ſicut Pa
lus dicit ad Rom. 8. Creaturam vanitati ſub
ctam eſſe. Et Gene. 3. expreſsè dicitur: Ma
dicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos ger*

na

dabit tibi. Et poſt peccatum Cain maledictio eſt repetita & aucta Gene.4. Nunc ergo maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui, cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos. Ita ſemper accedentibus nouis peccatis augentur etiam mala pœnarum, & in noſtris corporibus & extra noſtra corpora, vt ſterilitas, fames, bella &c. Quia, vt Sapien. 16. ſcriptum eſt, creatura ſuo factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos. Huc pertinet caput 26. Leuitici, & caput 28. Deut. de pœnis inobedientiæ & maledictionibus.

Tertiò addit ſcriptura in doctrina de miſerijs & malis huius vitæ, quæ ſunt pœnæ peccatorum, quòd hæ miſeriæ credentibus in Chriſtum conuertuntur in ſalutares & bonas cruces. Vt enim mors peccatorum eſt peſſima, ſed contrà ſanctorum mors eſt precioſa in conſpectu Dei: ita etiam miſeriæ impiorum ſunt pœnæ grauiſſimæ irati Dei, ſed piorum afflictiones ſunt bonæ cruces, & ſunt ipſis glorioſæ, ſicut Paulus 2. ad Corinth. 12, inquit: Glorior in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Hoc loco repetitur ſumma doctrinæ de finali cauſa & vtilitate crucis ex Euangelio tertiæ Dominicæ poſt Paſcha.

## DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS locus eſt exemplum mandati de
inuocatione in morbis & alijs neceſsitatibus,
afflictionibus & malis noſtris: Inuoca me in die
tribulationis tuæ. Etſi enim Medicinæ ſcientia
& virtutes medicinales in herbis & alijs rebu
ſunt egregia dona Dei, ſicut Syracides prolixe
admonet cap. 38. & inter alia præcipit, vt non
negligamus ſanitatis curam, ſed inuocante
Deum. ſimul etiam vtamur conſilijs Medicorum
& remedijs: Fili, in tua infirmitate ne deſpicia
temetipſum, ſed ora Deum, & ipſe curabit te, &
da locum Medico. Etenim creauit illum altiſsi
mus, & non diſcedat à te, quia opera eius ſun
neceſſaria. Tamē ſiue poſsis vti Medico & medi
cina, ſiue non poſsis vti, ſiue etiam ſcias morbum
tuum nulla arte & remedijs ſanari poſſe, debe
ſemper cogitare de cauſa originali omnium ma
lorum morborum, & ipſius mortis, videlicet d
peccato. Et idcirco in principio, medio & fin
morbi, hoc eſt, ſemper, debes tua inuocatione con
fugere ad hunc Medicum Ieſum Chriſtum, eum
in fide orare, vt ſit tibi miſericors, & vt omne
infirmitates tuas ſanet, Pſal. 103. id eſt, non tan
tùm morbos corporales, aut alia mala corporalia
ſed etiam infirmitatem animæ, & radicem omni
um malorum, peccatum, auferat & tollat.

Deina

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Deinde addere debes orationem pro ſa-
nitate corporali, & omnino credere, ſi eſt ipſius
bona voluntas, & ſi tibi eſt vtile, quod certiſſi-
mè poſſit & velit, vel per remedia, ſi ea habere
potes, vel ſi ea non potes habere, etiam ſine reme-
dijs te ſanare, ſicut multis miraculoſis ſanationi-
bus demonſtrauit, & adhuc ſæpe tales miracu-
loſæ curationes per inuocationem piorum contra
omnem Medicorum ſpem & opinionem impe-
trantur. Itaq; debes te in fide & cum patientia
ſubijcere voluntati Dei, iuxta precationem: Fiat
voluntas tua. Ad hunc locum poteſt etiam al-
legari dictum Iacobi capit. vltimo, de inuocatio-
ne & ſimul de dono ſanationis, & vſu olei, id eſt,
remediorum: Infirmatur quis, accerſat presbyte-
ros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum
oleo in nomine Domini. Et oratio fidei ſaluabit
infirmum, & eriget eum Dominus &c. ſi in pec-
catis fuerit, remittentur ei.*

*Addenda eſt etiam in hoc loco admoni-
tio, quod miraculoſæ ſanationes Chriſti in hiſto-
rijs Euangelicis ſunt etiam teſtimonia ſanatio-
num ſpiritualium, quæ quotidie fiunt per ver-
bum & Sacramenta Euangelij Ieſu Chriſti, ſicut
Chriſtus ſanat hos leproſos: ita etiam verbo &
Sacramentis ſuis ſanat lepram conſcientiæ noſtræ,
id eſt, mundat nos à lepra peccatorum noſtrorum,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

iuxta dictum: Sanguis Filij Dei emundat nos ab omnibus peccatis. Et ad hanc admonitionem pertinet citatio & accommodatio dicti Eſa. 53. Apud Matth. cap. 8. Obtulerunt ei multos Dæmonia habentes, & eijciebat ſpiritus verbo, & omnes malè habentes curauit, vt adimpleretur, quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam dicentem: Ipſe noſtras infirmitates accepit, & morbos portauit. Ac Matth. 9. ſcribitur: Vt autem ſciatis, quòd Filius hominis habeat poteſtatem dimittendi peccata in terra: tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, & ſurrexit, & abijt in domum ſuam.

## DE TERTIO LOCO.

MANDAT Chriſtus leproſis, vt eant, & oſtendant ſe ſacerdotibus. Idem præcipit leproſo ſanato, Matth. 8. Vade, et oſtende te ſacerdotibus, & offer munus tuum, quod præcepit Moſes in teſtimonium illis. Sunt itaq; cauſæ huius mandati conſiderandæ.

Prima eſt lex de leproſis, quæ extat Leuitici 13. de leproſis cognoſcendis, & à ſocietate ſeparandis. Et cap. 14. de leproſis ſanatis recipiendis, & eorum oblationibus. Cùm enim nondum eſſet morte Chriſti abolitum ſacerdotium Leuiticum cum legibus ceremonialibus, ideo ſicut ſemetipſum in die Purificationis voluit offerre

im tem

templo,iuxta ritum legis : Ita etiam voluit, vt
i leproſi ritum legis obſeruarent. In explica-
one legis de leproſis poteſt addi admonitio de le-
a & alijs contagioſis morbis, quòd ſcilicet parci
bet ſanis, ne contagijs inficiantur, ſed ita ta-
en, vt ægrotorum etiam ratio habeatur, & vi-
tio contagiorum non ſit coniuncta cum crude-
immiſericordia, deſertione & neglectione in-
morum, contra præceptum: Diliges proximum
um ſicut teipſum, de qua immiſericordia dici-
r Matth. 25. Infirmus eram, & non viſitaſtis
e.

Secunda cauſa eſt, de qua Matth. 8. dicit:
teſtimonium illis, id eſt, vt huius miraculi
ædicatione, cognitione & conſideratione cum
nilibus alijs conuincantur, adeſſe præſentem
eſſiam promiſſum, & eum publicè prædicent,
ut teſtatur etiam reſponſio Chriſti ad legatos
ptiſtæ Matth. 11. Renunciate Iohanni quæ
ditis & videtis: Cæci vident, Claudi ambu-
nt, Leproſi mundantur, Surdi audiunt, Mortui
urgunt, Pauperes Euangelizantur, & beatus
, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Is enim
ut finis ſacerdotij Leuitici, vt monſtraretur
eſſias, Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſe-
ch, ſicut eum monſtrat Baptiſta: Ecce Agnus
ei, qui tollit peccata mundi. Et Zacharias pater
ptiſtæ: Benedictus Dominus Deus Iſrael,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ
Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Daui
pueri ſui: Sicut locutus eſt per os ſanctorum
qui à ſeculo ſunt, Prophetarum eius.

Tertia cauſa eſt, quia ſicut hos ſanato
leproſos mittit Chriſtus ad ſacerdotes, vt au
diant ipſorum vocem, de ſanatione ſeu munda-
tione, & offerant munera præcepta in lege: Ita de-
bemus cogitare, in hoc mandato proponi nobis ad-
monitionem de reuerentia miniſterij, à Chriſto in-
ſtituti in Eccleſia omnibus temporibus. Exem-
plum enim proponitur ideo, vt diſcamus, mini-
ſterium amare, reuereri, ornare & conſeruar
noſtris officijs. Non vult Chriſtus nos eſſe erro-
nes & phanaticos, contemnentes miniſterium
Eccleſiaſticum, quales ſunt Anabaptiſtæ & al
Enthuſiaſtæ, ſed vult nos omnes & ſingulos o-
mnibus temporibus ad miniſterium in Eccleſi
deduci: Ibi audias vocem Euangelij, tùm i
publica prædicatione, tùm in Abſolutione & v
Sacramentorum fidem confirmes. Hoc miniſte
rio ſcias velle Deum Eccleſiam æternam ſibi co
ligere, & cum voce huius miniſterij velle eff
cacem eſſe in hominibus, ſicut ſcriptum eſt a
Rom. 1. Euangelium eſt potentia Dei ad ſal
tem omni credenti. & ad Rom. 10. Quomo
inuocabunt eum, in quem non credunt? Quomo
creden

redent ei, quem non audiuerunt? Quomodo au-
ient ſine prædicante? Quomodo prædicabunt,
iſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt: Quàm ſpecioſi
edes Euangelizantium pacem, Euangelizan-
um bona? Ergo fides ex auditu eſt, auditus per
erbum Chriſti.

Sciamus itaq; hunc ordinem à Deo ſan-
tum eſſe, & ab ipſo Filio Dei ſedente ad dex-
am Patris miniſterium Euangelij immenſa bo-
tate conſeruari, non fruſtrà, vel vt conte-
natur, ſed ad ædificationem Eccleſiæ ſuæ: ſicut
Ephe. 4. expreſſè & grauiter ſcriptum eſt:
edit Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, Pa-
ores, Doctores ad conſummationem corporis
riſti, donec occurramus omnes in vnitatem
ei & agnitionem Filij Dei in virum perfe-
um, in menſuram ætatis plenitudinis Ieſu Chri-
vt iam non ſimus perfluctuantes, & circum-
amur omni vento doctrinæ per verſutiam ho-
num & aſtutiam, qua inſidiantur nobis, vt de-
iant. Hæc eſſe vera certiſſimum eſt. Ita enim
e Dominus inquit: Sicut me miſit Pater, ita
ego mitto vos. Item: Qui vos audit, me au-
: Qui vos ſpernit, me ſpernit: Qui autem me
rnit, ſpernit eum, qui miſit me.

Hoc loco reprehendenda eſt inepta ac-
modatio Papiſtica, ad auricularem confeſſio-

nem,

nem, quam volunt eſſe plenariam enumeratio
nem omnium peccatorum, eamq; ita præci
piunt, & tali conditione, vt ſine ea conſolatio
nem & abſolutionem irritam eſſe affirment.
Eam auricularem confeßionem Papiſticam pla
nè à Diabolo excogitatam eſſe apparet.

1 Primò, Quia tribuitur enumerationi ſce
lerum & peccatorum, quæ homo aut cogitau
aut perpetrauit, aliqua pars meriti remißion
peccatorum, quæ eſt horribilis ignominia cont
Chriſtum.

2 Secundò, Quia eſt crudelis & perpet
carnificina conſcientiarum, prorſus eneruans
auferens omnem virtutem conſolationis Euang
lij, & Euangelicæ abſolutionis. Inquit en
Dauid Pſal. 19. Delicta quis intelligit? Er
delicta quis enumerare poteſt? Si itaq; ineffic
eſt conſolatio abſolutionis de remißione pecca
rum, niſi ſit plenaria enumeratio, quæ prorſus i
poßibilis eſt. Ergo nemo poteſt eſſe certus
remißione peccatorum, aut habere firmam con
lationem.

3 Tertiò, Quia vix quicquam eſt cum m
iore ſcandalo coniunctum. Vterq; enim, &
qui audit in Papatu recitationes nefandorum
erum, & is, qui confitetur, propter interroga
nes de enormibus flagitijs, pleriſq; venienti

d confeſsionem incognitis, deterior efficitur, quia Papiſtica loca confeſsionum nihil aliud ſunt, quàm officinæ ſcelerum, id quod dilucidè oſtendunt examina ſeu quæſtiones confeſsionales, quæ in ipſorum Summis extant, & quas nemo ſine ſcandalo legere poteſt. Itaq; rectè Papiſtica illa confeſsio auricularis, quæ præter id quod eſt & impoſsibilis & ſcandaloſa, etiam habet tetros & impios errores annexos, de ipſius merito & neceſsitate, ex Eccleſijs noſtris eſt exploſa.

Atq; conſtat, quòd etiam à veteribus orthodoxis quibuſdam talis conſuetudo nominatim ſit reprehenſa. Recenſetur pium dictum Marci Heremitæ, qui vixit Anno Domini 430. Ne velis cupidus eſſe audiendi aliena flagitia, hic enim audiendi voluptate & prolubio flagitiorum quoq; characteres nutriuntur. Chryſoſtomus in enarratione Pſalmi: Miſerere, dicit: Si pudet alicui dicere peccata, dicito eo quotidie in anima tua, non dico, vt confitearis conſeruo tuo, ut tibi exprobret, dicito Deo, qui ſanat ea. Similes loci ſunt apud eundem autorem ſuper Epiſtolam ad Hebræos Homilia 31. & Homilia de confeſsione & pœnitentia. Auguſtinus libro confeſsionum 10. capite vocat eos, qui poſtulant à pœnitentibus enumerationem omnium delictorum & ſcelerum, curioſum genus hominum, ad

agnoſcen-

agnoſcendam vitam alienam, & deſidioſum ad
corrigendam ſuam: Ex Lyſandri hiſtoria appa-
ret, quòd Dæmones etiam in Ethnica religione
hoc ſtratagemate auricularis confeſsionis vſi
fuerint. Sic enim de Lyſandro refertur, quòd
volenti conſulere oraculum mandauerit Sacer-
dos, vt quod maximè ſceleratum egiſſet in toto
vita, confiteretur. Sed ille ſapienter quæſiuit
à ſacerdote, an hoc ſua vel Deorum autoritate
& iuſſu poſtularet? Cumq́ ſacerdos reſpondiſſe
Deorum eſſe mandatum, dixit Lyſander: Tu
igitur abi: Ego verò Dijs dicam, ſi percontati
fuerint.

Quòd autem nos quoq́ retinemus in Ec-
cleſijs priuatam confeſsionem, non Papiſtica, ſed
pia & vtilis ratio eſt. Conſentit enim confeſ-
ea cum dicto in Nehemia: Filij Iſrael conuen-
bant in ieiunio, confitentes peccata ſua. Et cu
dicto de Baptiſtæ auditoribus, Matth. 3. Bap-
zantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua
Item cum dicto Luc. 17. Si conuerſus fuerit,
cens: Pœnitet, remitte ei. Non cogit paſtor bon-
nes ad enumerationem omnium peccatorum,
petit generalem confeſsionem, ad ſignification-
veræ pœnitentiæ, & tamen liberum relinquit
lis, qui propter ſingularia peccata crucian-
in conſcientia, vt ea iudicent, & conſilium
conſolationem ex verbo Dei petant. Atq;
confeſsio

confeſſionis priuatæ ratio ſine ſuperſtitione ne-
eſſariæ enumerationis, & ſine errore de merito
& conditione remiſſionis peccatorum retinetur,
& eſt vtilis propter has cauſas.

Primò, propter diſciplinam, quæ eſt ne- 1.
ſſaria in Eccleſia.

Secundò, propter examen Catechiſmi, 2.
quo rudes inſtituuntur de præcipuis partibus
octrinæ, antequam ad ſacram Cœnam admittan-
tur.

Tertiò, vt habentes ſcrupulos & ver- 3.
es conſcientiæ, ſingulariter erudiantur & eri-
ntur conſolatione Euangelij.

Quartò, propter applicationem abſolutio- 4.
s, ad ſingulos, iuxta dictum: Quorumcunq; re-
ſeritis peccata, remiſſa ſunt. Item: Fili, re-
ttuntur tibi peccata. Item: Si dixerit: Pœni-
, remitte illi. Sic Nathan ad Dauidem con-
ntem peccatum, dicit: Dominus abſtulit pec-
um tuum, non morieris, 2. Regum 12. Et
c quarta cauſa valde inſignis eſt, quia eſt
imonium, ad ſingulos lapſos, quotieſcunque
nt pœnitentiam, pertinere promiſſionem
angelij de remiſſione peccatorum, ſicut Lu-
decimo ſeptimo ſcriptum eſt: Si peccauerit
e frater tuus, increpa illum, & ſi pœni-
tiam egerit, remitte illi. Et ſi ſepties in die
pecca-

peccauerit in te, & conuerſus fuerit, dicens: Pœ-
nitet me, remitte illi. Ideo veteres hanc con-
ſuetudinem Eccleſiæ de confeſſione & abſolu-
tionis applicatione rectè allegauerunt contra No-
uatianos, negantes lapſis peccatorum veniam.
Addatur itaq; admonitio, vt cum reuerentia ag-
noſcatur hoc beneficium Dei in Eccleſia, videl-
cet mandatum abſoluendi ſingulos pœnitente
cum hac atteſtatione, quòd ea abſolutio eſt rata i
cœlo, iuxta dictum: Quicquid ſolueritis in terr
ſolutum erit in cœlis. Item: Quorumcunq; rem
ſeritis peccata, remiſſa ſunt. Et ad hanc adm
nitionem accommodetur dictum Matth. 9. V
dentes autem turbæ, glorificauerunt Deum, q
dedit talem poteſtatem hominibus. Dici etia
poteſt de mandato excommunicandi, & exco
municationis veræ poteſtate.

DE QVARTO LOCO.

NOVEM leproſi mundati non reuertuntur
Chriſtum, vt ei gratias agant, tantùm vn
Samaritanus redit glorificans Deum voce m
gna, & cadens in faciem ante pedes Ieſu, grat
ei agit. Hæc imago conſideranda. Nouem
ingrati ſunt exempla eorum, qui cùm audiuer
Euangelium, acceperunt Baptiſmum, Abſolu
nem & Cœnam Domini, tamen rurſus à Chr
deficiunt, ſicut Paulus ſcribit ad Timoth. 4.

nas dereliquit me, diligens hoc ſæculũ. De tali-
us conqueritur Deus, Eſaiæ 1. Filios enutriui
oſi autem ſpreuerunt me. Diligenter autem in
ac Hiſtoria obſeruetur quod Chriſtus tam diſer-
e de illis interrogat: Nonne decem mundati
unt, nouem autem vbi ſunt? In hac interrogatio-
e eſt grauis reprehenſio, & ſeria admonitio, De-
m & ſcire & punire illos qui leproſorum ingra-
rum exemplum imitantur.

Exaggeretur itaq; hæc interrogatio Chriſti,
Nonne decem mundati ſunt, nouem autem vbi
unt? contra Epicureas cogitationes eorum, qui fi-
nt ſecuri poſt acceptam gratiam Dei: Et quan-
uam non expreſſe dicitur de pœnis, quæ ſunt ſe
tæ: tamen accommodari debet huc dictum Io-
nnis 8. quod admonet tales ingratos & tem-
raliter & æternaliter puniri, niſi rurſus con-
rtantur, vtpote, Ecce ſanus factus es, iam noli
ccare, ne deterius aliquid tibi contingat, 2.
tri 2. Si enim poſtquam effugerint conquina-
nes mundi cognito Domino & Saluatore
ſu Chriſto, his rurſum impliciti ſuperantur,
a ſunt eis poſteriora deteriora prioribus, meli-
enim erat illis non cognoſcere viam iuſticiæ
am poſt cognitionem retrorſum conuerti à
ncto mandato, quod illis traditum eſt, conti-
enim eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ad vomitum. Et Sus lota in volutabro cœni. Sa*
*maritanus autem eſt exemplum eorũ, qui in fi*
*perſeuerant, & ſunt grati Chriſto pro benefici*
*acceptis, iuxta dictum Chriſti, Matth: 10. Qu*
*perſeuerauerit in fide ſaluus erit. Huc pertin*
*Pſalmus 103. de perpetua gratiarum action*
*Chriſtianorum. Benedic anima mea Dominu*
*& noli obliuiſci omnes retributiones eius, Q*
*propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & ſan*
*omnes languores tuos. Hoc itaq; exemplum di*
*genti admonitione proponatur, vt ſinguli Chr*
*ſtiani hoc imitentur.*

*Quinti loci, de dicto: fides tua te ſaluum*
*fecit, explicatio repetatur ex Euangelio Domin*
*cæ Eſto mihi.*

# DOMINICA XV.
## POST TRINITATIS
### *Euangelium Matth. 6.*

Jesus in nomine Patris

NEMO POTEST DV
bus Dominis ſeruire. A
enim vnum odio hab
bit, aut alterum diliget, a
vni adhærebit, & alteru
contemnet. Non poteſtis Deo ſerui
& Mammonæ, Ideo dico vobis : n

illiciti ſitis animæ veſtræ, quid manduce-
tis, & quid bibatis, neq; corpori veſtro,
quid induamini. Nonne anima plus eſt,
quam eſca, & corpus plus quam veſti-
mentum? Reſpicite volatilia cœli, quia
non ſerunt, neq; metunt, neq; congre-



gant in horrea, & Pater veſter cœleſtis
paſcit illa. Nonne vos multo pluris eſtis
illis?

Quis autem veſtrum ſollicitus po-
teſt adijcere ad ſtaturam ſuum cubitum
num? Et de veſtimentis quid ſolliciti

 eſtis?

eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt. Non laborant, neq; nent. Dico autem uobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit, non multo magis uos, modicæ fidei?

Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter cœleſtis, quia his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnũ Dei, & iuſticiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Noliti ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi. Sufficit diei afflictio ſua.

*EVANGELIVM eſt concio contra ſollicitudinem humanam, quæ oritur ex diffidentia, quã Chriſtus hac voce repræhendit, ô modicæ fidei, & quæ ſollicitudo diffidentiæ gignit avaritiã. Repræbẽditur itaq; in hoc Euangelio ſol-*

*lici*

ſollicitudo diffidentiæ tanquam mater, & Auaritia tanquam filia, quæ eſt radix multorum malorum. Et opponit Chriſtus his vitijs regulam ſeu præceptum cum promiſsione. Quærite primum regnum Dei & iuſticiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Euangelium pertinet ad primum præceptum, & ad primum articulum Symboli, Et ad primam vocem orationis Dominicæ, Pater noſter, Sicut à Chriſto dicitur: Nouit pater veſter cœleſtis, quod his omnibus opus habeatis. Item, ad precationem: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Conuenit cum Euangelio dictum Pſalmi 55. Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.

## Quotuplex eſt ſollicitudo?

In Euangelio reprehenditur ſollicitudo. Et Roma. 12. præcipitur. Si quis præeſt, ſit ſollicitus. Atq; 1. Timo. cap. 5. dicitur: quod is, qui ſuorum, & domeſticorum curam non habet, ſit deterior infideli, itaque tenenda eſt diſtinctio, quotuplex ſit ſollicitudo. Vna eſt ſollicitudo vocationis, altera eſt ſollicitudo diffidentiæ.

Sollicitudo vocationis eſt, quando vnuſquiſq; eſt ſollicitus & diligens in ſua vocatione, vt



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ne, fideliter vt curet & faciat ea quæ ad vocationem pertinent: De hac dicitur ad Theſſalonicenſes. In hoc ſolliciti ſitis, vt propria faciatis, hoc eſt vt faciatis opera vocationis veſtræ. Nam ſcriptum eſt, quod illi qui fideliter agunt, placent Deo, Maledictos autem eſſe omnes, qui opus Domini fraudulenter, hoc eſt, negligenter & infideliter faciunt.*

*Exempli gratia: Concionatoris officium eſt, vt paſcat Eccleſiam verbo Dei & Sacramentorum adminiſtratione. In hoc officio debet eſſe ſollicitus & diligens. Sic Magiſtratui mandatum eſt, vt Rempub. gubernet & ſubditos iuſte regat & defendat. Oeconomo ſeu Patrifamilias mandatum eſt, vt liberos in timore & correptione Domini educet, & familiam alat & regat. Agricolæ vt terram colat &c. In his officijs vocationum vnuſquiſq; debet præſtare cum ſollicitudine fidelem operam.*

*Sollicitudo diffidentiæ eſt, quando homo ex diffidentia de auxilio Dei in rectis vijs ſeu officijs vocationis ſuæ aut deſperat aut auertit impia curioſitate cor ſuum à Deo & vijs ſuæ vocationis, ad alias impias rationes, per quas quærit auxilia aut remedia impia. Vt cum homo auarus aut deſperatione ſe ſuſpendit, aut*

*auaru*

…arus diffidens de auxilio Dei ſi maneat intra …etas ſuæ vocationis, & honeſte victum quæ…it, auertit ſe per illam diffidentiam à DEO … & honeſtis rationibus quærendi victum, ad in…oneſtas & iniuſtas rationes, furta, vſuras, de…ptiones, fraudes, rapinas. Hæc eſt ſollicitudo …ffidentiæ quæ in hoc Euangelio repræhenditur … prohibetur. Et quia hæc diffidentiæ ſollicitudo …t mater peſſimæ filiæ auaritiæ. Ideo Euangelij …ncio expreſſè auaritiæ opponitur.

## Quid ſignificat Mammonæ ſeruire?

*Mammonæ ſeruire ſignificat eſſe aua…m. Et phraſis ſignificationem in grauiſſima …præhenſione auaritiæ. 1 Timoth. cap. 6. Qui …olunt diuites fieri incidunt in tentatio…m & laqueum & cupiditates multas ſtultas … noxias, quæ demergunt homines in exitium … interitum, Siquidem radix omnium malo…m, eſt ſtudium pecuniæ, quam quidam appe…tes abeerauerunt à fide & ſeipſos implicue…nt doloribus multis.*

*In hoc dicto velle diteſcere & appete… pecunias, idem eſt, quod in hoc Euangelio …uire Mammonæ, hoc eſt, omnes ſuas curas,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*cogitationes ſtudia actiones eo conferre & diri-
gere, ut per fas & nefas corradantur pecuniæ.
Paulus hanc ſeruitutem, hoc eſt, auaritiam nomi-
nat Idolatriam, quia auarus cor apponit ad pecu-
niam & ex pecunia ſibimetipſi Idolum facit:
quia eam magis amat quam Deum, & in ea ma-
gis confidit quam in Deo omnipotenti & in eius
verbo.*

## *QVO ARGVMENTO VTITVR Chriſtus in hoc Euangelio, contra auaritiam?*

I. *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire
præſertim diſcordantibus.*

*Deus & Mammon ſunt duo Domini diuer-
ſi & diſcordantes.*

*Ergo nemo poteſt ſeruire Deo & Mam-
monæ.*

*Hoc argumentum explicetur & illuſtretur
exemplo Iudæ, qui Mammonæ ſeruiens vendidit
& prodidit Filium Dei Ieſum Chriſtum Domi-
num noſtrum. Inſignis huius argumenti explica-
tio eſt apud Chryſoſtomum Homelia 6. ad Phi
Fieri non poteſt, ut quis ſit pecuniæ mancipium
& Chriſto fideliter ſeruiat. Ipſe enim Chriſtus
hac aſſeueratione uſus eſt. Non poteſtis Deo
ſeruire & Mammonæ. Nam Chriſtus dicit, Da
pauperibus. At Mammonas dicit, Eripe paup-*

ibus etiam illa quæ habent. Chriſtus dicit, Communica libenter quæ habes. Imo, inquit Mammonas, rape etiam illa quæ non habes. Vides repugnantiam, vides bellum, quomodo ergo aliquis vtriq; poteſt obedire?

Exaggeretur hæc deteſtatio & condemnatio auaritiæ. Nimirum quod Auarus ſeruiens Mammonæ, non poteſt Deo ſeruire, Auarus amans pecuniam, odit Deum, Auarus adhærens pecuniæ ſeu cor apponens diuitijs, Deum negligit. Hæc exaggerentur & declarentur exemplis. Recitentur etiam peccata quæ ex auaritia oriuntur, & cum ea ſunt connexa, vtpote:

Auarus peccat contra primum Præceptum, quia auaritia eſt Idolatria, vt Paulus ait ad Ephesios.

Contra ſecundum, Quia multipliciter abutuntur nomine Domini in periurijs & deceptionibus proximi.

Contra tertium, Quia Auarus eſt contemptor verbi Dei, ſicut Lucæ 16. dicitur, quod auari deridebant Chriſtum.

Contra quartum, Quia auaritia expellit omnes ſtorgas naturales, auarus non parcit Patriæ, parentibus, liberis, amicis, notis, ignotis. Sicut Iudas ipſi filio Dei non parcebat.

Contra quintum, Auarus eſt homicida ſui

& aliorum, quia, vt Syracides inquit, propriam animam venalem habet, quam pro iniuſto lucro vendit Diabolo, ſicut Iudas fecit. Deinde multipliciter fit homicida proximi, non ſolum proditionibus, ſed etiam deſraudationibus & vſuris, quibus alimenta proximo eripit, per quæ ſuam & ſuorum vitam ſuſtentare debebat.

Contra ſeptimum, Auarus eſt fur, quia multiplicibus & varijs furti ſpeciebus eripit alijs bona, vt ſe ditet.

Contra octauum, Auarus eſt mendax, quia nihil conſuetius eſt auaris quam mentiri & fallere.

Contra nonum & decimum, Auarus concupiſcit aliena bona.

Tot & tanta peccata concurrunt in vno vitio auaritiæ: quamobrem Syracides recte dicit, Auaro nihil eſſe ſceleſtius. Et Paulus, Auaritiã eſſe radicem omnium malorum. Sequuntur itaq; etiam pœnæ temporales & æternæ ſicut multa dicta ſcripturæ oſtendunt. Plura de vitio auaritiæ petantur ex meis Ethicis.

## QVIBVS ARGVMENTIS REfutat Chriſtus obiectiones carnis ſeu tentationes inſtigantes ad auaritiam?

Caro cogitat, Si non ſumus auari, erimus mendici.

*mendici, nihil relinquemus liberis noſtris, moriemur fame &c. Reſpondet Chriſtus: Ne ſitis ſolliciti, quia habetis promiſsionem: itaq; tradit regulam. Quærite primum regnum Dei & iuſticiam eius, & cætera adijcientur vobis. Ad cuius regulæ explicationem pertinent ſimilia dicta: quæ cuilibet nota ſunt. Eſt itaq; hoc præcipuum argumentum, quo Chriſtus hoc Euangelium concludit ſumptum à promiſsione.*

*Promiſsio Dei eſt vera.*

*Deus promiſit ſe daturum eſſe pijs neceſſaria alimenta. Ergo pijs adijcientur alimenta neceſſaria. Sicut ſcriptum eſt: Timenti Dominum non deerit vllum bonum.*

*Cum hoc argumento coniungi debet precatio quam filius Dei dicere docuit: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: quæ precatio cum fit in nomine Chriſti fide nitente promiſsione, non eſt irrita.*

## *SECVNDVM ARGVMENtum.*

*Qui dedit quod eſt maius, dabit etiam illud quod eſt minus.*

*Deus dedit animam quæ præſtat cibo, & corpus, quod præſtat veſtimentis.*

*Ergo etiam dabit cibos & veſtes, hoc eſt alimenta & veſtimenta neceſſaria.*

*Terti-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## TERTIVM ARGVMENTVM

ſumptum eſt ab exemplis prouidentiæ & curæ diuinæ.

Deus alit volatilia, quæ non ſerunt, neque metunt, & veſtit ſeu ornat lilia & flores non laborantes. Ergo ſi illarum creaturarum curam habet Deus, multo magis curat homines, & præcipue filios ſuos in Chriſto Ieſu adoptatos, & per Chriſti Ieſu ſanguinem emptos.

Ad huius argumenti explicationem allegentur verba ex Pſalmo, quæ quotidie in benedictione menſæ, & gratiarum actione recitamu[s]. Vtpote: Oculi omnium in te ſperant Domine, E[t] tu das ipſis eſcam illorum in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne anima[l] benedictione. Item, Qui dat eſcam omni carn[i]. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum &c.

## QVARTVM ARGVMENtum ab inutili.

Sollicitudo illa diffidentiæ ſeu curioſitatis eſt inutilis. Ergo eſt omittenda. Antecedens probatur ab exemplo. Quia nemo poteſt addere ad ſuam ſtaturã cubitũ vnum, etiamſi ſe vſq; ad mortem maceret inanibus curis. Facienda itaq; ſunt opera vocationis ſedulo & fideliter, Et reli-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ua cura per orationem Deo committenda eſt,
uia ſicut Deus facit longos & breues, ita ipſe
tiam facit diuitem & pauperem. Huc pertinet
Pſalm. 127. Niſi Dominus ædificauerit domum,
uſtra laborant qui ædificant eam. Vanum eſt
vobis ante lucem ſurgere, & ſero cubitum ire,
cum magnis curis panem edere, nam dilectis
is dat etiam dormientibus,

## QVINTVM ARGVMENtum ab indecoro.

Gentes ignorantes Deum, & non haben-
promiſſionem ſic cogitant, quod niſi ſint aua-
& per fas & nefas corradant nummos, non
ſint ſe & ſuos alere. Ergo eſt indecorum &
pium, nos qui nouimus Deum & habemus
tam promiſſionen, idem cum gentibus Ethni-
cogitare. Huc pertinet dictum Ephe. 5.
aritia ne nominetur inter vos, ſicut decet
ctos.

## SEXTVM ARGVMENTVM à ςοργῆ paterna.

Scit Pater veſter cœleſtis quod his om-
s opus habetis, Ergo nolite macerare vos-
ipſos vana ſollicitudine diffidentiæ, ſed om-
nem

*nem curam proijcite in ipſum. Hoc argumentum explicat Chriſtus exemplis. Pater mundanus non dat liberis pro pane lapidem, & pro piſc ſerpentem, ſed dat liberis ſuis bona, quibus eo indigere nouit. Ergo multo magis hoc facit pate noſter cœleſtis.*

*Concludatur concio repetitione dicti: Quærite primum regnum &c. Et allegation ſententiæ Apoſtolicæ, 1. Timoth. 4. Pietas a omnia vtilis eſt, habens promiſſionē huius et fu turæ vitæ &c. 1. Timoth. 6. Magnus quæſti eſt pietas cum animo ſua ſorte contento. Nih enim intulimus in hunc mundum, videlicet efferre quicquam poſſimus, ſed habentes al menta, & quibus tegamur his contenti ſim Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tent tionem & laqueum, & cupiditates multas ſtultas & noxias, quæ demergunt homines in exitium & in- teritum &c.*

# DOMINICA XVI.
## POST TRINITATIS
*Euangelium Lucæ 7.*



ET FACTVM EST DEinceps, ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim, et ibant cum eo diſcipuli eius multi, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat, & turba ciuita-

ciuitatis cum illa. Et cum vidiſſet eam
Dominus, miſericordia motus eſt erg
eam, & dixit illi: Noli flere. Et acceſ
ſit, tetigit loculum. Hi autem qui po
tabant, ſteterunt. Et ait: Adoleſcens
tibi dico, ſurge, & reſedit mortuus, &
cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ
Accepit autem omnes timor, & glor
ficabant Deum dicentes: Quia Proph
ta magnus ſurrexit in nobis, & quia D
us viſitauit plebem ſuam. Et exijt h
ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & i
omnem finitimam regionem.

E*VANGELII huius meditatio admon*
*quæ debeant eſſe noſtræ cogitationes, qua*
*do ſequimur funera, Imo quæ debeant eſſe n*
*ſtræ quotidianæ cogitationes de morte, Nam to*
*vita nihil aliud eſt, quam ambulatio ad morte*
*& ſepulturam, ſicut ſcriptum eſt: omnibus hom*
*nibus ſtatutum eſt, ſemel mori, ad Heb.*
*Hæc eſt via omnis carnis, ſicut etiam de Patri*
*chis, qui diutiſsime vixerunt, dicitur in Gen*
*& mortui ſunt. Recte itaq; etiam poeta de mo*
*dicit: Tendimus huc omnes, metam properam*
*ad vnam. Præcipue pertinet autem hoc Euan*

...ium ad Articulum fidei de reſurrectione mortu-
...rum, & monſtrat ipſum victorem mortis, au-
...orem reſurrectionis & datorem vitæ, videlicet,
...lium Dei Ieſum Chriſtum ſicut Iohan. 6. ipſe
...icit: Ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die, &
...ohan. 10. Ego æternam vitam do eis. Iohan.
11. Ego ſum reſurrectio & vita &c.

Loci Euangelij.

Primus locus de morte.

Secundus, de diſcrimine mortis piorum ... impiorum.

Tertius, de ſepultura.

Quartus, de luctu.

Quintus, de conſolatione contra mortem, ... de reſurrectione ex mortuis.

Sextus, de obligatione officiorum in hac ...ta, de qua dicitur: reddidit illum matri ſuæ.

Septimus, de voce ſeu acclamatione po...i: Propheta magnus ſurrexit in nobis, & Deus ...itauit plebem ſuam.

DE PRIMO LOCO.

MAGNVM eſt diſcrimen inter doctrinam Philoſophicam & doctrinam Eccleſiæ de ...te: Philoſophi mortis cauſas quærunt tan... in natura & de morte hominis non aliter ...utant, quam de morte beſtiæ, aut de extin...ne candelæ, quando materia alens flammam



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

deficit, Moritur beſtia, & extinguitur candela
quando materia alens vitam aut flammam de
ficit, aut quando accedit vis externa interficien
beſtiam aut extinguens flammam. Similiter Phi
loſophi & omnes ignari ſacræ ſcripturæ cogitan
de morte hominis. Sed homo Chriſtianus valde
aliter de ea cogitare debet, videlicet, iuxta præ
ſcriptum ſacræ ſcripturæ.

Sic autem docet ſcriptura, Hominem init
non creatum fuiſſe ad mortem, ſicut Sapient.
dicitur: Deus mortem non fecit. Sed quod mo
ſit pœna propter peccatum à Deo impoſita, ſic
in comminatione prima dicitur de morte. Qui
cunq; die comederis de eo, morte morieris, id e
eris obnoxius morti temporali et æternæ, niſi fa
fuerit condonatio. Cauſa itaq; mortis eſt peccat
& Diabolus primus autor peccati, ſicut ſapien
1. ſcriptum eſt, Inuidia Diaboli mors intra
in mundum, Iuſticia eſt perpetua & immorta
iniuſticia autem eſt acquiſitio mortis. Impij a
tem manibus & verbis accerſiuerunt illam.
Iohan. 8. Diabolus homicida eſt ab initio.
Roma. 5. Per vnum hominem peccatum intra
in mundum & per peccatum mors, & ſic in o
nes homines mors pertranſiuit eo, quod om
peccauerunt, id eſt, ſunt peccatores. Hæc de
eſſe prima cogitatio hominis Chriſtiani ſequ

*tis funus aut cogitantis de morte, quæ cogitatio pertinet ad doctrinam legis, & certiſsimam demonſtrationem continet, à poſteriore, quod omnes homines etiam Infantes, qui nondum peccauerunt ad ſimilitudinem præuaricationis Adæ, ad Roma. 5. id eſt, actualibus peccatis, tamen ſunt coram Deo peccatores, & rei, ſiquidem ſunt morti obnoxij. In hac conſideratione noſtram miſeriam deplorauit ipſe filius Dei in Lazari hiſtoria, Iohan. 11. Ergo multo magis in hac conſideratione nos de peccatis noſtris originali & actualibus & de ira Dei propter peccata cogitare & miſeriam noſtram deplorare debemus.*

*Ad hanc meditationem pertinet locus Pſalmi 90. Facis diffluere homines, ſicut nimbum, omnium ſunt, ſicut gramẽ quod ſubito exareſcit, quod mane floret, & mutatur veſperi, exciditur & areſcit, quia deficimus in ira tua & in furore tuo turbati ſumus, poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, occulta noſtra in lumen vultus tui. Quoniam omnes dies noſtri declinant præ ira tua, conſumimus annos noſtros, ſicut fabulã. Dies annorum 70. aut ad ſummum 80. anni, è quibus quod optimum eſt, moleſtia & labor eſt, tranſitus enim celer eſt, & auolamus, quis nouit potentiam iræ tuæ, & quis metuit iram tuam? Addatur admonitio de vtilitate huius meditationis, Sicut in Pſalmo ſequitur: Doce*

*nos, vt ſciamus numerum dierum noſtrorum, vt ambulemus corde ſapienti, Et Pſal. 39. Domine doce me quod finem habiturus ſim, & vita mea breue curriculum ſit, & quod breui hic non ero. Ecce ad menſuram palmæ: feciſti dies meos, & vitam meam ſicut nihilum coram te, quam nihil ſunt omnes homines: & tamen ſecure viuunt, Sela. Vt vmbra pertranſeunt & vane ſe torquent, theſaurizant & ignorant, qui ſit habiturus, cum corripis hominem propter peccatum, conſumitur pulchritudo eius, ſicut tinea, quia nihil eſt omnis homo, Sela. Eccleſi. 38. Memor eſto iudicij mei, Sic enim erit & tuum, Mihi heri, & hodie tibi. Eccleſiaſt. 7. in omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.*

*Hæc admonitio amplificetur argumento ſumpto ab incertitudine horæ mortis, iuxta dictum, nihil certius morte, nihil incertius hora mortis, vt ſcilicet ita viuamus ſemper, vt ſingulis momentis ſimus parati ad mortem, ne imparati præoccupemur morte, ſicut diues Epicureus Luc. 12. Qui in ſecuritate ſua dicit ad ſuam animam, Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, lætare, ſed neſciuit ſtultus, quod eadem nocte ei moriendum eſſet.*

## DE SECVNDO LOCO.

HOMINES ἄθεοι nō ſolum nullam eſſe exiſtimant differentiam inter mortem piorum & impiorum, ſed ne quidem inter mortem hominum & brutorum, ſicut in Eccleſiaſte eorum cogitationes recitantur à Salomone cap. 3. *Vnus eſt interitus hominis & iumentorum, quis nouit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?* Tales ſunt cogitationes Epicurei mundi, ſed nos ſcimus quod non ſolum mors hominum differt à morte pecudum, ideo, quia pecudes mortuæ prorſus intereunt, & amplius nihil de eis manet, Homines autem mortui non ita rediguntur in nihilum, quia animæ non intereunt, & corpora etſi in pulueres rediguntur, tamem die iudicij reſurgent aut ad vitam & beatitudinem æternam, aut ad æternas pœnas:

Itaq́, ſcimus etiam quod mors hominum piorum, valde differt à morte impiorum, de qua differentia loquuntur hæc dicta in Pſalmis, Pſal. 34. Mors impiorum peſſima. Pſalm, 116. Præcioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Eſt autem peſſima mors Impiorum, ideo, quia tum moriuntur ſine fide accipiente viuificam conſolationem, de remiſſione peccatorum, & donatione vitæ æternæ propter Chriſtum, moriun-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tur in ira Dei, in ſententia condemnationis, & moriuntur ad æternas pœnas, ſicut de Epulone dicitur Lucæ 16. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno, eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis &c. Et Pſalm. 49. Moriuntur vt iumenta, in inferno iacent vt oues, Mors depaſcit eos &c. piorum autem mors eſt precioſa in conſpectu Domini, idcirco etiam in conſpectu ſanctorum Angelorum, & omnium Beatorum ac Chriſtianorum precioſa eſt. Quia pius moriens non moritur, ſed in Chriſto Ieſu obdormit ad æternam beatitudinem & vitam, ad quam eum redemptor noſter Ieſus Chriſtus reſuſcitabit, ſicut inquit Iohan. 6. Hæc eſt voluntas patris, qui miſit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Et quidem in ipſo momento obdormitionis eius anima ab angelis ſanctis in ſinum Abrahæ deportatur, & ad Deum redit, ſicut de Lazaro dicitur: Lucæ 16. Factum eſt, vt moreretur Mendicus & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Sapient. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt & non tanget ea tormentum mortis. Lucæ 23. Hodie mecum eris in Paradiſo. Acto. 7. Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum. Sic mors ſanctorũ deſcribitur Apo. 14. Audiui vocem de cœlo dicentem mihi ſcribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Et per-*

tin

tinet huc phraſis de morte ſanctorũ patrũ, vt Ge-
neſ. 35. de Abrahamo dicitur: Deficiens mortu-
us eſt in ſenectute bona, & congregatus eſt ad
populum ſuum, ſicut ipſi prædictum fuit, cap. 15.
Tu ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſene-
ctute bona. Et pertinent huc dicta quæ affir-
mant credentes in Chriſtum non videre mortem,
non mori, ſed tranſiiſſe de morte in vitam, Iohan.
5. Quia ſunt per fidem victores mortis in Chri-
ſto Ieſu, qui mortem pro ipſis occidit Oſeæ 13. Et
iam omnibus credentibus in placidam obdormiti-
onem ad reſurrectionem vitæ æternæ commuta-
uit. De appellatione obdormitionis ſeu ſomni di-
cetur Dominica 24. Trinitatis,

Hic itaq; ſecundus locus admonet, vt ſequen-
tes funera, aut cogitantes de morte poſt medita-
tionem primi loci, conuertamus noſtras cogita-
tiones ad Chriſtum redemptorem & liberatorem
a peccato & morte, vt nos fide in Chriſtum ſe-
paremus ab Impijs, & dicamus cum Paulo ad
Philip. 1. Mihi viuere Chriſtus, mori lucrum,
cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et ad Roma.
14. Siue viuimus, ſiue morimur Domini ſumus.
In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit
vt viuorum & mortuorum ſit Dominus.

### DE TERTIO LOCO.

VLtimum officium quod homo homini præ-
ſtat eſt ſepulturæ officium, quod etiam ſanæ



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tes magni fecerunt, propter ſignificationem natu*
*ralium ſtorgarum, & obſeruantiæ amoriſq; erga*
*defunctos. Sed Chriſtiani hoc officium debent fa*
*cere maxime, cum propter eam ſignificationem d*
*qua dictum eſt. Quia verus amor etiam mortuo*
*proſequitur, tum præcipue propter ſignificatio*
*nem fidei, de redemptione facta per Chriſtum, &*
*de promiſſa reſurrectione carnis, & vita æterna*
*Pertinent enim ſepulturæ & ſepulchra Chriſtia*
*norum ad Articulum fidei, Credo reſurrectio*
*nem carnis vel mortuorum. Et ſunt eius Arti*
*culi ſeu fidei teſtimonia, & Symbola.*

*Habemus hunc honorem corporibus mor*
*tuorum, vt ea reuerenter ſepeliamus & tan*
*quam Sponſum & ſponſam ad templa & cœm*
*teria deducamus, quia credimus ea corpora d*
*functorum cum animabus à Chriſto eſſe redem*
*pta, à Chriſto adoptata, Chriſto inſita & inco*
*porata, cum Chriſto copulata in fide, ſicut ſpon*
*cum ſuo ſponſo copulata eſt. Qui Chriſtus ſpon*
*ſus etiam corpora piorum in nouiſſimo die rurſ*
*reſuſcitabit & viuificabit ad fruitionem æte*
*næ vitæ, & gloriæ cum ipſo. Qui hæc conſidera*
*ille videt cauſam cur Patriarchæ in tanto hon*
*re habuerunt ſepelitiones & ſepulchra, ſicut e*
*empla teſtantur, quæ ſcripta ſunt, Gene. 23. 2*
35. 37. 38. 47. 49. &c. *Hæc itaq; tert*

*noſtr*

noſtra cogitatio debet eſſe, quando ſequimur funera piorum. Item, Hæc conſideratio admonet nos, cur tam honorificum nomen tribuatur ſepulchris Chriſtianorum, Eſaiæ 6. vt cubilia appellentur.

Sicut autem de ſepulchro Chriſti dicitur: Eſaiæ 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum, quia erat cubile triduanum filij Dei victoris peccati, mortis & inferni, reſurgentis cum gloria tertia die: Ita recte etiam de omnium Chriſtianorum ſepulchris dicimus, Sepulchra Chriſtianorum eſſe glorioſa, quia ſunt cubilia membrorum Chriſti & filiorum Dei adoptatorum in Chriſto, qui in fide Chriſti etiam ſunt victores peccati, mortis & inferni, & ſunt etiam reſurrecturi glorioſe ad vitam æternam. Item, ſunt glorioſa cubilia, quia ſunt ſanctificata per ſepulturam Chriſti, ſicut in hiſtoria paſsionis de Chriſti ſepultura dictum eſt.

Addatur itaq; hoc loco admonitio, vt ſepelitiones pie & reuerenter peragantur, cœmiteria & ſepulchra habeantur in honore, Item, Oſſa & crania defunctorum reuerenter tractentur, & ſeruentur & reprahendantur abuſus helluationum in ſepulturis. Item, violationes ſepulchrorum, & inhumanæ & barbaricæ tractationes oſsium ac craniorum. Sic commode accepta occaſione poteſt allegari, quod in veteri Te-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſtamento horribilis pœna & ignominia fuit, priuatio ſepulturæ. Sicut hodie quoq; ignominia ſuppliciorum publicorum ea priuatione augetur. Sic 3. Reg. 14. ſcriptum eſt: Qui mortui fuerunt de Ieroboam ciuitate, comedent eos canes, Qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli, 4 Reg. 9. Ieſabel præcipitatur de feneſtra, et ait Iehu: ſermo Domini eſt quem locutus eſt per ſeruũ ſuum Eliam, dicens: In agro Ieſabel comedent canes carnes Ieſabel, & erũt carnes Ieſabel ita vt prætereuntes dicant: Hæccine eſt illa Ieſabel? Sic Ierem. 8. ſcriptũ eſt. In illo tempore ait Dominus: eijciet oſſa regũ Iuda, & oſſa principũ eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prophetarũ, & oſſa eorum qui habitauerunt Ieruſalem de ſepulchris ſuis. Ieremiæ 19. Dabo cadauera eorum eſcam volatilibus cœli & beſtijs terræ, Iere. 22. & 36. Propterea dicit Dominus ad Ioachim filium Ioſuæ regem Iuda, Non plangent eum, ſepultura aſini ſepelietur putrefactus & proiectus extra portas Ieruſalem, cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.

Si quis etiam velit, poterit hoc loco dicere de cauſa, cur Chriſtiani ſepulchra ſua habeant in Templis, vel in cœmiterijs circa templa. Hæc enim ratio & ad ſepulturæ honorem, & ad commonefactionem de reſurrectione mortuorum, &

*vita æterna pertinet. Eſt autem ea ratio, vt ſig-nificetur, mortuos in fide Chriſti non eſſe ſepara-tos à ſancta Catholica Eccleſia, & à communio-ne ſanctorum, ſed in ea manere, & non tantum ſecundum animam, ſed etiam ſecundum corpora ſeruari à filio Dei, qui eſt caput Eccleſiæ, ad re-ſurrectionem mortuorum, Ideo deferuntur ad templa mortui, in quibus ſolet conuenire Eccle-ſia, quia eſt vna ſancta Eccleſia viuentium, & ... defunctorum, hoc eſt, vt dicere ſolemus, mili-tans & triumphans. Huc accommodentur dicta ex Geneſi, Congregatus eſt ad populum ſuum. Item, Ego ſum Dominus Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Item, Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum & mortuorum ſit Dominus ad Roma. 14.*

### DE QVARTO LOCO.

*DEſcribitur in Euangelio miſerabilis vidua, quæ ſequitur funus vnici filij defuncti, in ...uo poſt Deum omnem conſolationem huius vi-...m repoſitam habuit, Quare nõ eſt dubium, quin ...æc vidua fuerit admodum triſtis, & miſerrime ...euerit. Hunc luctum viduæ matris non tantum ...on repræhẽdit Chriſtus more Stoicorum, ſed etiã ...er miſericordiã vera compaßione mouetur, ac-...edit ad lamentantem, conſolatur eam. Primum*

*ver-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*verbis, noli flere, Deinde etiam facto, hoc eſt, miraculoſa reſuſcitatione & redditione filij mortui, Reſuſcitauit enim adoleſcentem, & reddidit eum matri ſuæ.*

*Primo itaq; hic locus monet Stoicum, & non Chriſtianum eſſe damnare ſtorgas, quæ ſunt naturæ inditæ, Abraham fleuit vxore mortua, Iſaac matre mortua, Iacob amiſſo Ioſeph, Ioſeph patre mortuo. Imo ipſe filius Dei etiam ſtorgarum ſenſum lachrimis expreßit, quando mortuo Lazaro, & conſpectis Ieroſolymis deplorauit miſerias humanas, vt in hoc ipſo Euangelio de commiſeratione Chriſti dicitur: motus eſt miſericordia, ſicut etiam de eius compaßione dicitur ad Hebr. 5. Quare damnanda eſt Stoica* ἀπάθεια *&* ἀϛοργία, *quæ vere eſt induratio, & faſcinatio Satanæ pugnans cum ipſa natura. Diabolus enim, vt eſt* ἄϛοργος, *ita facit* ἀϛόργους, *ſed filius Dei eſt* φιλόϛοργος, *ac ita facit* φιλοϛόργους, *& triſticiam, & dolores vicißim veris conſolationibus, mitigat & tollit, vt fletus Chriſtianorum ſit diſtinctus à fletu aliarum gentium, quæ veram conſolationem non habent, ſicut Paulus ad Theſſa. 4. monet de mortuorum deploratione, Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut cæteri, qui ſpem non habent. Triſticiam & luctum non prohibet, ſed monet triſtitiam & lu-*

*ctum*

*ctum Chriſtianorum differre ab aliarum gen-*
*tium, triſticia & luctu. Propterea quod nos*
*Chriſtiani hanc ſpem habemus, quæ nos conſola-*
*ri debet, quod illi qui in fide Ieſu Chriſti ſunt*
*mortui, non perierunt ſed obdormiuerunt ad glo-*
*rioſam reſurrectionem vitæ æternæ, qua ſpe &*
*conſolatione deſtituuntur omnes aliæ gentes ex-*
*tra Eccleſiam. De hac differentia etiam dicitur:*
*Leuit. 19. Super mortuo non incidetis carnes*
*veſtras, neq; figuras aut ſtigmata facietis vobis,*
*ego Dominus, Eccleſiaſt. 12. Modicum plora*
*ſupra mortuum, quia requieuit. Sed quare de-*
*fleantur mortui? Reſpondeo: Mortui ſi in fide*
*Chriſti obdormiuerunt non ſunt deflendi propter*
*ſe ipſos, quia ipſi vitam miſeram cum beata com-*
*mutauerunt, iuxta dictum: Hodie mecum eris*
*in Paradiſo, ſed deflentur duplici tamen ratione.*
*Primo, propter conſiderationem miſeriæ*
*humanæ per peccatum inuectæ, ſicut Chriſtus La-*
*zarum defleuit, quemadmodum dictum eſt.*
*Secundo, deflentur propter nos, qui ſu-*
*mus eorum conuerſatione & officijs priuati ſicut*
*ſorores Lazari Lazarũ deflebant, & hæc vidua*
*defleuit filium, Abraham defleuit vxorem &c.*
*Quod ſi mortui ſunt in impietate mortui, tunc maxi-*
*me propter ipſorum perditionem deflentur. Sic*
*Dauid Abſolonem defleuit, & ſic Chriſtus aſpi-*
*ciens vrbem Ieroſolymam, & cogitans non tan-*
*tum*

*tum de ruina vrbis, ſed de perditione tot animarum lachrymatus eſt.*

*Secundo admonet hic locus omnes viduas & miſerabiles perſonas, vt in ſuo luctu reſpiciant ad hoc exemplum, in quo demonſtrauit Chriſtus, ſe verè affici calamitatibus, viduarum & miſerarum perſonarum, Sicut enim in hoc Euangelio Chriſtus obuiat viduæ accedit ad eam, conſolatur, fert opem: ita ſe præbet benignum & præſentem opitulatorem omnibus afflictis viduis & miſeris perſonis ipſum inuocantibus.*

*Tertio, In hoc loco exemplum etiam admonet vt ſinguli Chriſtiani viduis & miſerabilibus perſonis conſolationem & alia officia Charitatis præſtent. Eſto viduis pro marito, & orphanis pro patre, & diliget te Deus magis quam Mater tua.*

## DE QVINTO LOCO.

*COmmuni prouerbio dicitur: Contra vim mortis herba non creſcit in hortis, id verum eſt. Et multo verius eſt, quod contra vim æternæ mortis ſeu condemnationis nullum remedium inueniatur in toto mundo apud omnes homines, ſed hic vnus medicus & hæc vna medicina nobis contra mortem & condemnationem æternam data eſt, ab ipſo Deo, videlicet, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſua paſſione & morte, mortem noſtram deſtruxit, & nos à morte & condemna-*

tion

itione Inferni liberauit. Is eſt verus noſter medicus contra mortem, qui nos ſuo verbo & Sacramentis ſanat & viuificat à morte peccati, dans nobis vitam æternam per fidem in ipſum iuxta dictum Iohan. 10. Ego ouibus meis do vitam æternam. Iohan. 6. Et nos etiam ſua voce in nouiſsimo die ad vitam æternam reſuſcitabit, ſicut reſuſcitauit ſua voce hunc adoleſcentem mortuum, & puellam mortuam, Matth. 9. & Lazarum mortuum, Iohan. 11. Sic enim de reſuſcitatione quam in nouiſsimo die faciet, ipſe inquit, Ioh. 6. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Item, Ioh. 5. Veniet hora cum audient vocem filij Dei, hi qui ſunt in monumentis, & prodibunt qui bona egerunt in reſurrectione vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectione iudicij. Item, Ipſe ſimul eſt vera & viuifica medicina noſtra, contra mortem & condemnationem & veriſsima arbor vitæ Paradiſi cœleſtis, ac cibus æternæ vitæ, ſicut inquit, Iohan 6. Ego ſum panis vitæ & ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit de hoc pane viuet in æternum & panis, quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita, qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die, ſicut me miſit viuens pater, ſicego viuo propter patrem, Et ſi quis mãducat me, & ipſe viuet propter me.

Iohan. 11. *Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit viuet & omnis, qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.* Hic itaque Medicus, & hæc medicina contra mortem nobis in hoc Euangelio monſtratur: ſicut etiam Matt. 9. Et Ioh. 11. Vt in ipſo medico ſolo fixã & poſitã habeamus omnem noſtram conſolationem contra mortem & condemnationem, quia ipſi ſoli hæc virtus & gloria competit: de qua dicitur Oſeæ 13. De manu morti liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mor tua, O mors, ero morſus tuus inferne. Hoc itaq loco explicentur fundamenta præcipua, pertinentia ad Articulum de reſurrectione mortuorum ad vitam æternam.

Primum fundamentum eſt promiſsio Dei quæ & eſt veriſsima, & eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti, id eſt, in ipſa promiſsion Euangelij de Ieſu Chriſto eſt virtus viuifica & ſalutifera, qua datur vita æterna omnibus credentibus, ſicut ſæpe repetitur, quod credens in Chriſtum, habet vitam æternam. Hinc itaq; ſequitur hæc certiſsima demonſtratio. Credens in filium Dei, habet vitam æternã, non morietur in æternum, & etiamſi mortuus fuerit viuet, Ergo neceſſe eſt reſtare reſurrectionem mortuorum a vitam æternam.

Secun

*Secundum fundamentum eſt ipſa re-
demptio Chriſti, qua eſt promiſsio impleta.
Nam ſi non eſſet reſurrectio ex mortuis ad vi-
tam æternam, tunc nulla facta eſſet redemptio à
peccato, morte & condemnatione, & nos qui in
Chriſtum credimus, eſſemus omnium hominum
miſerrimi, 1. ad Corinth. 15.*

*Tertium fundamentum, eſt Chriſti reſurre-
ctio, qui eſt caput noſtrum, nos ipſius membra
ſumus. Hoc fundamentum copioſe & ſplendi-
de tractat Apoſtolus toto capite 15. 1. ad Co-
rinth. Cuius capitis ſumma hoc loco repetatur.
Huc pertinet etiam dictum Iohan. 11. Ego ſum
reſurrectio & vita. Item, Iohan. 17. Pater
quos dediſti mihi volo, vt vbi ego ſum, & illi
ſint mecum, vt videant gloriam meam &c.*

*Quartum fundamentum, eſt oppignoratio
& obſignatio vitæ æternæ, facta à Deo in cor-
dibus credentium per Spiritum ſanctum, qui pi-
gnus hæreditatis noſtræ vocatur, 2. ad Corinth.
1. & 5. Et ad Epheſ. 1. Hoc fundamentum po-
nit Paulus ad Roma. 8. Quod ſi Spiritus eius
qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis habitat
in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis,
viuificabit etiam mortalia corpora veſtra pro-
pter inhabitantem Spiritum eius in vobis.*

*Quintum fundamentum, monſtrat Chriſtus
Matth. 22. in confutatione Saduceorum negan-*

tiũ reſurrectionem, De reſurrectione autem mor
tuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo di
tente vobis: Ego ſum Deus Abraham, & Deu
Iſaac, & Deus Iacob, non eſt autem Deus mo
tuorum ſed viuentium, & repetitur idem fun
damentum à Paulo ad Roma. 14. Nemo no
ſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur, ſiue eni
viuimus, Domino viuimus, ſiue morimur, Do
mino morimur: ſiue ergo viuimus ſiue morimu
Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortu
eſt, & reſurrexit & reuixit, vt & viuorum &
mortuorum ſit Dominus.

VI Sextum fundamentum eſt omnipote
tia Dei & Filij eius Ieſu Chriſti, coniuncta cu
veritate verbi & promiſsionis, iuxta dictum
Ezech. 37: Ego dico & facio dicit Dominu
Item, Lucæ 1. inquit Angelus: Non eſt impoſ
bile apud Deum omne verbum. De hoc fu
damento inquit Apoſtolus ad Philip. 3. Exp
ctamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, q
reformabit corpus humile noſtrum configuratu
glorioſo corpori ſuo ſecundum efficaciam, q
poteſt ipſe ſubijcere omnia. Hoc itaq; in loco
futentur cogitationes humanæ de impoſsibilita
reſurrectionis carnis putrefactæ, & conſum
varijs modis à vermibus, piſcibus, auibus, ig
& ſimilibus, Veritatem & omnipotentiam D
nulla impedit conſumptio & putrefactio, qui
tumuis longi temporis, Qui ex nihilo crea

cœlum & terram, etiã corpus humanum putrefa-
ctum reſuſcitare poteſt. Imo ipſe ſicut cuſtodit a-
nimã noſtram ſeparatã à corpore: Ita etiam cuſto-
dit corpus noſtrum concreditũ ipſi, & apud ipſum
in fide depoſitum, ſicut inquit Paulus: Sequamur
itaq; in fide huius Articuli exemplum Abrahæ, de
quo ſcriptum eſt ad Rom. 4 Non fuit infirmus
fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, ſed
confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſime
ſciens, quod quæcunq; promiſit potẽs eſt et facere.

Pertinet ad hanc declarationem locus Pſalmi 90. Facis hominem mori, & dicis, reuertimini filij hominis, quia mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna, quæ præterijt ſicut vigilia nocturna. Item ad hanc declarationem pertinet viſio Ezechielis de oſsibus. Item præcipue ad hãc declarationem pertinet recitatio exemplorum ſeu hiſtoriarum de illis, qui ſunt reſuſcitati. In primis autẽ recitentur tria exempla reſuſcitatorũ à Chriſto, filiũ Archiſynagogi reſuſcitauit adhuc iacentem in lecto ſeu cubiculo Mat. 9. Filiũ viduæ iacentem in pheretro & exportatum iam extra vrbẽ ad ſepulturã Luc. 14. Lazarum iacentem quatriduũ in ſepulchro & fœtentem. Sic itaq; nulla eſt differentia apud filium Dei, ſiue hac hora, ſiue ante mille aut multo plures annos, ſunt mortui, quos ipſe reſuſcitat, quia mille anni ſunt tanquam vna vigilia apud ipſum, vt in Pſalmo dicitur. Hæc



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*declaratio poteſt illuſtrari etiam exemplis in na-tura, Arbores & herbæ autumno moriuntur Vere rurſum viuificantur &c.*

## DE SEXTO LOCO.

*FILIVM viduæ reſuſcitauit Dominus ad hanc vitam, ſicut etiam filiam Archiſynago-gi, & Lazarum. Itaq; reddidit hunc Matri ſuæ vt ſignificet in hac vita debere manere obliga-tionem mutuorum officiorum, quæ ſunt in hac vita neceſſaria & ordinata. Liberi debent pa-rentibus honorem, & ea officia quæ honor ille complectitur: ab hac obligatione nulla emancipa-tio excuſat liberos. Quæ enim poteſt eſſe maior emancipatio, quam ſi quis moriatur: & tamen poſtquam hic Filius vitæ eſt reſtitutus, fit irrita emancipatio, & redit obligatio, quæ ante fuit iuxta quartum præceptum. Ideo dicit Lucas, red-didit eum Matri ſuæ. In reſurrectione nouiſſimi diei, tradet Chriſtus regnum Deo patri. 1. ad Corint. 15.*

## DE SEPTIMO LOCO.

*SEPTIMVS locus eſt de acclamatione popu-li. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & De-us viſitauit plebem ſuam: Hæc debet eſſe etiam noſtra acclamatio in fide, quando hiſtorias tali-um miraculorum Chriſti audimus & legimus.*

*& pro hac miſericordi viſitatione per ipſum agamus gratias, ſicut Zacharias Lucæ 1. dicit: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis &c. Addatur etiam admonitio, quod ſicut vox Chriſti ad mortuum fuit viuifica: Ita vox Chriſti ad nos mortuos in peccatis eſt viuifica in prædicatione Euangelij & abſolutione: eſt enim potentia Dei ad ſalutem onmi credenti.*

## *DOMINICA XVII. POST TRINITATIS*

*Euangelium Lucæ 17.*

ET FACTVM EST cum introiſſet Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum ſabbatho, ad manducandum panem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad Legiſperitos & Phariſæos: dicit: Si licet Sabbatho curare? At illi tacuerunt, & apprehen-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpon
dens ad illos, dixit: Cuius veſtrum aſi
nus aut bos in puteum cadet, & non
continuo extrahet illum die Sabbathi
Et non poterant ad hæc reſponder
illi.



Dicebat autem & ad inuitatos p
rabolam, intendens, quomodo primo
accubitus eligerent, dicens ad illos. Cu
inuitatus fueris ab aliquo ad nuptia
non diſcumbas in primo loco, ne for
honoratior te ſit inuitatus ab illo, & v
nie

ens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi:
Da huic locum, & tunc incipias cum
rubore nouiſsimum locum habere. Sed
cum vocatus fueris: vade recumbe in
nouiſsimo loco, vt cum venerit qui te
inuitauit, dicat tibi: Amice, Aſcende ſu-
perius. Tunc erit tibi gloria coram ſi-
mul diſcumbentibus, Quia omnis qui
ſe ipſum exaltat, humiliabitur, & qui ſe-
ipſum humiliat, exaltabitur.

*EVANGELIVM habet duas partes.*

*PRIMA eſt hiſtoria de ſanatione hydropici die Sabbathi in conuiuio, quod nuptiale fuiſſe apparet veriſimiliter ex Chriſti admonitione ad conuiuas. Cum fueris inuitatus ad nuptias &c. huius partis loci ſunt quatuor.*

*Primus quatenus liceat homini Chriſtiano conuerſari cum infidelibus & peccatoribus.*

*Secundus, de inſidioſa malitia Iudæorum obſeruantium Chriſtum, vt eum caperent in verbo aut facto, & quomodo Chriſtus ſeſe explicuerit.*

*Tertius, de Sabbato & de recto intellectu tertij præcepti.*

*Quartus, de miraculis.*

*SECVNDA pars eſt inſignis & grauis concio Chriſti de ſuperbia & contraria virtute humilitate.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE PRIMO LOCO

### Primæ partis.

GRAVISSIMA dicta extant in ſcriptura, quæ prohibent conuerſatiouem cum impijs peccatoribus & hæreticis, vt in 2. Iohannis dicitur: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis, Qui enim dicit illi aue, communica operibus eius malignis, 1. Cor. 5. Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator aut auarus aut Idolis ſeruiens, aut maledicus aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumite. Videntur autem aliqua exempla Chriſti conuerſantis & comedentis cum Phariſæis & obſeruantibus ipſum, & cum peccatoribus, pugnare cum iſtis dictis, & idcirco merito reprehendi: Marci 2. Vbi ſcribitur, quod Chriſtus diſcubuerit in domo Leui cum Publicanis & peccatoribus. Sunt itaq; illa dicta recte intelligenda & explicanda, ne condemnẽtur innocentes, ſicut Chriſtus excuſatione ſua admonet, Mar. 2. non opus habent ſani Medico, ſed qui male habent. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, Monet hoc dictum ſeu excuſatio Chriſti de diſtinctione alij ſunt obdurati in erroribus, blaſphemia & ſceleribus ſeu peccatis, adeo vt exiſtiment ſe eſſe ſanos & iuſtos, & admoniti non velint agnoſcere

ſuos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nuos errores & peccata: de quibus Iohan. 8. inquit Chriſtus: Si cœci eſſetis, peccatum non haberetis, nunc autem quia dicitis videmus, idcirco peccatum veſtrum manet. De talibus quam diu tales manent dicitur ad Tit. 3, Hæreticum hominem poſt vnam & alteram admonitionem deuita. Item, Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Tales fuerunt Annas, Caiphas, Pilatus & ſimiles, cum quibus Chriſtus non comedit, nec familiariter conuerſatus eſt. Alij etſi ſunt peccatores & erroribus impliciti, tamen ſunt dociles, qui admoniti agnoſcunt ſuum morbum, errores & peccata. Hos vocat Chriſtus ægrotos, quibus opus eſt, vt Medicus cum ipſis conuerſetur. Vocamus autem dociles illos, de quibus nondum habemus manifeſta ſigna obſtinatæ blaſphemiæ & impietatis poſt admonitionem oſtenſa. Tales enim ſperat caritas eſſe dociles, iuxta dictum Apoſtoli: caritas omnia credit.

Secunda diſtinctio ſumitur ex exemplo 2
Chriſti. Dicta ante citata non prohibent conuerſationem gratia caſtigationis & emendationis, ſed aſſentationem & conniuentiam in conuerſatione prohibent. Non debeo hoſti veritatis blaſphemo & manifeſte flagitioſo aſſentari, & non debeo apud eum tacere veritatem, ideo, quia ſcio eum non poſſe ferre. Sed debeo facere ſicut Chri-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ſtus fecit, qui cum Phariſæis & alijs obſeruantibus ipſum eſt conuerſatus, vt coram ipſis argueret, repræhenderet & doceret, ſuamq́ doctrinam & opera in facie ipſorum defenderet, & confirmaret, ipſisq́ ora obſtrueret. Tali conuerſatione Chriſti ſunt multi etiam ex Phariſæis & Principibus conuerſi, quamuis aliquandiu manſerunt adhuc imbecilles, vt Nicodemus. Et Iohan. 12. ſcribitur: Veruntamen multi ex Principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur.*

3 *Tertia diſtinctio extat 1. ad Corinth. 5. de his qui ſunt foris aut intus, hoc eſt, aut ſunt manifeſte alieni, aut vocantur fratres in Eccleſia. Scripſi vobis in Epiſtola ne commiſceamini fornicarijs, non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris aut rapacibus aut Idolorum cultoribus, alioquin debueratis de hoc mundo exijſſe, nunc autem ſcripſi vobis ne commiſceamini. Si is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumite. Quid enim ad me attinet de his, qui foris ſunt iudicare, nōne de his qui ſunt intus, vos iudicatis, nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit, auferte malum ex vobis ipſis. Quod autem de illis, qui foris ſunt, dicit Apoſtolus, etiam accommodetur ad negocia ciuilia, ſine quibus non poteſt eſſe vita in hoc mun-*

ſto, vt de illis etiam verum ſit, Si quis cum nemine niſi cum vere pijs velit exercere ciuilia negotia, non velit ab alijs emere aliquid, eum è mundo exire debere.

DE SECVNDO LOCO.

ALiquoties repetitur in hiſtoria Euangelica admonitio de inſidioſis ſeu doloſis obſeruatoribus Chriſti, vt Mat. 22. dicitur: Pharisæi conſilium ceperũt, vt caperent Ieſum in ſermone. Et ibidẽ hæc obſeruatio vocatur nequitia. Sic enim ſequitur: Cognita Ieſus nequitia eorum. Præſcripta ſunt autem nobis hæc exempla à Spiritu ſancto, vt nos admoneãt de dicto Chriſti Matth. 10. Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices vt columbæ. Cuius dicti exemplaris declaratio eſt in tota vita Chriſti. Et præcipue in diſputationibus & colloquijs cum obſeruatoribus Matt. 22. doloſam interrogationem proponũt obſeruatores, quæ captioſum dilemma continet, nimirum: Licet ne Cæſari cenſum dare an nõ? Cogitãt .n. ſi affirmatiue reſpõderit, nõ tantũ concitabit contra ſe vulgus, ſed nos etiã perſuadere populo poterimus, eũ nõ eſſe liberatorẽ ſeu Meſsiam promiſſum, qui ſeruitutẽ Romanã ſuadeat, quia redemptoris ſeu liberatoris eſt ex ſeruitute liberare: Si reſponderit negatiue, accuſabimus eum apud præfectum Romanum ſeditionis. Sed Chriſtus in ſua ſimplicitate captioſum dilemma ita diſſoluit, vt obſeruatores eius reſponſionem admirantes diſceſſerint.

Simi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Similis fuit quoq; hæc obſeruatio. Adducitur in conuiuium (quod ex concione Chriſti, Cum vocatus fueris ad nuptias, apparet fuiſſe nuptiale) hydropicus. Cogitant autem obſeruatores: Si noluerit eum ſanare, accuſabimus eum immiſericordiæ, & populo perſuadebimus, eum non eſſe Meſsiam, Quia de Meſsia ſcriptum eſt, quod miracula ſanationum faciet. Si vero ſanauerit, accuſabimus eum impietatis quod Sabbatum non obſeruet. Et hac etiam ratione demonſtrabimus eum non eſſe Meſsiam. Sed Chriſtus in ſua ſimplicitate ſapientiſsime obſeruatores illos confundit. Sanat hydropicum, & hoc miraculo declarat gloriam ſuam, quod ſit vnigenitus filius Dei, & promiſſus atq; exhibitus Meſsias, & quod ſit miſericors opitulator. Atque duas quæſtiones de Sabbato proponit, includentes argumentum inſtantiæ, ex propria Iudæorum conſuetudine & interpretatione ſumptum. Nimirum:*

*Ipſimet iudicatis vos non violare Sabbathum, Si bouem aut aſinum delapſum in puteum extrahatis, ne moriatur. Ergo nequiter facitis, quod me doloſe obſeruatis, an Sabbatho velim hominem ſanum facere. Si enim licet Sabbatho cum labore magno ſeruare vitam bouis aut aſini. Ergo multo magis licet ſanare hominem. Hoc exemplum etiam in Scholis ad commendationem artis Dialectices accommodandum eſt.*

*Sicut alia multa, quia vera ſcientia & verus v-us artium eſt donum Dei.*

## DE TERTIO LOCO.

ALIQVOTIES *fuit Chriſto cum Iudæis contentio de Sabbatho, in qua ſemper Chriſtus prehendit ſuperſtitionem Phariſaicam in Cereonialibus, non reprehendit ipſas Ceremonias Deo præceptas in vero vſu, donec manſit oblitio legum Ceremonialiũ. Recte itaq; illæ diſputiones Chriſti intelligendæ ſunt, iuxta dictum: ucæ 21. Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui cimatis mentam & omne olus, & præteritis dicium & caritatem Dei: hæc oportuit facere illa non omittere. Item, iuxta dictum, Oſeæ quod in hac diſputatione Matthæi 12. allegat riſtus. Miſericordiam volo, & non ſacrifici-, Id eſt, opera caritatis anteferenda ſunt Cerenialibus, quando vtraq; ſimul præſtari non ſunt.*

*Primo itaq; hoc in loco dicatur de Iudai-Sabbatho, & repetantur ex Moſe cauſæ, pror quas non tantum ſanctificatio, ſed etiã quies bbathi præcepta fuit Iudæis. Et ex diſputatious Chriſti declaretur regula illa: Miſericordi-volo, non ſacrificium: quia eius regulæ vti-s in tota vita magna eſt, ad conſcientiarum rarum eruditionem in multis caſibus.*

*Mat-*

*Matthæi 12. repræhendunt Iudæi diſcipu-
los Chriſti, quod Sabbatho ſpicas famis ſedanda
gratia vellunt & manducant. Eos Chriſtus hoc
modo excuſat. Non legiſtis quid fecerit Dauid
quando eſuriit ipſe, & qui cum eo erant, quomo-
do introiuit in domum Dei, & panes propoſiti-
onis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his
qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus? Au-
non legiſtis in lege, quod Sabbatis Sacerdotes in
templo Sabbatum violant, & ſine crimine ſunt
Dico autem vobis, quia templo maior eſt hic. S
autem ſciretis, quid ſit Miſericordiam volo &
non ſacrificium, non condemnaſſetis innocente
Dominus eſt enim filius hominis etiam Sabbath
Et Marci 2. additur: Et dicebat eis, Sabbatu
propter hominem factum eſt, & non homo pro
pter Sabbatum. Eodem capite Matthæi & Mar
cum ei oblatus eſſet homo habens manum ar
dam, & quæſtio eſſet propoſita: An liceat Sa
batis curare? Viciſſim opponit Chriſtus huic
brem quæſtionem. An liceat Sabbatis bene fac
re vel male, Animam ſaluam facere an perder
Et ipſemet reſpondet hoc modo: Quis ex vob
homo, qui habet ouem vnam, & ſi ceciderit h
Sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit e
Quanto magis melior eſt homo oue? Itaq; lic
Sabbatis benefacere. Et ait homini, Extende m
num tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanita*

*ſicu*

tut altera. Similes hiſtoriæ extant Lucæ 13. Ioh.
. quarum collatio vtilis eſt ad explicationem
uæſtionis, non tantum de Sabbato, ſed in genere
e Ceremonialibus.

2 Secundo dicatur de Sabbato Chriſtianorum,
oc eſt, de obſeruatione dierum Dominicalium &
eſtorum. Etſi enim Ceremoniale Iudaicum ter-
præcepti cum alijs Iudaicis Ceremonijs deſijt,
idcirco Apoſtolus dicit Collo. 2: Nemo vos
dicet in feſtis aut Neomenijs aut Sabbatis, quæ
nt vmbra futuri: tamen morale eius præcepti
um toto Decalogo manet. Quia vult Deus eſſe
rtos dies deſtinatos ad publicum miniſterium
uangelij & Eccleſiæ congregationes. Illi dies
nctificari debent Domino, publica congrega-
ne Eccleſiæ conuenientis ad prædicationem &
ditionem verbi Dei, Pſalm. 122. ad com-
unem inuocationem, Eſa. 56. ad gratiarum a-
ionem, & laudes Dei, ad vſum Sacramentorũ
ad oſtendendã confeſſionẽ coram mundo. Ab
c congregatione nemo temere & contumaciter
l ignauia vel negligentia, vel propter ſimilia
era abeſſe debet. Nam lex de Sabbato ſancit,
quis petulanter illis diebus negligat ſacras Ec-
ſiæ congregationes, vel faciat operas impedi-
tes frequentiam publici miniſterij.

Breuiter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Breuiter itaq; repetatur doctrina tertij
præcepti, in quo ſciamus præcipi conſeruationem
publici miniſterij, Et præcipi vt Eccleſia certis
diebus conueniat ad eos fines de quibus dictum
eſt.

Dicatur etiam Sabbathi obſeruationem
non eſſe ignauum ocium eius diei aut helluatio-
nes, ſicut vulgus exiſtimat: ſed ſanctificationem
id eſt, collocationem in opera ſancta, videlicet in
miniſterium diuinum, doctrinam, inuocationem
laudes Dei, vſum Sacramentorum, & confeßio-
nis oſtenſionem.

Violant igitur hoc præceptum primum
illi, qui miniſterio præſunt, ſi non docent au
negligunt doctrinam, aut non recte docent: au
qui ceremonias diuinitus inſtitutas deprauant
vel alias ſuperſtitioſas & idolatricas exer-
cent.

Deinde peccant illi, qui nunquam vel ra-
ro pias conciones audiunt, vel nunquam aut ra-
ro pijs Ceremonijs publicis, & vſui Sacramen-
torum interſunt, ſiue per contemptū, ſiue ignaui
ſiue negligentia, ſiue quod ſine neceßitate petu-
lanter & cum ſcandalo eum diem conſumun
ſeruilibus operibus, aut etiam compotationibus
ſcurrilibus ludis, alijſq; prophanis ineptijs. Quar
citetur memorabilis locus ex 17. capite Ieremiæ
Vbi Propheta obiurgat eos, qui Sabbatho pe

porta

portas vrbis conuehebant merces, id eſt negociabantur neglecto miniſterio. Et additur criminatio grauiſsima. Succendam ignem in portis &c. Viciſsim autem additur promiſsio. Si ſanctificabitis Sabbatum, introibunt per portas Reges & Principes, id eſt, habebitis regnum florens.

Peccant etiam illi, qui ſua præſentia confirmant impios cultus, & qui impediunt miniſterium auaritiæ aut rapinis, eò quòd Miniſtris ſtipendia neceſſaria negant aut eripiunt.

In fine huius loci poteſt repeti admonitio de Chriſti miraculis Sabbato factis, quod ea vere fuerunt opera Sabbati congruentia cum præcepto de ſanctificatione Sabbathi, quia fuerunt & ſunt declarationes gloriæ Chriſti promiſſi & miſsi Meſsiæ, & fuerunt ac ſunt teſtimonia doctrinæ ipſius confirmantia fidem Eccleſiæ. Et fuerunt atq; ſunt exempla promiſsionum, quorum conſideratio exuſcitat inuocationem, & in inuocatione fidem & ſpem confirmat.

## DE QVARTO LOCO

QVARTVS locus eſt de miraculis, de quibus ſi quis plura dicere vult, repetat ea quæ antea de miraculis dicta ſunt.

## DE SECVNDA PARTE Euangelij.

Secunda pars eſt admonitio contra ſuper-

 biam

*biam ſeu repræhenſio & vituperatio ſuperbiæ, quæ eſt elatio animi efferentis ſe ſupra creationis, vocationis & humanæ conditionis ſortem, orta ex contemptu Dei & proximi, & ex admiratione vana ſuiípſius, ac donorum vel conditionis ſuæ. Et econtra eſt commendatio humilitatis, quæ eſt virtus agnoſcens propriam ὀυδενίαν, & viciſſim miſericordiam & dona Dei in vocatione & conditione ſua, cum gratiarum actione, & ſe reuerenter ſubíjciens voluntati Dei in vera obedientia erga Deum & in vera caritate, ſine contemptu proximo ſeruiens.*

*Ad vituperationem ſuperbiæ afferantur primo dicta ſcripturæ contra ſuperbiam, quæ vbique ſunt obuia, vt Amos 6. dicitur: Iurauit Dominus in anima ſua, dicit Dominus exercituum: deteſtor ego ſuperbiam. Item, quædam præcipua dicta bonorum authorum, quæ illuſtrant dictum Syracidæ cap. 10. Odibilis coram Deo & hominibus ſuperbia. Et talia dicta copioſe recitantur in meis Ethicis.*

*Secundo recitentur mali effectus, qui ſuperbiam comitantur. Superbi ſunt hoſtes Dei, & viciſſim prouocant iram Dei contra ſe, vt Lucifer per ſuperbiam factus eſt Dei hoſtis & Deus eum è cœlo deiecit, quia Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam, & ſuperbos de ſede deponit, & humiles exaltat. Superbi ex*

repellunt Spiritum ſanctum, & non poſſunt credere Ioh. 5. Ideoq; nec inuocare, neq; quicquã Deo gratum & placens facere poſſunt. Superbi ſunt peſtes Eccleſiarum & rerumpublicarum omniumq; ſocietatum. Excitant contentiones, iurgia, rixas, lites, diſcordias, ſchiſmata, ſeditiones, quibus in Eccleſia tollitur veritas, & cum ex Eccleſia, tum ex Repub. & omnibus ſocietatibus tollitur pax, concordia, tranquillitas, vnitas. Prouerb. 17. Inter ſuperbos ſemper iurgium, 28. Superbus iurgia excitat. Allegentur exempla Hæreticorum, vt Arij: Seditioſorum, vt Abſolonis, &c.

Tertio, recitentur comminationes diuinæ ex cantico Mariæ & ſimilibus locis, Eccleſi. 10. 27. Eſa. 23. 14. Et in hoc Euangelio dicitur: Qui ſe exaltat humiliabitur.

Quarto exempla pœnarum recitentur, vt Satanæ, de quo inquit Chriſtus: Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Item, primorum parentum, qui perſuaſi à Satana volebant fieri ſicut Dij, & amiſerunt dona imaginis Dei, eiecti ſunt ex Paradiſo, accerſiueruntq; ſibi & omnibus poſteris pœnas, quæ non potuerunt tolli, niſi per filium Dei humiliantem ſe propter nos in ſua obedientia vſq; ad mortem crucis. Item, Nimrodi, & ædificatorum turris. Nebuchadnezaris, Danielis 4. Herodis Acto. 12. & ſimilia. Neq; incommode poterunt etiam aliarum

*hiſtoriarum exempla citari, quæ ſumantur ex Ethicis. Addatur etiam admonitio de æternis pœnis, niſi in vera conuerſione accipiatur remiſſio peccatorum per fidem in Chriſtum.*

*Ad commendationem humilitatis ſimiliter citentur dicta ſcripturæ: vt Eccleſiaſt 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus & inuenies coram Deo gratiam. Item, Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam &c. Et fiat adhortatio ad humilitatem ſumptis argumentis.*

*Primo, à mandato Dei, ſicut Petrus inquit 1. Pet. 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei. Et in hoc Euangelio dicit Chriſtus: Cum fueris inuitatus &c.*

*Secundo, à turpitudine ſuperbiæ, Lucæ 16. Abominabile eſt coram Deo quicquid eſt ſublime inter homines. Eccleſi. 10. Odibilis coram Deo & hominibus ſuperbia.*

*Tertio, à conſideratione propriæ conditionis & inſtabilitatis earum rerum quibus nititur ſuperbia iuxta dictum: Quid ſuperbis terra & cinis? Item, Gene. 3. Puluis es & in puluerem reuerteris, Pſalm. 103. Homo tanquam fœnum dies eius tanquam flos agri, quemadmodum ventus afflabit eum, & non conſiſtit. In Eccleſiaſt. dicitur, vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

*Quarto*

*Quarto, à donis Dei, & eorum fine. Sicut Paulus dicit: Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris? Eſt ea gloriatio tan ſtolida, quam ſi mendicus propter acceptam eleemoſynam ſuperbiret. Si quis vero ſuperbit propter bona male parta, ſimilis eſt furi ſuperbienti propter furtum, aut glorianti de furto ſuo.*

*De fine autem donorum dicitur: Iohan. 13. Maximus inter vos ſit omnium miniſter, Et explicatur hoc exemplo Chriſti, Et 1. Cor. 12. & Roma. 12. ſimilitudine membrorum humani corporis.*

*Quinto ab exemplo filij Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sicut ipſe dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Item, Filius hominis non venit miniſtrare ſed miniſtrari. Et Paulus Philip. 2. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed exinaniuit ſemetipſum ſumpta ſerui forma &c. Cum hoc exemplo coniungantur alia exempla Sanctorum, Moſis, Nume. 12. Dauidis, 2. Regum 15. Mariæ, Lucæ 1. Baptiſtæ, Pauli dicentis: Sum minimus Apoſtolorum & ſimilia.*

*Sexto, A maledictione & comminationibus contra ſuperbos, & contra à promiſſione be-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nedictionum ad humiles addantur vtriuſq; partis exempla.

In concluſione addatur admonitio, quod Chriſtianum etiam deceat modeſtia & humilitas in externis geſtibus & moribus. Sicut Chriſtus in hoc Euangelio etiam expreſſe hanc admonitionem proponit.

## DOMINICA XVIII. POST TRINITATIS

Euangelium Matth. 22.



PHA

PHARISÆI AVTEM audientes, quod ſilentium impoſuiſset Sadducæis, conuenerunt in vnum, Et interrogauit vnus ex eis legis doctor, tentans eum & dixit: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? Ait illi autem IESVS, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: Hoc eſt primum & magnum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: In his duobus mandatis tota Lex pendet, & Prophetæ.

Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos IESVS dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eũ Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede á dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? Et ne=



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

mo poterat ei reſpondere verbum, neq; auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

*Hoc Euangelium ſumptum eſt ex diſputatione Chriſti, quam habuit cum doctiſſimis Iudæorum de præcipuis articulis, in quibus Iudæi errabant: quorum errores ideo nobis proponuntur, vt conſiderantes tantam cæcitatem in gente Iudaica, cui fuerunt concredita oracula Dei, vt Paulus inquit, expaueſcamus, & demus locum admonitioni hodiernæ Epiſtolæ, quæ conuenit cum admonitione Chriſti. Iohan. 9. Ambulate in luce, donec lucem habetis &c.*

*Horrenda fuit eo tempore Iudæorum cæcitas. Doctores & populus fuerunt diuiſi in ſectas, inter quas fuerunt præcipuæ & potentiſſimæ Zadducæorum & Phariſæorum.*

*Zadducæi præ ſe ferebant titulum à Iuſticia, Sed fuerunt prorſus* ἄθεοι, *vt impij Epicurei: docebãt enim animas ſimul cum corporibus mori, nec reſtare iudicium, nec futuram eſſe mortuorum reſurrectionem. In hac Secta fuit Annas ſummus Sacerdos, vnus ex condemnatoribus Chriſti, ſicut teſtatur Lucas, Acto. 5.*

*Phariſæi & Scribæ, qui erant doctiores ter Phariſæos, & quaſi Magiſtri aut Docto-s, deprauabant doctrinam legis, docentes le-em tantum de externa diſciplina præcipere, ſeu ntum externa opera requirere. Et ſi quis ea anſgrederetur, ſatisfactionem & reconcilia-onem fieri per Ceremonialia & Sacrificia, & r obſeruationes traditionum ſuarum, quas ad-derunt legi.*

*Ideoq; ſummum mandatum eſſe docebant gem de Ceremonijs & ſacrificijs. Imo vero aditiones maiorum, propter quas legem Dei de norandis parentibus & alias negligebant, vt in repræhenſione Chriſti.*

*Euangelij doctrinam prorſus ignorabant, ut Sadducæi: cuius ignorantiæ ſeu cæcitatis mi-ndum & horribile exemplum in hoc Euangelio oponitur: nimirum quod non poſſunt Chriſto pondere ad quæſtionem, cur Meßias promiſ- à Dauide vocetur Dominus?*

*Atq; talis cæcitatis & ignorantiæ in v-q; Secta, nunc quoq; videmus horribilia exem- inter illos, qui Chriſtianum nomen vſur-nt Non tantum inter Papiſtas multi ſunt Pon-ces, Cardinales, Epiſcopi, Sacerdotes, Laici i prorſus ſunt Sadducæi, non credentes ani-rum immortalitatem, & mortuorum reſur-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

rectionem, Sed in omni hominum genere mul-
tos tales eſſe Epicuræos, id opera oſtendunt, Pe-
trus vocat illos illuſores, 2. Pet. 3. & multos
tales in nouiſſimis temporibus futuros prædicit,
qui conciones de nouiſſimo die & iudicio deride-
bunt. Monachi Papiſtici ſunt Phariſæi, qui
ſanctitatem & meritum vitæ æternæ collocant
in Ceremonijs & operibus traditionum, qua
vocat opera ſupererogationis. Et ſi quid pec-
catum ſit, id omne opere Miſſificationis deler
exiſtimant. Euangelium de Chriſto eiuſq; meri-
tis & fide prorſus ignorant. Et cum legunt hau
quaquam intelligunt.

Hanc collationem, & noſtrorum tempo-
rum ſimilitudinem conſiderantes debemus expa-
ueſcere, Et ſimul debemus ex imis pectoribus di-
cere gratiarum actionem, quæ in hodierna Epi-
ſtola proponitur, pro gratia quæ data eſt nobi
in Chriſto Ieſu, quod per illum diuites facti ſu-
mus in omni ſcientia &c. Debemuſq; orare, v
fidelis Deus nos in veritate verbi ſui confirme
& conſeruet, ne deficiamus & declinemus a
illas Sectas, ſed maneamus in ſocietate filij eius
Ieſu Chriſti, Domini noſtri ſine crimine. Et ma
neamus ipſius diſcipuli ſine errore, iuxta d
ctum: Si manſeritis in ſermone meo diſcipuli me
eritis, & cognoſcetis veritatem.

Sim

Simul etiam conſiderare debemus admonitionem Chriſti, Iohan. 12. Ambulate donec lucem habetis, ne tenebræ vos opprimant, dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis.

Hæc prooemij loco dicantur, & ſimul prædicetur ingens & miraculoſum beneficium Chriſti, quod tamen ſemper inter Sectas & ſchiſmata ſeruet aliquam Eccleſiam, quæ fundamentum veræ ac puræ doctrinæ retinet, Sicut tunc ſeruauit Zachariam, Simeonem, Ioſephum, Annam, Elizabetham, Mariam & multos alios.

### Diuiſio Euangelij.

EVANGELIVM continet duas partes.

Prior pars eſt de mandato magno ſeu præcipuo in lege, hoc eſt, de ſumma legis.

Poſterior pars eſt de duabus quæſtionibus de Chriſto: nimirum cuius ſit filius: & cur Dauid eum appellet Dominum ſuum. Hoc eſt, ſecunda pars eſt de ſumma doctrinæ Euangelij, & pertinet ad articulum ſeu verba Symboli, Credo in Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine &c.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE PRIMA PARTE.

PRIMA quæſtio à doctore Phariſaico tentand ſeu examinandi gratia propoſita Chriſto, hæc eſt. Magiſter, quod eſt mandatū magnum in lege Quaſi dicat. Nos ſic iudicamus & docemus: Mandatum magnum ſeu præcipuum præceptum in lege eſſe legem de Ceremonijs & ſacrificijs vn cum traditionibus, quas maiores noſtri addide runt legi. Dic autem nobis quid tu iudices ve ſentias?

Hoc loco cauſæ conſiderentur, cur Phariſæi, & eorum imitatores Monachi hypocriſi externorum operum & Ceremoniales obſeruati ones adeo extollant. Alij id faciunt, quia exiſt mant ſe externa illa hypocriſi legi ſatisfacere po ſe, Et ſi quid peccent illud expiari poſſe ſacrifici is & Ceremonijs. Sicut Monachus vel ſacrificu lus etiam nunc exiſtimat, ſe per miſſam & al opera ordinis ſui poſſe peccata expiare. Itaq; ve apud Papiſtas geſtatio Cuculli, celebratio Miſſa ieiunium, vel alia opera anteponuntur ipſi Chri ſto impletori legis.

Alij ſunt Epicuræi, qui tantum ide illa opera extollunt contra propriam conſcient am, vt ſint in admiratione, & illa deceptio

hyp

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ypocritica honores & opes acquirant, fruantur-
ue beneficijs, vt vocant, Eccleſiaſticis, Nam
pud imperitum vulgus ſunt ſpecioſiores cere-
oniæ, quam opera moralia: vt ſpecioſius eſt apud
Papiſtas celebrare miſſam, quam pauperi dare
leemoſynam. Sic Chriſtus inquit: quod Hypo-
ritæ comedunt domos viduarum prætextu lon-
æ orationis, & quod omnia opera ſua faciunt,
t videantur ab hominibus, dilatant enim phy-
cteria ſua, & magnificant fimbrias, Amant pri-
os accubitus in cœnis, & primas Cathedras
Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari
piunt Rabbi, Matth. 23.

Vtroſque taxari neceſſe eſt, ſicut Pro-
etæ & Chriſtus vtroſque taxauerunt, vt
ſaiæ cap. 58. dicit Dominus: Hoc eſt ieiu-
um, quod ego eligo. Solue eos qui iniuria ti-
obſtricti ſunt. Dimitte quos grauas, fac libe-
quos premis, Frange eſurienti panem tu-
n, & vagos ac exules induc in domum tuam,
videris quempiam nudum, veſti eum, &
n abſcondas te a carne tua. Et Matthæi 23.
at longa reſponſio Chriſti, in qua expreſſe di-
ur: Hypocritas omittere quæ ſunt grauiora
is, iudicium, miſericordiam ac fidem.

Iam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Iam itaque reſponſio Chriſti conſidere-tur, in qua eadem eſt repræhenſio Phariſaicæ opinionis. Sic autem reſpondet. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc eſt primum & magnum mandatum. Secundum autem eſt ſimile huic. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ.*

*Summa reſponſionis eſt: Lex primo & principaliter & præcipue requirit dilectionem Dei & proximi, Sicut Paulus dicit 1. Timoth. cap. 1. Finis præcepti eſt caritas de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta. Ergo obſeruans Ceremonias, & non habens dilectionem Dei & proximi non poteſt eſſe iuſtus ſecundum legem. Omittens enim principale legis, etiamſi omnia alia faciat, tamen non obtemperat legi, ſed eſt hypocrita, quemadmodum Matthæi cap. 23. inquit Chriſtus: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum & cyminum, & omittitis quæ grauiora ſunt Legis, iudicium, miſericordiam & fidem. Hæc oportuit facere & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, Camelum autem deglutientes. Væ vobis Scri-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

æ & Phariſæi, Hypocritæ, quia purgatis exte-iorem poculi & patinæ partem &c. Vos foris uidem apparetis hominibus iuſti, intus autem leni eſtis hypocriſi & iniquitate.

Obſeruandum autem eſt, quod de effe-u huius reſponſionis Chriſti in Scriba ſeu Le-sperito illo examinatore Chriſti, Marcus anno-t. Nimirum eum mox aſtipulatum eſſe Chri- his verbis: Bene Præceptor cum veritate xiſti, quod vnus ſit Deus, & non ſit alius præ- illum, quodque diligere eum ex toto corde, ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex is viribus, atque diligere proximum ſicut ſe-ſum, plus ſit quam vniuerſa holocautomata victimæ. Et quod idcirco viciſsim reſpon-rit Chriſtus: Haud longe abes à regno Dei.

Quis eſt vſus huius reſponſionis Chri- de ſumma legis? præcipue duplex eſt vſus. mus, vt poſsimus & nos ſimiliter confuta-noſtros Phariſaicos & hypocriticos Papiſtas. undus, vt ex hac reſponſione diſcamus ve-n intellectum legis, videlicet, quod lex non tum requirat aut præcipiat diſciplinam exter-um operum, ſed quod ſit, vt Paulus inquit na. cap. 7. Spiritualis, & requirat talem dientiam ſeu conformitatem cum volunta-te Dei,

*te Dei, in homine, qualis his verbis deſcri-bitur: Diliges ex toto corde, in tota anima in tota mente &c. Quam conformitatem & obedientiam, quia non inuenit lex in nobis ideo damnat omnes homines. Hic patet amplu campus dicendi de corruptione naturæ human per lapſum, de peccato originis, & de alijs pec catis. Item, cur lex vniuerſaliter dicat: Omne peccauerunt &c. Item, cur Lex non poßit iu ſtificare, ſed quærendus ſit alius iuſtificator ſe redemptor Ieſus Chriſtus, de quo Euangeliu concionatur.*

*Item, Cur Chriſtus dicat ſecundum præc ptum de dilectione proximi eſſe ſimile primo, Ca ſas illas pete ex meis Ethicis, lib. 3. C. 1.*

## DE SECVNDA PAR-TE.

*SECVNDA pars proprie eſt Euangeli monſtrans Filium Dei Ieſum Chriſtum, q eſt finis legis ad iuſticiam omni credenti, Rom cap. 10. Hic repetatur ſumma doctrinæ Eua gelicæ, & præcipue dicatur de dicto, Gala cap. 2. Si ex Lege eſt iuſticia, Chriſtus fruſ mortuus eſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Sunt autem in hac parte duæ quæſtiones, quas Chriſtus Iudæis propoſuit. Prima eſt, Cuius filius ſit Chriſtus? Ad hanc reſpondent, Quod ſit filius Dauid: quæ reſponſio ſumpta eſt ex promißione facta Dauidi, 2. Samuelis cap. 7. Pſalm. 132. Et ex prophetia Eſaiæ 11. &c. Etſi autem Iudæi hanc reſponſionem non recte intelligebant, quia exiſtimabant Meßiam tantùm purum hominem fore: tamen cum iuxta interpretationem Pauli, ad Roma. cap. 1. Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, intelligitur, vera eſt reſponſio.

Secunda quæſtio ſumpta eſt ex Pſalm. 110. Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum? dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?

Ad hanc quæſtionem nemo ex Iudæis potuit Chriſto quicquam reſpondere: quæ eſt horribilis cæcitas & ignorantia, qualis adhuc eſt in Iudæis. Sed noſtri pueri ex Catechiſmi doctrina poſſunt Dei gratia ad hanc quæſtionem recte reſpondere. Eadem enim ratione Dauid, & omnes Patres & Prophetæ vocauerunt Chriſtum ſeu Meßiam Dominum, qua ratio-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ne nos eum quotide in Symbolo Apoſtolico, Dominum noſtrum vocamus, dicentes : Credo in Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum Dominum noſtrum. Nimirum propter duas cauſas.

1 Prima eſt, quia Chriſtus non tantum eſt homo ex ſemine Dauid natus ſecundum carnem. Sed etiam ſimul in vna perſona eſt vnigenitu Dei filius, verus Deus & Iehoua noſter, ſicu Ieremiæ 23, dicitur. Vocabunt eum Iehoua, Iuſticia noſtra. Hic recitetur breuis ſumma doctrinæ de perſona Chriſti, & citentur aliquot illuſtria teſtimonia de ipſius æterna diuinitate quæ omnibus Chriſtianis, etiam pueris nota ſunt vel certe nota eſſe debent.

2 Secunda cauſa huius appellationis eſt quia Chriſtus eſt noſter Redemptor, Liberato & Saluator, qui nos redemit oblatione corporis & effuſione ſanguinis ſui. Eſtque æternu Rex noſter, donans nobis vitam æternam, hæreditatem regni cœleſti, & nos defendens & ſeruans in omnem æternitatem.

Hoc loco dicatur de vnitate fidei noſtr & Patrum ab initio, iuxta dictum Apoſtoli vna fides. Item iuxta illuſtre teſtimoniu in Actis. Non eſt in alio quoquam ſalus, ne

eo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*eſt alíud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, Actorum 4. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, quod remiſſionem peccatorum accipiant per nomen eius, Omnes qui credunt in eum. Actor. cap. 10. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula, Hebræ 13. Item, in Apocal. Agnus qui occiſus eſt ab initio mundi.*

# DOMINICA XIX. POST TRINITATIS

*Euangelium Matth. 9.*

ET ASCENDENS IN nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam, & ecce offerebant ei Paralyticum iacentem in lecto. Et videns Ieſus fidem illorum, dixit Paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis, dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vtquid vos co-

gitatis mala in cordibus veſtris? Quid
enim eſt facilius dicere, dimittuntur tibi
peccata: an dicere: ſurge & ambula? Vt
autem ſciatis, quia filius hominis habet
poteſtatem dimittendi peccata in terra



tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum
tuum, & vade in domum tuam, & ſur
rexit & abijt in domum ſuam. Videntes
autem turbæ, admiratæ ſunt, & glori
cauerunt Deum, qui dedit poteſtatem
talem hominibus.

EVANGELIVM hoc pertinet præcipue ad articulum: Credo remiſsionem peccatorum, Hæc enim eſt præcipua ſumma in hoc Euangelio. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Deinde additur doctrina de fine miraculorum Chriſti, nimirum quod inter alios fines etiam ſint teſtimonia confirmantia certitudinem doctrinæ Euangelij de remiſsione peccatorum. Sicut expreſſe hic dicitur: vt autem ſciatis, quod filius hominis poteſtatem habeat in terra remittendi peccata, Tunc dixit Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & abi in domum tuam. Et ille ſurrexit, & abijt in domum ſuam.

## Loci Euangelij.

Primus locus eſt inſignis doctrina pertinens ad ægrotos, & eos qui curam habent ægrotorum, vel de illis ſunt ſolliciti, videlicet, quod debet eſſe prima & principalis cura, vt ægroti, propria, & noſtra oratione afferantur ad Chriſtum, hoc eſt, Chriſto commendentur, Marci cap. 1. & Lucæ cap. 5. commendatur ſtudium & diligentia eorum, qui hunc ægrotum ad Chriſtum portauerunt, quod fregerunt tectum, & per lectum eum demiſerunt &c. Hæc ad indeſinentem & aſsiduam ſeriamq́ inuocationem accommodanda ſunt.

*Cur hoc faciendum eſt ? propter duas cauſas.*

*Prima eſt, quod principalis morbus & infirmitas eſt morbus peccati, quem nemo ſanare poteſt, niſi vnicus medicus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Vt autem omnis morbus corporis & ægritudo principaliter admonet de morbo peccati, quia ſi ſine peccato eſſemus, etiam ſine morbis & morte eſſemus: ita in omni morbo & dolore animi & corporis prima cogitatio eſſe debet de peccato, & prima cura eſſe debet de remedio, & medico contra peccatum, hoc eſt, petenda eſt fide remiſsio peccatorum propter Chriſtum, petenda eſt abſolutio, & vtendum eſt medicina Sacroſanctæ Cœnæ Dominicæ. Hæc cura præpoſtero ordine reſeruatur nunc vſque ad extremum halitum, quæ conſuetudo ſeu negligentia, ſeu incuria grauiter repræhendenda eſt.*

*Secunda cauſa eſt, Quia niſi Deus nos ſanet, nulla eſt omnium medicinarum virtus ad ſanandum. Omnis enim curatio, omnis medicinæ vſus & adminiſtratio ab inuocatione incipere debet.*

*Ad harum cauſarum conſiderationem, huiuſque loci cohortationem pertinet dictum, Eccleſ. 38. Fili in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Deum, & curabit te. Et Iacobi dictum*

In

*Infirmatur quis ex vobis adducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine D E I, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus, & ſi in peccatis fuerit remittentur ei. De hoc dicto obiter etiam addatur admonitio contra corruptelas Papiſticas. Quod Iacobus non loquitur de oleo conſecrato extremæ, vt vocant, vnctionis, ſed loquitur de oleo medicinali, & ponit ſpeciem pro genere, hoc eſt, oleum pro omnibus medicinis, quia antiquitus in curationibus frequentiſsimus fuit oleorum vſus.*

*Licet ne itaq; vti medicinis contra morbos? Anne illud pugnat cum doctrina de prouidentia Dei? ſine cuius voluntate ſicut non cadit paſſer in terram, ita etiam nemo moritur.*

*Reſpondeo, Licet vti medicina, Imo contemnere medicinam non debemus, Sicut ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 38. Honora medicum propter neceſsitatem, Etenim illum creauit altiſsimus. A Deo eſt enim omnis medela. Item, Altiſsimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.*

*Nec pugnat vſus medicinæ cum prouidentia Dei. Quia ipſa rerum medicarum creatio, cum dono artis medicæ pertinet ad Dei proui-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

dentiam iuxta dictum. Deus de terra creauit medicinam. Sicut ad Dei prouidentiã pertinet, quod ita in creatione ordinauit, vt terra fruges, & alia alimenta ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria producat. Quemadmodum itaque non pugnat contra prouidentiam Dei, quod eſurientes edimus, & ſitientes bibimus, hoc eſt, quod cibo & potu vtimur ad vitæ conſeruationem: Ita non pugnat cum prouidentia Dei, quod ad valetudinis ſeu conſeruationem, ſeu reſtitutionem medicinis vtimur.

11 Secundus locus eſt de dicto: Cum vidiſſet Ieſus fidem illorum. Sic Ieremiæ quinto dicitur: Domine oculi tui fidem reſpiciunt. Solent hoc loco multæ diſputationes ſumi de fide aliena. De quibus diſputationibus ſimpliciter hoc ſciendum eſt, prodeſſe orationem Eccleſiæ & piorum, iuxta dictum: Orate pro vobis inuicem. Item, Rom. 10. & 15. Epheſ. 6. Phil. 1. Collo. 1. & 4. 2. Theſſal. 3. 1. Timoth. 2. Iacobi 5. &c. Sed nemini remittuntur peccata, & datur vita æterna ſine fide propria, iuxta dictum: Iuſtus fide ſua viuit. Item, Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui non credit in filium Dei, non habet vitam. Ideo incluſiue etiam ſimul de Paralytici fide dicitur in hoc Euangelio, Cum vidiſſet Ieſus fidem illorum, Et mox in ipſa

abſo-

*bſolutione fidem propriam Paralytici requirit Chriſtus, inquiens. Confide fili, remittuntur tibi eccata tua.*

*Sic reſpondendum eſt etiam ad diſputationes de Infantibus baptizatis, quod credant & aluentur fide Eccleſiæ ſeu ſuſceptorum ſine proria fide. Hoc eſt falſum. Nam ſine propria file nemo accipit remiſsionem peccatorum & viam æternam, Ideoq; expreſſe dicitur, quod Bapiſmus ſit renaſcentia aquæ & Spiritus, Ioh. 3. eu lauacrum regenerationis & renouationis piritus ſancti, qui effunditur opulente per Ieum Chriſtum Dominum noſtrum, vt iuſtificati ſius gratia, hæredes ſimus iuxta ſpem vitæ ternæ. Non dubitamus itaque Infantes, qui in aptiſmo accipiunt Spiritum ſanctum, etiam ropria fide credere, ſicut Iohannes Baptiſta in vtero materno accepto Spiritu ſancto, propria fie agnouit Chriſtum adhuc in vtero Mariæ virinis, & propria fide præ gaudio exultauit. Quod xemplum etiam ad illos Infantes accommodanum eſt, qui oratione filio Dei commendantur, um non poſſunt Baptiſmum conſequi. Sicut alii copioſius dictum eſt.*

*~~Tertius~~ locus eſt inſigne exemplum priatæ abſolutionis, hoc eſt, qua promiſsio de emiſsione peccatorum ad ſingulos pœniten-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tiam agentes dicitur ſeu ſingulis accommodatur in miniſterio Euangelij, iuxta dictum: Quorumcunque remiſeritis peccata remiſſa ſunt. Nec eſt hæc priuata abſolutio contemnenda aut omittenda, ſicut fit ab Anabaptiſtis & Cinglianis, propterea quod à Chriſto eſt inſtituta, ab ipſo eſt vſurpata. Et in prima Eccleſia etiam in vſu fuit, Et quia eſt illuſtre & manifeſtum teſtimonium, quod lapſi agentes pœnitentiam ſint recipiendi, quia Deus eos recipit & recipi mandauit. Ideoq́ Nouatianis hæc conſuetudo priuatæ abſolutionis oppoſita eſt.*

*Fuiſſe eam quoque in vſu Prophetarum tempore oſtendit exemplum in hiſtoria Dauidis, vbi Nathan Propheta Dauidem poſt adulterium & homicidium agentem pœnitentiam abſoluit, inquiens: Abſtulit Dominus peccatum tuum, non morieris.*

*Quartus locus eſt de dicto: Vt autem ſciatis quod Filius hominis poteſtatem habeat in terra remittendi peccata, dixit Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & abi in domum tuam, & ille ſurrexit, & abijt in domum ſuam.*

*Multi ſunt fines miraculorum Chriſti, inter quos præcipui ſunt, Primus, vt manifeſtent gloriam Chriſti, quod ſit verus Deus & Homo, & verus Meſſias promiſſus.*

*Secun-*

*Secundus, vt confirment fidem noſtram. Tertius, vt declarent quaſi exemplis ſenſibilibus, Spiritualem virtutem verbi Euangelij, de qua virtute dicitur, quod Euangelium ſit potentia Dei ad ſalutem omni credenti, Roma. 1. Item, Quod verba Chriſti ſint Spiritus & vita, Ioh. 6. Item, quod quæcunq; in abſolutione miniſterij remittuntur aut ligantur hic in terra, illa ſunt remiſſa aut ligata in cœlis.*

*Ad hunc tertium finem pertinet ſingulariter hoc dictum: Vt autem ſciatis quod Filius Dei habeat poteſtatem in terra remittendi peccata dixit Paralytico. Hoc eſt, Sicut hoc verbum Chriſti fuit efficax, ad ſanationem Paralytici, quod dixit Chriſtus: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, de quo effectu mox additur. Et ſurrexit ille, & abijt in domum ſuam: Ita etiam illud verbum Chriſti ad Paralyticum fuit efficax ad peccatorum remiſſionem. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Hæc doctrina ſeu hic locus egregie poteſt amplificari & explicari cum magna auditorum vtilitate adductis exemplis ex operibus creationis & miraculorum.*

*In huius loci concluſione poſſunt breuiter repeti fines, & vtilitates miraculorum, de quibus ſæpe in Locis communibus & alijs Po-*

ſtillis dicitur: Et præcipue recitari dictum: Iohan. cap. 20. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quod Ieſus ſit filius Dei, & vt credentes vitam habeatis per ipſum.

Quintus locus eſt admonitio ex exemplo ſumpta, vt nos quoque glorificemus Deum, qui talem poteſtatem dedit hominibus. In hoc loco ex profeſſo ſunt reprehendendi illi qui abſolutionem, quæ ad ſingulos dicitur, tollunt ex Eccleſia, ſeu ignauia quadam omittunt aut negligunt. Et data oportuna occaſione dicendum eſt de clauibus Eccleſiæ, atque CHRISTI beneficium prædicandum & commendandum eſt, quod in miniſterio Euangelij ordinauit Abſolutionem, iuxta dictum, Quorumcunque remiſeritis peccata remiſſa ſunt. Addenda etiam eſt admonitio, quomodo prudenter & recte ſit vtendum clauibus abſoluendi & ligandi.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# DOMINICA XX.
## POST TRINITATIS
### *Euangelium Matt. 22.*



ET RESPONDENS Ieſus: dixit iterum in parabolis eis dicens, Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos, vt vocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens:

Dicite

Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia mactata ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius quidem in proprium agrum, alius vero ad negociationem ſuam, reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt, & miſsis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.

Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſsi ſerui in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus. Intrauit autem Rex, vt ſpectaret diſcumbentes, & vidit illic hominem, non veſtitum veſte nuptiali, Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris, Ligate ei pedes & manus, &

mit

mittite eum in tenebras exteriores, ibi
rit ploratus & ſtridor dentium, Multi
nim ſunt vocati, pauci autem electi.

*N hoc Euangelio, Chriſtus principaliter &*
*præcipue loquitur de abiectione Iudæorum.*
*ed applicatio eſt vniuerſalis pertinens ad omnia*
*mpora. Semper enim minima pars hominū eſt*
*era Eccleſia, maxima pars auertit ſe à Deo, ipſi-*
*q; verbum contemnit. Quam ob cauſam Ec-*
*eſia vocatur reliquiæ Eſaiæ 10. Roman. 9.*
*fuerit numerus filiorum Iſrael, tanquam arena*
*aris, reliquiæ ſaluæ fient.*

*Quæ eſt cauſa, quod ſemper pauci ſaluan-*
*r, Sicut in hoc Euangelio dicitur: Multi ſunt*
*ocati, pauci vero electi. Item, Matth. cap. 7.*
*ta porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad per-*
*ionem, & multi ſunt qui intrant per eam,*
*ia anguſta porta & arcta via eſt, quæ ducit*
*vitam, & pauci ſunt qui inueniunt illam.*
*æ eſt cauſa? Eſt ne culpa eius in DEO?*
*on, ſed veram eius rei cauſam expreſſe in*
*Euangelio nominat Chriſtus his verbis: No-*
*runt venire. Non eſt itaque prædeſtinatio*
*electio DEI cauſa perditionis impiorum,*
*propria ipſorum voluntas. Sicut Chriſtus*
*dicit*

*dicit: Noluerunt venire. Item, Matthæi capit*
*23. Ego volui te congregare, ſed tu noluiſti.*
*Item, Iohan. 5. Vos non vultis venire ad me,*
*vt vitam habeatis.*

*Nunc itaque probandum eſt, quod cau-*
*ſa perditionis impiorum non ſit in Deo, vel in*
*prædeſtinatione Dei, quæ vt Auguſtinus ait:*
*multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi.*
*Eſt autem facilis & plana probatio ſumpta ex*
*ipſis perſpicuis, & non ambiguis verbis ſcriptu-*
*ræ ſeu promiſsionis Euangelicæ.*

*Promiſsio Euangelica eſt vniuerſalis*
*vtpote: In ſemine tuo benedicentur omnes gen-*
*tes terræ. Item, Sic Deus dilexit mundum, vt*
*Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui*
*credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æter-*
*nam. Ergo prædeſtinatio Dei nemini eſt cauſa*
*perditionis. Valet conſequentia, quia præde-*
*ſtinatio DEI non pugnat cum promiſsione*
*propterea quod impoſsibile eſt in DEO eſſe*
*contradictorias voluntates, Et ſic impoſsibile*
*eſt Dei voluntatem contradictoriè cum promiſ-*
*ſione reuelata pugnare.*

*Eſſet autem contradictoria repugnantia*
*ſi DEVS in verbo ſuo vniuerſaliter promit-*
*teret, & arcana ſeu non reuelata (vt vocant)*
*voluntate vellet, vt tantum aliqui promiſsio-*
*nem*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nis fierent participes, aliquos verò prædeſtinaſſet, vt non poſſent promiſſionis participes fieri. Si eſſet talis contradictoria pugnantia voluntatis Dei, cum promiſſione reuelata, tunc promiſſio Dei eſſet mendax & fallax, quod eſt impoſſibile, quia Deus mentiri non poteſt.

Hæc eſt firmiſſima demonſtratio, cum qua conſentiunt alia manifeſta, certa, firma, & demonſtratiua dicta, quæ luce meridiana clarius oſtendunt voluntatem Dei non pugnare contradictoriè, ſed omnino & prorſus conſentire cum vniuerſali promiſſione. Paulus inquit 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Ergo falſum eſt, in Deo eſſe aliam contradictoriam voluntatem, qua non velit aliquos ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.

Iere. 33. iurat Deus inquiens: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: Ergo falſum eſt in Deo eſſe aliam contradictoriam voluntatem, quæ velit, vt peccatores non conuertantur.

Matth. 11. vocat Chriſtus omnes, inquiens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos: Ergo falſum eſt, in Deo eſſe aliam contradictoriam voluntatem, quæ non velit, vt quidam non prædeſtinati veniant ad Chriſtum.

Chriſtus in inſtitutione miniſterij & Sacramētorum vtitur vocibus vniuerſalibus: Ite in orbem vniuerſum &c. Docete omnes gentes, baptiſantes eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. De Abſolutione dicit: Quorumcunq; remiſeritis peccata. In verbis Cœnæ: Accipite, comedite. Bibite ex hoc omnes. Et de fine miniſterij vniuerſaliter dicitur Ioh. 1. Ioannes venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per ipſum: Ergo non eſt verum, quòd in Deo ſit alia contradictoria voluntas, quæ cum his dictis pugnet.

Has firmiſſimas demonſtrationes infalliſiliter corroborant & confirmant etiam hæc dicta: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, Iohan. 1. Item 1. Iohan. 2 Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum, iuſtum: Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

Horum argumentorum meditatio opponenda eſt tentationibus de particularitate prædeſtinationis. Cùm agnoſcis, & doles te eſſe peccatorem, non admittas hanc tentationem: Sum peccator: Ergo non ſum prædeſtinatus: Sed apprehende hæc dicta infallibilia ſcripturæ: Concluſit Deus omnia ſub incredulitate, vt omnium miſereatur.

ereatur. Item: Viuo ego, dicit Dominus, nolo
mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.
Item: Venite ad me omnes, inquit Chriſtus, qui
laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.
Item: Fidelis ſermo eſt, & omni acceptatione di-
nus, quòd Ieſus Chriſtus venit in hunc mun-
um peccatores ſaluos facere. Item: Ipſe eſt pro-
itiatio pro peccatis totius mundi. Hæc & ſimi-
a dicta apprehende, & his include te quoq; fide.
ogita quoq; te eſſe baptiſatum in nomine Patris,
Filij, & Spiritus ſancti: tibi prædicari quoti-
e Euangelium, & tibi offerri Abſolutionem
communicationem Corporis & Sanguinis Ie-
Chriſti, vt certificeris, Deum nolle tuam mor-
m, ſed vt conuertaris & viuas, & in æternum
particeps ſocietatis & communionis, ad quam
Baptiſmo à tota Trinitate es receptus, quando
mortem Ieſu Chriſti es baptiſatus, vt ſis parti-
s omnium beneficiorum, quæ morte ſua nobis
ſeris peccatoribus peperit, remiſſionis peccato-
m, & vitæ æternæ.

2 Sed obijcit mens tentata: Non poſſum
dere. Contra hanc tentationem ora cum pa-
obſeſſi pueri, Marc. 9. Credo Domine, adiuua
redulitatem meam. Nec dubita in ipſo creden-
deſiderio ineſſe ſcintillam fidei, quaſi cineribus
utam, de qua dulciſſimè & verè conſolatoriè



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*dicitur: Linum fumigans non extinguet, hoc eſt, Chriſtus non abijciet imbecillem fidem, quæ amiſſa flamma latet quaſi in cineribus ſepulta, & obruta tentationibus incredulitatis, ſicut ille pater dicit: Adiuua incredulitatem meam: ſed inuocatus dabit petenti Spiritum ſanctum, qui illam ſcintillam fidei rurſus exufflet, vt iterum flammam concipiat.*

*Huc accommodanda ſunt exempla Apoſtolorum, et aliorum, in quibus Chriſtus ſæpe valdè infirmam & imbecillem fidem inuenit, ſed tamẽ eam nõ abiecit. Quia etiam imbecillis fides eſt fides, ſicut minima ſcintilla tamen eſt ignis, quemadmodum pater obſeßi dicit: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et quemadmodum Doctor Cruciger ſenior dixit moriens: Inuoco te Fili Dei fide, licet imbecilli, attamen fide. Sit itaq; ſemper hoc dictum in conſpectu illis, qui ſenſu incredulitatis ſuæ tentantur: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. quod dictum manifeſtè admonet, in illo deſiderio credendi aliquam tamen eſſe ſcintillam fidei, de qua dicit: Credo Domine. Et admonet in ſenſu ſeu tentatione illa non eſſe deſperandũ, & abijciendam inuocationem, quia Filius Dei non vult extinguere linum fumigans ſeu fidem infirmam, ſed vult petentibus dare Spiritum ſanctum, adiuuantem*

*increduli-*

incredulitatem noſtram, & accendentem atq; inflammantem illam imbecillem fidem.

Sic itaq; concludatur hic locus, quòd prædeſtinatio Dei nemini ſit cauſa perditionis, ſed Diabolus & propria impiorum voluntas eſt impijs cauſa perditionis. De Diabolo inquit Paulus, quòd excæcet mentes incredulorum, ne credant Euangelio Ieſu Chriſti. De propria voluntate impiorum dicit Chriſtus Iohan. 5. Vos non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Matth. 23. Tu noluiſti. Et in hoc Euangelio: Noluerunt venire. Et Prophetæ hanc querelam ſæpe repetunt: Noluerunt attendere. Indurauerunt ceruicem ſuam, Aggrauauerunt aures ſuas, auerterunt aures, ne audiant, & ſinant ſe erudire &c. Legatur ſcriptura Oſeæ 4. Iere. 7. 7. 32. Zacha. 7. Vtramq; cauſam coniungit vnico dicto Chriſtus Iohan. 8. Vos vultis deſiderio patris veſtri obſequi.

In fine repetitione inculcetur dictum dulciſsimum Pauli 1. Theſſ. 5. quo tota diſputatio de prædeſtinatione debet terminari, nimirum, Non conſtituit nos Deus, vt iram nobis contemus, ſed vt ſalutem conſequamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus ſiue dormiamus ſimul cum illo viuamus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Poſt talem præfationem accommodetur ad hanc ipſam doctrinam Euangelium hoc modo:*

*Quando homo diues facit conuiuium, tunc voluntas eius eſt, vt omnes veniant, qui vocantur: Illi autem, qui non veniunt, ideo non fruuntur conuiuij apparatu & gaudijs, quia venire ad conuiuium non volunt: Sic Deus Pater parauit Filio ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto conuiuium nuptiale, ad quod vocat omnes homines, vt non tantùm ſint conuiuæ, ſed ſimul ſint & conuiuæ & ſponſa Filij. Quòd itaq; multi non volunt ad has nuptias venire, ea culpa non eſt in Deo, ſed in ipſis, qui venire nolunt, ſicut Chriſtus dicit: Noluerunt venire. Item: Vos non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Item: Ego volui colligere, ſed tu noluiſti. Oſe. 4. Populus meus perit, quia diſcere non vult.*

*Iam partes explicentur.*

*Rex faciens conuiuium eſt Deus Pater. Sponſus eſt vnigenitus Filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Sponſa eſt Eccleſia. Deſponſatio deſcripta eſt Oſe. 2. Deſponſabo te mihi in æternum, & deſponſabo te mihi in iuſtitia, in iudicio, et in miſerationibus, & deſponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus.*

*Huc pertinet locus Ephe. 5. quòd coniugium eſt myſterium ſeu imago ſeu figura copulationis, vel ſpiritualis coniugij Chriſti & Eccleſiæ, in quo ſpirituali coniugio ſeu coniunctione Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, ſicut maritus vxoris caput eſt. Et Eccleſia eſt vnum corpus ſpirituale cum Chriſto capite ſuo, ſicut ibi dicitur: Sumus membra corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Myſterium hoc magnum eſt. Verum ego loquor in Chriſto & Eccleſia. In hac coniunctione ſeu ſpirituali coniugio Chriſtus dirigit Eccleſiam, & non ſolùm eam nutrit & fouet, ſed etiam ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundatam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta et immaculata.*

*Si quis vult, poteſt commodè huc etiam allegare Canticum Canticorum, vel quaſdam ſententias ex illo Cantico. Item Epithalamium Pſal. 45.*

*Quid amplius ſequitur hanc coniunctionem? Communio omnium bonorum, in quam communionem & ſocietatem accipit Filius Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſponſam ſuam Eccleſiam, hoc eſt, omnes credentes.*

*Hæc communio explicetur diſtributione. Chriſtus eſt Filius Dei. Sponſa itaq; Chriſti in hanc communionem accipitur, iuxta dictum: Dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomen ipſius. Adoptamur enim in Filio Dei Ieſu Chriſto. De hac communione admonet nos prima vox noſtræ precationis quotidianæ: Pater noſter. Item, ſicut ſponſa cognomen accipit à ſponſo, ita nos à Chriſto Chriſtiani vocamur, quia ipſi ſumus ei inſiti fide, & adunati, ſicut membra capiti adunantur.*

*Item, ſicut ſponſa accipit à ſponſo dignitatem, honorem, gloriam. Vt ſponſa Regis, etiamſi ſit mendica, tamen fit Regina: Ita nos accipimus à ſponſo noſtro Ieſu Chriſto honorem & dignitatem, et gloriam noſtram, ſicut 1. Corinth. 1. ſcriptum eſt: Chriſtus Ieſus factus eſt nobis à Deo ſapientia, & iuſticia, & ſanctificatio, & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.*

*Item, Sponſa fit cohæres ſponſi: ſic nos ſumus cohæredes Ieſu Chriſti Filij Dei, iuxta dictum: Hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. Hæc hæreditas omnia bona vitæ æternæ complectitur, de quibus ſcriptum eſt: Oculus non vidit, auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus timentibus ipſum.*

*Addenda*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Addenda hoc loco eſt etiam admonitio*
*ſocietate crucis: ſicut vxor patienter cum ma-*
*to debet crucem ferre: ita etiam ſponſa Chriſti*
*bet in hac vita patienter ferre crucem, & in*
*patientia ſponſum ſuum ſequi, ſicut ipſe dicit*
*atth, 16. Si quis vult poſt me venire, abne-*
*t ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequa-*
*r me. Matth. 10. Qui non accipit crucem ſuam,*
*ſequitur me, non eſt me dignus. Et Paulus*
*: Si compatimur, vt & conglorificemur.*

Q *Quod eſt nuptiale conuiuium? Eſt frui-*
*conſolationis Euangelij, & lætitia vitæ æter-*
*, quæ in hac vita per Euangelium incipit in*
*era fide. De quo conuiuio dicitur, Eſa. 25.*
*ciet Dominus Zebaoth omnibus populis in*
*onte hoc conuiuium ex pinguibus, conuiuium*
*mero, ex pinguedine, ex medulla, & vino de-*
*ato. Et abolebit in monte hoc inuolucrum, quo*
*oluti ſunt omnes homines, & operimentum,*
*o opertæ ſunt omnes gentes. Mortem enim*
*ſorbebit in æternum, & abſterget Dominator*
*minans lacrymas ab omni facie. Et oppro-*
*ium populi ſui auferet in omnibus terris, quia*
*ominus locutus eſt. Tunc dicetur: Ecce iſte*
*Deus noſter, quem expectamus. Ipſe ſalua-*
*nos. Item: Iſte eſt Dominus, eum expecta-*
*s, vt exultemus & lætemur in ſalute eius.*

*Quis eſt cibus & potus in hoc conuiuio?*

*De cibo & potu huius conuiuij, nimirum, de pane, carne & potu copioſè concionatur Chriſtus in capite ſexto Iohannis, vbi dicit, ſe eſſe panem vitæ, qui dat vitam mundo. Item, carnem ſuam verè eſſe cibum, & ſanguinem ſuum verè eſſe potum. Item: Si quis ederit (inquit) de pane hoc, viuet in æternum. Item: Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Item: Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.*

*Hoc loco neceſſario addenda eſt declaratio de ſexto capite Iohannis, quòd in hoc capite Chriſtus in genere loquitur de manducatione fidei, quæ fides in omni vera & fructuoſa auditione ſpiritualiter edit panem vitæ, & manducat ac bibit carnem & ſanguinem Chriſti, eò quòd verbum Euangelij, & in verbo ipſum Chriſtum cum omnibus ipſius meritis & beneficijs acquiſitis per oblationem corporis et effuſionem carnis ipſius apprehendit.*

*Deinde poſt hanc declarationem addatur, quòd pars huius conuiuij Euangelici etiam ſit Sacramentum Cœnæ Dominicæ, in qua non tantùm verbo, ſed etiam viſibilibus elementis datur nobis, & à nobis non ſolùm fide, ſed etiam ore accipitur verum corpus Chriſti pro nobis datum, &*

*verus ſanguis Chriſti pro nobis effuſus in remiſsionem peccatorum, ſicut verba Chriſti ſonant: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: Bibite ex hoc omnes: hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effunditur in remiſsionem peccatorum.*

*In concluſione huius loci de conuiuio commendetur primùm auditio Euangelij repetitione dictorum, quòd ſcilicet fide audiens Euangelium, ſeu apprehendens fide Euangelium, quod audit, aut legit, aut meditatur, fit particeps panis vitæ, & viuificæ carnis & ſanguinis Chriſti ad vitam æternam.*

*Deinde etiam commendetur vſus frequens Cœnæ Dominicæ.*

*Qui ſunt inuitati? Omnes homines, iuxta dictum Chriſti Matth. 11. Venite ad me omnes. Item: Ite in orbem vniuerſum. Item 1. Tim. 1. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.*

*Qui ſunt inuitatores? Omnes miniſtri & prædicatores ab initio vſq; in finem, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, & eorum ſucceſſores veri prædicantes Euangelium Ieſu Chriſti. Hæc enim eſt vox omnium verorum miniſtrorum:*

*Deus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Deus parauit conuiuium nuptiale Filio ſuo, venite ad nuptias. Omnia ſunt parata &c.*

*Quid accidit? Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negociationem ſuam, reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Hæc ſunt horrenda, ſed ſunt ſatis perſpicua. Et extant exempla omnium temporum. Itaq; hæc non ſolùm exemplis Iudaicis, ſed etiam exemplis noſtræ ætatis & noſtri temporis declarari debent.*

*Ferent ne illud homines impunè? Non ferent impunè, quia ſequitur: Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt, & miſsis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum ſuccendit. In his verbis eſt Prophetia de vaſtatione Ieroſolymæ per Romanos. Sed accommodatio eſt generalis, pertinens ad omnes contemptores Euangelij, & perſecutores Chriſti, miniſtrorum eius & Eccleſiæ. Itaq; primò dicatur de grauitate iræ Domini. Deinde recitentur exempla. Poſteà hinc ſumatur admonitio, ne nos quoq; fiamus contemptores & hoſtes Euangelij. Aut ſi tales quod Deus auertat, fiemus, certò ſequentur etiam pœnæ, quas Deus iratus infligit. Huc multa dicta allegari poſſunt.*

*Sunt* ...

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Sunt ne ergo hæ nuptiæ fruſtrà paratæ? Non. Si Iudæi nolunt venire, vocantur Gentes, quemadmodum Apoſtolus dicit: Feciſtis vos indignos &c. Ecce conuertimur ad gentes. Si noluͤt venire Romani, Itali, Græci, vocantur Germani, ſi nolunt hi venire, vocantur Normanni, Islandi. Item, ſi hic aut ille non vult venire, tamen ſemper aliqui ſunt, qui audientes vocationem Euãgelij, veniunt ad nuptias Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

*Suntne omnes, qui ſunt in externa ſocietate Eccleſiæ viua membra Chriſti, & veri Chriſtiani purificati fide? Non. In externa ſocietate viſibilis Eccleſiæ bonis Chriſtianis ſunt multi hypocritæ admixti, qui tamen profeſſione externa conſentiunt. Sicut etiam ſimilitudo de ſagena miſſa in mare oſtendit, Matth. 13.*

*Hic inſerenda eſt admonitio. Quòd etſi hypocritæ poſſunt nos homines fallere, tamen Deum cognitorem cordium, cuius oculi fidem reſpiciunt, fallere non poſſunt. Sicut in Euangelio ſequitur: Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes, & vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

*Quæ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Quæ eſt veſtis nuptialis? Fides ſeu iuſticia fidei, quæ eſt ipſe Chriſtus cum ſua obedientia, qua nos iuſtificamur, Rom. 5. Et qui Chriſtus eſt nobis factus à Deo iuſticia. 1. Corint. 1. Quem induimus in Baptiſmo, & cum fide ipſum apprehendimus, vt inueniamur in illo non habentes noſtram iuſticiam, quæ eſt ex lege, ſed quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti, vt Philip. 3. ait Paulus. De hac veſte dicitur Eſa. 6. Induit me veſtimento ſalutis, quod ſcilicet veſtimentum tegit peccata noſtra. Pſal. 32. Beati quorum tecta ſunt peccata. Et hæc veſtis nuptialis deſcribitur Apocal. 19. Datum eſt illi, vt cooperiat ſe biſſino ſplendenti & candido. Biſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.*

*Concludatur concio dulciſſimo dicto Apocal. 19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius parauit ſe &c. Beati qui ad cœnam Agni vocati ſunt. Et adijciatur in fine etiam admonitio capi. 16. Apocal. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

# DOMINICA XXI. POST TRINITATIS,

*Euangelium, Ioh. 4.*



ET erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic cùm au- diſſet, quòd Ieſus adueniret è Iudæa in Galilæam, abijt eum, & rogauit eum, vt deſcenderet, ſanaret filium eius. Incipiebat enim ori. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſi- na & prodigia videritis, non creditis.

Dixit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Dixit ad eum regulus: Domine, deſcen-
de, priuſquam moriatur filius meus.
Dixit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit.
Credidit homo ſermoni, quem dixit ei
Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcenden-
te, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt
dicentes, quòd filius eius viueret. Inter-
rogabat ergo horam ab eis, in qua me
lius habuerat. Et dixerunt ei: Heri ho-
ra ſeptima reliquit eum febris. Cogno-
uit ergo pater, quòd illa hora erat, in qu
dixit ei Ieſus: Filius tuus viuit. Et credi-
dit ipſe, & domus eius tota. Hoc iterum
ſecundum ſignum fecit Ieſus, cùm ve-
niſſet ex Iudæa in Galilæam.

*EXORDIVM ſumatur à loco ſeu vrbe Ca-
pernaum, quæ vocatur ciuitas Chriſti
Matth. 9. & 11. quia Chriſtus in ea multum
verſatus eſt, & multa ſigna in ea fecit. Verè au-
tem fuit pulcra villa, ſeu ciuitas, non à pulcri-
tudine ædificiorum, ſed quia Chriſtus fuit
ciuis ſeu incola. Iairus Archiſynagogus ſeu Pa-
ſtor, cuius filiam ſuſcitauit Chriſtus, Matth. 9.
Marc. 5. Luc. 8. Centurio, cuius fidem Chriſtus
adeò prædicat Matth. 8. fuit ibi Capitaneus. E
hic Regulus, cuius nomen non eſt expreſſum*

*ſicut ne*

ſicut nec Centurionis nomen, fuit præfectus Regius, hoc eſt, ab Herode ibi collocatus. Nam in Græco eſt βασιλικὸς, quæ vox ſignificat Regium, hoc eſt, vt Lutherus vertit, einen Königiſchen Amptman. Hæc eſt imago vere pulcræ ciuitatis. Sed ad hanc ipſam ciuitatem propter ingratitudinem pro tanta pulcritudine ſeu bonis tantis quibus ornata fuit diuino beneficio, dicit Chriſtus Matth. 11. Et tu Capharnaum, quæ es vſq; ad cœlum exaltata, vſq; ad inferos detraheris, quoniam ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, manſiſſent vſq; in hodiernum diem. Veruntamen dico vobis, quod Sodomis tolerabilius erit in die Iudicij quam tibi. Hæc comminatio accommodetur etiam ad ciuitates, Regiones, regna noſtræ ætatis, & ſimul allegentur ſimilia exempla, vt Ieroſolymæ, imo totius Iudaicæ regionis & gentis, Græciæ & earum ciuitatum, in quibus prædicauerunt Apoſtoli, & ad quas Epiſtolæ eorum adhuc extant &c.

## LOCI EVANGELII.

Primus locus, eſt locus generalis de miraculis, qui ex omnibus Poſtillis ſatis notus eſt.

Secundus locus eſt, quem in hiſtoria de paralytico tractaui, nimirum, quod ægroti ante omnia ſint per orationem commendandi Chriſto

Ddd Medico

*Medico, qui duo præcipuè præſtat, quæ alius Medicus præſtare non poteſt. Primo tollit cauſam omnis morbi & omnis mali, videlicet peccatum. Alij Medici naturalem ſeu phyſicam cauſam morborum aliquo modo tollere poſſunt, Peccatum auferre non poſſunt. Secundò, Medici poſſunt curare morbos ſanabiles, iuuante Deo, per medicinas à Deo datas: Sed hic medicus etiam incurabiles morbos verbo ſuo poteſt curare, imò etiam mortuos reſuſcitare poteſt. Imo dat vitam æternam &c.*

*Tertius locus eſt de infirma fide Reguli, quam infirmam fidem Chriſtus taxat quidem, inquiens: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis, ſicut etiam in naui dicebat ad diſcipulos: O modicæ fidei. Sed tamen non abijcit. Pertinet itaq; hoc exemplum cum ſimilibus ad dictum: Calamum quaſſatum non comminuet, & linum fumigans non extinguet. Habemus aliud exemplum Marc. 9. vbi pater Dæmoniaci dicit: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam, id eſt, Credo, ſed fide valde imbecilli & infirma, ſicut Doctor Cruciger in agone dicebat: Inuoco te Fili Dei fide imbecilli, attamen fide.*

*Ad quid vtilis eſt hic locus? Eſt valde conſolatorius locus pro nobis, quando ſentimus noſtram imbecillem & infirmam fidem. Quia ſi ſemper proponerentur in ſcriptura exempla fortis*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

fidei, tunc ſenſus infirmitatis noſtræ nimium cruciaret nos. Ideo etiã in magnis Sanctis, vt Abrahamo, Elia, Dauide proponuntur viciſsitudinis exempla, quod alias in fide fuerint fortiores, alias imbecilliores. Hæc exempla recitentur ex Sanctorum hiſtorijs.

Ad hunc locum addatur etiam admonitio contra Stoicos Theologos, Ex cap. 14. ad Roma. Infirmum in fide aſſumite &c.

Obiectio.

Iacobi 1. ſcriptum eſt, Poſtulet in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Ergo imbecillis fides nihil impetrat à Deo. Reſp. Iacob non damnat fidem imbecillem, ſed Epicuream & Academicam dubitationem. Magna autẽ eſt differentia inter imbecillem ſeu infirmam fidem, & inter dubitationem. Quia imbecillis fides tamen eſt fides. Dubitatio autem eſt diffidentia cum fide pugnans.

Quartus locus eſt de reſponſione Chriſti: Niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. Sic Lucæ 11. dicit: Generatio praua & adultera ſignum quærit. Et 1. Corint. 1. Paulus dicit: Iudæi ſignum quærunt, id eſt, non volunt credere, niſi ſigna vel miracula videant. Admonet autem & docet Chriſtus hac reſponſione. Primo reſpiciendum eſſe ad verbum, quod eſt fundamentum

*fidei, Poſtea ſigna ſeu miracula conſentientia cum verbo ſunt teſtimonia confirmantia. Sicut Marci vltimo dicitur. Illi profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante & ſermonem confirmante ſubſequentibus ſignis. Miraculis ſine verbo, vel contra verbum non eſt credendum. Sicut expreſſe dicitur, Deutero. 13. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atq; portentum, & euenerit, quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus poſt Deos alienos, quos ignoras tu, & ſeruiamus eis, non audies verba Prophetæ illius, aut ſomniatoris &c. Et ratio eſt, quia Diabolus permittente Deo (de qua permiſsione ibidem dicitur: Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat vtrum diligatis eum an nō, in toto corde, & in tota anima veſtra) etiam poteſt facere ſigna & prodigia, quæ Apoſtolus vocat mendacia, Propterea quod fiunt à mendace Spiritu Diabolo, ideo vt homines ad mendacia, & in errores ſeducantur. Talia fuerunt prodigia & ſigna, quæ fecerūt Magi Ægyptij, inter quos præcipui fuerunt Iannes, & Mamres. Item, Miracula Simonis Magi, Acto. 8. Item, Miracula in Ethnicorum religione facta, quorum multa deſcribit Pauſanias. Item, miracula quæ in Papiſtica Eccleſia facta ſunt, & fiunt ad confirmationem errorum de Miſſa, purgatorio, & ad multi-*

plici-

plicium Idolomaniarum confirmationem. De talibus miraculis ſint nota dicta. Matth. 24. Surgent Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam electi: 1. Theſſa. 2. Aduentus eius Antichriſti erit ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus.

Hic dicendum eſt de differentia inter miracula Eccleſiæ veræ, & inter miracula falſæ Eccleſiæ, atq; Ethnicorum, qui locus prolixe declaratus eſt in meis Ethicis, lib. 2. cap. 9.

## Obiectio.

Chriſtus dicit in Iohanne: Si mihi non creditis, operibus credite. Ergo magis credendum eſt miraculis quam verbo. Reſpon. Chriſtus ibi loquitur de coniunctione & conſenſu operum ſuorum omnium, & ſic etiam miraculorum cum verbo & Prophetijs. Sicut Eſaiæ 61. doctrina & miracula coniunguntur &c. Item, in reſponſione ad diſcipulos Ioannis, ad miracula addit: pauperes Euangelizantur.

Quintus locus. Dicit ei Ieſus, Vade filius tuus viuit. Hic locus eſt demonſtratio gloriæ & diuinæ omnipotentiæ Ieſu Chriſti. Item, demonſtratio potentiæ quæ eſt in ipſius verbo, de qua dicitur Roma. 1. Euangelium eſt potentia Dei



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*ad ſalutem omni credenti. Et Marci 2. vt autem ſciatis, quod Filius hominis poteſtatem habeat in terra dimittendi peccata, tunc dixit Paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & abi in domum tuam. & ſurrexit & abijt in domum ſuam. Sicut verbum Chriſti efficax eſt ad ſanationes corporales & reſuſcitationem mortuorũ hanc ad vitam: Ita etiam verbum Chriſti efficax & potens eſt, ad remiſſionem peccatorum donationem vitæ æternæ, & reſuſcitationem ad vitam æternam, &c.*

*Sextus locus. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ieſus. Hæc eſt vera diſtinctio fidei. Fides eſt credere ſermoni, quem locutus eſt Ieſus, iuxta dictum, Roma. 10. Fides ex auditu eſt, auditus per verbum Dei. Hic locus egregie & prolixe & vtiliter poteſt explicari. Fides non eſt credere, quod Arius aut Samoſatenus aut Papa aut Cinglius dicit, nec eſt quælibet opinio aut ſomnium cuiuſq́;, ſed fides Chriſtiana eſt credere ſermoni quem Ieſus dixit. Citentur exempla. Ieſus dicit: Sic Deus dilexit mundum, &c. Ieſus dicit: Accipite, comedite, Hoc eſt, corpus meum, quod pro vobis datur &c. His verbis Chriſti, credit vera fides Chriſtiana: alienas interpretationes cum ſermone Chriſti non conſentientes non recipit, ſicut Chriſtus de ouibus ſuis dicit: Alienũ non ſequuntur. Huc allegentur*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

etiam hæc dicta, Iohan. 6. Verba quæ ego loquor, Spiritus ſunt & vita. Item, Si manſeritis in ſermone meo, vere mei diſcipuli eſtis & cognoſcetis veritatem. Item. Qui audit ſermonem meum &c. Iohan. 5.

Septimus locus. Et credidit ipſe. Hic locus eſt de confirmatione & incremento fidei. Regulus confert cum verbo ipſum miraculum, vt dicitur : Cognouit Pater quod illa hora erat, in qua dixit Ieſus, Filius tuus viuit. Sic miracula debent conferri cum verbo, & referri ad verbum. Hic eſt verus vſus miraculorum ad confirmationem. VII

Octauus locus, Et domus eius tota. Eſt locus de confeſſione & propagatione doctrinæ, Sicut ſcriptum eſt: Credidi propterea locutus ſum, & nos credimus, propterea loquimur. Sic creſcit Eccleſia & propagatur doctrina. Huc pertinet dictum Chriſti ad Petrum. Tu conuerſus, confirma fratres tuos. Et exempla, quæ capite primo Iohannis deſcripta ſunt. Præcipue autem proponi debet exemplum Reguli omnibus patribus familias, vt ſint non tantum Oeconomi, ſed etiam Paſtores in domibus ſuis, docentes familiam Catechiſmum & cognitionem Ieſu Chriſti. Eſt enim inſignis commendatio & præconium: Et VIII



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*credidit ipſe & domus eius tota. Hic itaq; addatur neceſſaria admonitio. Et repræhendantur peruerſa ſtudia & mores noſtrorum temporum.*

# DOMINICA XXII. POST TRINITATIS

*Euangelium Matth: 18.*



IDEO ASSIMILAtum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet ratio-

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

nem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui de-
bebat ei decem milia talentorum. Cum
autem non haberet vnde redderet, iuſsit
eum Dominus eius venundari, & vxo-
rem eius, & filios, & omnia quæ habe-
bat, & reddi. Procidens autem ſeruus il-
le, rogabat eum, dicens: Patientiam ha-
be in me, & omnia reddam tibi. Miſer-
tus autem Dominus ſerui illius, dimiſit
eum, & debitum remiſit ei. Egreſſus
autem ſeruus ille, inuenit vnum de con-
ſeruis ſuis, qui debebat ei centum dena-
rios. Et tenens eum ſuffocabat eum, di-
cens: Redde quod debes. Et procidens
conſeruus eius, rogabat eum, dicens: Pa-
cientiam habe in me, & omnia reddam
tibi. Ille autem noluit, ſed abijt, & miſit
eum in carcerem, donec redderet debi-
tum. Videntes autem conſerui eius, quæ
fiebant, contriſtati ſunt valde, & vene-
runt, & narrauerunt Domino ſuo om-
nia quæ facta fuerant. Tunc vocauit il-
lum Dominus eius, & ait illi: Serue ne-
quam, omne debitum remiſi tibi, quo-
niam rogaſti me: nonne ergo oportuit



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

& te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum. Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.

*EVANGELIVM pertinet ad Articulum fidei, Credo remiſsionem peccatorum. Et ad petitionem in oratione Dominica, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et continet locos præcipuos ſex.*

*Primi tres ſunt Legales ſeu pertinent ad doctrinam Legis, videlicet: Quod Deus poſtulabit ab vnoquoq; rationem debitorum, & quod nemo hominum ſit ſoluendo, Atq; ideo lex damnat omnes.*

*Quartus locus eſt vere Euangelicus de gratuita remiſsione peccatorum ſeu debiti per ſolam miſericordiam, Sicut in textu dicitur: Miſertus Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.*

*Quintus eſt de condonatione fraterna inter homines, quæ eſt fructus & ſignum veræ fidei.*

*Sextus*

*Sextus eſt de pœna eorum Chriſtianorum falſorum & nequam, qui nolunt condonare fratribus.*

### DE PRIMO LOCO.

*SÆPE in quotidiana meditatione & omni admonitione, repetendum eſt initium huius Euangelij. Simile eſt regnum cœlorum Regi, qui voluit ſubducere rationes cum ſeruis ſuis. Hæc admonitio eſt primus locus Euangelij, quæ admonitio vocat omnes homines ad pœnitentiam, & eſt neceſſaria, arguit ac damnat ſecuritatem carnis & hominum Epicureorum, qui ita viuunt, vt nunquam de reddenda ratione cogitent.*

*Primo itaq; in declaratione huius loci reprehendatur illa Epicurea ſecuritas maximæ partis hominum, Cuius reprehenſionis exemplum extat Eſaiæ 3. Populе meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant, Stat ad iudicandum Dominus, ſtat ad iudicandum populos, Dominus ad iudicium veniet. Non cogitet quiſquam quod ſe vel latebris abſcondere, vel propter perſonæ ſuæ dignitatem à Dei iudicio, vel ab his rationibus excipere velit. Sapient. 6. Non curabit perſonam cuiuſquam, neq; verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter ipſi cura eſt de omnibus. Sopho. Argentum & aurum*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*rum non liberabit eos. Iob 34. Non ſunt tenebræ vt abſcondatur ibi qui operatur iniquitatem. Syrach. 16. Non dicas, Abſcondar à Deo, In populo magno non agnoſcar, quæ eſt enim anima mea, in tam immenſa creatura?*

*Secundo, Repetitione inculcetur hoc Euangelij initium. Simile eſt regnum cœlorum Regi, qui voluit ſubducere rationes cum ſeruis ſuis. Rex ille Deus noſter eſt, Serui Dei nos ſumus, ad hunc ordinem creati, & rurſus per Filium redempti, & per Spiritum ſanctum renouati ac ſanctificati, vt Deo ſeruiamus in iuſticia & ſanctitate coram ipſo omnibus diebus vitæ noſtræ, Lucæ 1. Item, Roma. 6. Liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſticiæ. Sicut itaq; bonus Rex aut Dominus, reſpicit ad ſeruos & ſubditos ſuos, an legibus ſuis obediant, & inobedientes ad iudicium vocat, Ita ſciamus Deum quoq; de cœlo proſpicere ſuper Filios hominum, an ſit intelligens & requirens Deum, hoc eſt, An ſint obedientes verbo & legi ipſius, Et inobedientes ad rationes ſeu Iudicium vocare velle, in quo etiam de omni ocioſo verbo ratio requiretur, Matth. 12. Item, Sicut bonus Paterfamilias reſpicit ad ſeruos & ancillas ſuas, & de ipſis poſcit rationes officiorum ac bonorum commendatorum, ita cogitemus Deum quoq; de nobis ſingulis velle poſtulare rationes vitæ, officiorum & donorum ſuorum, quo-*

*modo*

*modo vitam egerimus, quomodo officia admini-ſtrauerimus, quomodo donis animæ, corporis & fortunæ vſi ſimus. Sicut etiam ſimilis parabola de talentis non minus grauiter monet, Matth. 25.*

*Tertio, Dicatur Deum rationes poſcere ab hominibus, Primum in hac vita per concionem legis, tum in miniſterio, tum in cuiuſq; conſcientia, Et prædicationi legis, addit Deus reales, vt ſic dicam, admonitiones paßionum, pœnarum & crucis. Quare quoties aut ipſi recitamus Decalogum, aut audimus prædicationem legis, aut ſentimus paßiones pœnarum, & crucis in nobismetipſis, aut videmus exempla in alijs, ſemper cogitare debemus de hoc initio Euangelij: Simile eſt regnum cœlorum Regi, volenti ſubducere rationes cum ſeruis ſuis. Et hæc ipſa cogitatio nos quotidie & ſingulis horis ac momentis ad pœnitentiam cohortari debet.*

*Secunda poſtulatio rationum fiet in nouißimo iudicio, quæ erit omnib. illis, qui hanc vitã ſine pœnitentia & fide accipiente peccatorum remißionem clauſerunt, exitialis & damnabilis. Quia pœnitentia in illo iudicio nimis erit ſera. Etſi autem credentes, quorum chirographum deletum, & cruci Chriſti affixum eſt, & peccata ipſorum proiecta ſunt in medium maris, hoc eſt, Qui hac vita fide acceperunt peccatorum remißionem, non accuſabuntur iterum de peccatis in no-*

*uißi-*

*uiſsimo iudicio, ſicut ſcriptum eſt. Eſa. 43. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor amplius. Iohan. 5. In iudicium non venient. Roma. 8. Quis accuſabit electos Dei? Tamen etiam admonitio de nouiſsimo iudicio, non ſolum ad impios, ſed etiam ad pios quotidie fieri debet, propter pœnitentiam. Sicut omnes ſimiliter in Symbolo dicimus. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et Chriſti & Apoſtolorum conciones de nouiſsimo die ac iudicio, ad omnes pertinent: Sicut Paulus Roma. 14. inquit: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, 2. Corinth. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis pro vt geſsit, ſiue bonum, ſiue malum. Deus annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eo quod ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem terrarum in æquitate.*

DE SECVNDO LOCO.

SECVNDVS *locus eſt exemplum Debitoris, ſicut in Euangelio dicitur: Cum cepiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talentorum. Hoc exemplum omnes nos attingit, iuxta dictum: Pſalm. 14. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, ne vnus quidem. Iob 9. Vere ſcio*

quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo comparatus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere vnum pro mille. Item, Roma. 3. Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro. Item, 1. Ioh. 1. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & mendacem eum facimus, & verbum eius non eſt in nobis.*

*Notandum eſt, quod primus ſeruus, qui offertur, debet Domino decem millia talentorum, id eſt, 60. tonnas auri, quæ eſt ſeruo ſumma inſolubilis. Ille primus eſt noſter primus pater Adam, & quilibet filius Adæ ſentit in ſua conſcientia ſe etiam eſſe hunc primum, qui inſolubilem ſummam debet, Quemadmodum Paulus dicit, 1. Tim. 1. Quorum primus ſum ego. Quiſq; enim in ſua conſcientia ſentit, ſe primum vocari ad rationes, & ſe primum & maximum eſſe peccatorem, Nam quemq; ſuorum peccatorum onus primo & maxime grauat. Ita Dauid in 51. Pſal. inquit: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Et Paulus, Sum primus peccatorum, 1. Tim. 1.*

*De ſumma debiti ad decem millia Talentorum, ſciendum eſt poni certum numerum pro debito immenſo & inſolubili. Etſi enim Cæſar aut Rex Galliæ, vel alius magnus Dominus poſſet ſoluere ſexaginta tonnas auri: Tamen debitum*

*illud de quo in hoc Euangelio agitur, exoluere nihilo magis poſſunt, quam pauper ſeruus, tantam auri ſummam poteſt exoluere. Aurum enim & argentum eorum non liberabit eos, vt Sopho. 1. dicitur.*

## DE TERTIO LOCO.

*Tertius locus eſt de ſententia legis, videlicet, Iuſsit eum venundari. In hoc loco obſeruanda eſt admonitio, quod in parabolis non ſint curioſe inquirendæ perfectæ ſimilitudines omnium partium, Satis enim eſt in principalibus partibus eſſe ſimilitudinem. Mandatum Domini de venundatione ſignificat maledictionem legis, qua peccatores venundantur Diabolo & morti ad æternam condemnationẽ. Etſi autem Adam cum vxore peccati ſocia, & tota poſteritate accipiente à parentibus originale peccatum venundatus eſt: tamen non eſt ex hac ſimilitudine ciuili colligendum, quod aut vxor, propter mariti, aut maritus propter vxoris, aut Filius propter Patris peccatum condemnetur ſine proprio peccato, quia manifeſte ſcribitur. Ezechiel. cap. 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur, Filius non portabit iniquitatem Patris, nec Pater Filij, Multo minus ex hac ſimilitudine ciuili ſequitur, quod tali venundatione ſui & vxoris & liberorum & bonorum aliquis debitum perſoluere poſſit.*

Nam

*Nam perſolutio debitorum noſtrorum facta eſt per ſolam venundationem et ſatisfactionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius merito nos accipimus per fidem debitorum condonationem & liberationem, ſicut ſcriptum eſt Eſa. 52. Gratis venundati eſtis, & ſine pecunia redimemini.*



## DE QVARTO LOCO.

QVARTVS *locus eſt plane Euangelicus de remiſsione peccatorũ, quæ datur omnibus debitoribus Deum inuocantibus, Eiuſq́ miſericordiam implorantibus per Ieſum Chriſtum. In hoc loco tractetur doctrina de remiſsione peccatorum & iuſtificatione peccatoris per ſolam Dei miſericordiam, propter Chriſtum per fidem, ſine operum noſtrorum merito. Et repetitione inculcetur Emphaſis in verbo: Miſertus eſt Dominus ſerui illius. Item, Verbum: dimiſit ei debitum.*

*Vtrumque verbum excludit meritum operum noſtrorum, Miſertus eſt Dominus ſerui illius, & dimiſit ei debitum. Ergo ex ſola miſericordia ſeu gratia condonauit ei debitum ſine ſerui merito, Quemadmodum Paulus emphaſin excluſiuam, quæ eſt in his vocibus Euangelicis, Miſericordia & gratia, explicat Roma. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non eſt gratia. Et Epheſ. 2. Gratia ſaluati eſtis, idq́ non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur, 1. Timo. 1. Miſericor-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*diam conſecutus ſum &c. In hoc itaq́ loco refutetur doctrina Papiſtica de meritis operum noſtrorum, & declaretur quomodo ea doctrina pugnet cum manifeſtis ſententijs ſcripturæ de gratia & miſericordia Dei, imo quemadmodũ Paulus Gal. 2. & 5. docet, quomodo abijciat gratiam Dei, et faciat inutilem mortẽ & merita Chriſti, de quibus in Symbolo dicimus: Credo in Ieſum Chriſtum, natum, paſſum, crucifixum, mortuum &c. Item, Quomodo pugnet cum articulo Fidei. Credo remiſsionem peccatorum, pro quo Articulo ſubſtituit Papiſtica doctrina alium prorſus impoſsibilem, qui eſt cauſa deſperationis. Credo me poſſe perſoluere debita peccatorum meorũ, & non indigere remiſsione. Item, Quomodo pugnet cum petitione noſtra in oratione Dominica. Dimitte nobis debita noſtra. Nam Papiſticus hãc petitionem dicens, ludit Deum, quia exiſtimat ſibi dimiſsione non eſſe opus. Et in fine huius loci fiat adhortatio, vt agnoſcentes peccata noſtra, procedamus in fide coram patre noſtro cœleſti, & oremus peccatorum condonationem per ipſius miſericordiam & gratiam propter Ieſum Chriſtum redemptorem & mediatorem. Et hæc adhortatio illuſtretur exemplo Dauidis in Pſalmo. Miſerere mei Deus, & multis alijs. Addantur etiam alia exempla, Atque cum tempus patitur, repetatur cauſa, cur excluſiua de ſola gratia ſeu*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*tia ſeu ſola fide, quæ nititur gratia, retinenda ſit: de quibus cauſis aliquoties dictum eſt.*

## DE QVINTO LOCO.

QVINTVS *locus eſt de fraterna condonatione, quæ eſt fructus, & ſignum veræ fidei accipientis remiſſionem peccatorum. Vult enim Deus, vt accipiens fide, remiſſionem peccatorum, viciſſim condonet proximo, ſicut in ipſa petitione remiſſionis per ipſa verba admonemur, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et Paulus Colloſſ. cap. 3. inquit: Sicut Deus donauit vobis, ita & vos facite, condonantes vobis mutuo, ſi quis aduerſus aliquem habuerit querelam.*

*Hoc loco refutetur Papiſticum argumentum: Deus non dimittit peccata, niſi dimittamus, Sicut Matth. 6. dicitur: Si enim dimiſeritis: Ergo noſtra dimiſſio eſt cauſa, cur Deus nobis dimittit peccata. Reſpondendum eſt ſimpliciter ex ipſo fundamento, Dimiſſio peccatorum eſt gratuita, et fit per miſericordiam, ſicut in Euangelico dicitur: Miſertus Dominus ſerui illius, dimiſit ei debitũ. Ergo nõ fit propter opus noſtræ remiſſionis, Alioqui enim neq; dimiſſio eſſet, neq; eius cauſa miſericordia eſſet, ſicut Rom. 11. ſcribitur. Si ex ope-*

*ribus iam non eſt gratia: fidei autem accipientis & retinentis remiſſionem peccatorum, ſignum & effectus eſt fraterna dimiſſio: itaq; non dimittens fratri, non accipit remiſſionē peccatorum, quia eā ſine vera fide petit. Aut ſi hoc momento fide accipit remiſſionem, & illa accepta rurſus fit ſeruus nequam, & crudelis erga proximū, tunc rurſum amittit remiſſionem peccatorū, quia fidē abiecit.*

*Hanc eſſe ſimplicem & veram reſponſionem, non eſt dubium, & conſentit cum ea textus huius Euangelij. Sic enim dicit Dominus: Serue nequam, Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut ego miſertus ſum tui?*

*Porro ad fraternam condonationem debent nos hæ meditationes inuitare.*

*I. Quia eſt mandata.*

*II. Quia eſt fructus, & ſignum veræ fidei, accipientis remiſſionem peccatorum.*

*III. Quia contrarium vitium, videlicet, Odium & immiſericordia pugnat cum fide, & eſt mortale peccatum, iuxta dictum: Qui odit fratrem, homicida eſt.*

*IIII. Exemplum Dei & filij eius Ieſu Chriſti remittentis nobis omnia peccata noſtra.*

*V. Collationis meditatio. Nos debemus 60. tonnas auri Domino, id eſt, inſolubilem ſummā, ad quam ſi conferatur proximi debitum erga nos, valde eſt exiguum.* Cogi-

*VI.* *Cogitatio de dicto: Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis.*

*VII.* *Vt recte poſsis orare, & ne contra temetipſum ores, cum dicis: Dimitte &c. hoc eſt, Ne orationem tuam conuertas in maledictionem contra temetipſum. Huc pertinet locus, Sira. 28.*

*VIII.* *Vt vites pœnam, ſicut ſequitur.*

## DE SEXTO LOCO.

*VLTIMVS locus eſt de pœna Serui nequam, & immiſericordis. In quo loco obſeruandus eſt ordo deſcriptionis.*

*Primo, deſcribitur eius crudelitas erga conſeruum.* 1.

*Secundo, deſcribitur dolor & triſticia aliorum conſeruorum, qui rem geſtam referunt ad Dominum. Significatur autem ſanctorum in hac terra triſticia, quam percipiunt ex conſideratione immiſericordiæ impiorum erga Eccleſiam, et eius membra, Et quod eorum gemitus & clamor aſcendant ad Deum, & ſint efficaces.* 2.

*Tertio, deſcribitur horribilis pœna: Iratus Dominus, &c. Hæc pœna amplificetur & citetur conueniens dictum ex cap. 6. Matth. Item, ex Eccle. cap. 28. Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & pro peccatis ſuis de-* 3.

*precatur. Ipſe dum caro eſt, reſeruat iram & propitiationem petit à Deo, Quis exorabit pro delictis illius? &c.*

## *DOMINICA XXIIII. POST TRINITATIS*

*Matth. 22.*



T*VNC ABEVNTES* Phariſęi, conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus, quia verax es,

& vi

& viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur: Licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis Hypocritæ? Oſtendite mihi numiſmata cenſus: At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſubſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo, Et audientes mirati ſunt, & relicto eo. abierunt.

*AD intellectum huius Euangelij primo requiritur cognitio hiſtorica. Antequam Iudæa à Romanis in Prouinciam redacta eſt, pendebant ſinguli qui 20. annum attigerant Didrachma, hoc eſt. quartam partem aurei rhenani Sacerdotibus ad vſus publicos, & pro miniſterij conſeruatione, & pro pauperibus. Ex hac contributione annua colligebatur magnus theſaurus in templo, quia Pompeius paulo ante mortem 60. tonnas auri ex templo abſtulit. Sed poſtquam Iudæa facta eſt Prouincia Romanorum, facta eſt Tributaria, ſicut aliæ Prouinciæ. Hoc onus cum Iudæis graue eſſet, conſolabantur*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

ſe ea ſpe quod Meſsias promiſſus eſſet ipſos ab hac ſeruitute liberaturus, & in priſtinam libertatem reſtiturus. De qua tamen ſpe non habebant certam promiſsionem, ſed eam concipiebant ex falſa perſuaſione, ſeu falſo intellectu Prophetiarum de regno Meſsiæ.

Secundo requiritur ad Euangelij huius intellectum obſeruatio doloſi conſilij Phariſæorum, quod eò directum fuit, vt captioſo dilemmate intricaretur Chriſtus. Sic enim cogitarunt, Mittemus ad eum Legatos noſtros, vna cum miniſtris Herodis, quæſitum, An liceat cenſum dare Cæſari vel non? Si reſpondebit, Non licere, propterea quod ipſe venerit ad liberandum populum à ſeruitute, tunc mox comprehendent eum miniſtri Herodis, & tanquam ſeditioſus interficietur. Sin vero reſponderit, dandum eſſe cenſum, tunc populus deficiet ab ipſo, & nos facile perſuadere populo poterimus, eum non eſſe Meſsiam, ſed seductorem, ſiquidem ſuadeat, vt maneamus in ſeruitute Romanorum.

Moſes, Otoniel, Debora, Barac, Eliud, Gideon, Iephthe, qui fuerunt minores Meſsia, liberauerunt patres noſtros ex ſeruitute Ægyptiaca, Syriaca, Moabitica, Ammonitica, Madianitica. &c. Ergo, Si ipſe eſt Meſsias, multo magis nos liberabit, Vel ſi ſeruitutem ſuadebit, conſtat eum Meſsiam non eſſe. Hoc doloſum & nequam conſi-

conſilium videtur eſſe aſtutè excogitatum, Sed diuina ſapientia non capitur hoc doloſo conſilio & dilemmate. Ieſus enim cognita eorũ nequitia & dolo, Primum duriter Legatos arguit. Quid me tentatis, inquit, Hypocritæ? Secundo poſtulat ab eis numiſma cenſus, & de ſigno atq; inſcriptione interrogat, vt propria confeßione ipſos de debito obedientiæ conuincat, & Tertio per diſtinctionem reſpondet. Date ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo, Quam reſponſionem, vt inquit Lucas, non potuerunt reprehendere: ſed admirati, tacuerunt & abierunt. Hæc itaque reſponſio Chriſti continet principalem doctrinam huius Euangelij, quæ conſiſtit in explicatione duarum quæſtionum, quarũ explicatio omnibus Chriſtianis ſcitu neceſſaria eſt.

Prima quæſtio, An Euangelium ſeu Chriſtiana vel Euangelica libertas, ſoluat obligationem obedientiæ & ſubiectionis ciuilis.

Secunda quæſtio, Quo ordine vtraq; obedientia ad Deum, & ad Magiſtratus ſeu ſuperiores præſtanda ſit, & quando ſimul præſtari poßint, quando vero inferior ſuperiori cedere debeat.

## DE PRIMA QVÆſtione.

AD primam quæſtionem reſpondet Chriſtus: Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris. Et Paulus

Roma. 3. hanc reſponſionem explicat. Omnis inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt: itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Item, Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui Tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. Et Petrus, 1. Petri 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, propter Dominum, ſiue Regi, tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.

Hæc itaq; reſponſio planè teſtatur Euangelium, ſeu Chriſtianam vel Euangelicam libertatem, non ſoluere vinculum ſeu obligationem ſubiectionis & obedientiæ ciuilis, quæ quarto præcepto ſancita eſt. Sicut ea libertas non deſtruit, aut tollit debitum aliorum præceptorum, primæ & ſecundæ tabulæ. Nemini licet prætextu libertatis Euangelicæ ſeu Chriſtianæ fieri idolatram, periurum, contemptorem verbi diuini, homicidam, mœchum, furem, mendacem &c. Ita nemini etiam licet prætextu Euangelicæ libertatis

*tatis fieri inobedientem & ſeditioſum. Sicut Petrus de libertate Chriſtiana dicit, 1. Pet. 2. Tanquam liberi & non velut velamen habentes maliciæ, ſed ſicut ſerui Dei. Et Paulus ad Galat. 5. Vos in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne detis libertatem in occaſionem carnis, ſed per caritatē ſpiritus ſeruite vobis inuicem, id eſt, nemo debet propter libertatē Chriſtianā indulgere prauis affectibus ſuæ carnis. Nam per fidem ſeu per libertatem Fidei, lex non deſtruitur, ſed ſtabilitur: ſiquidem ſimul cum libertate fidei, datur Spiritus ſanctus, inchoans veram & ſpontaneam obedientiam, non inchoans aut efficiens inobedientiam.*

*Hoc itaq; loco explicetur breuiter doctrina de libertate Chriſtiana, de qua Chriſtus dicit: Ioh. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eſtis. Et Paulus poſteriore Cor. 3. Vbi Spiritus Domini eſt, ibi libertas, Roma. 8. Lex Spiritus vitæ, liberauit me à lege peccati. Et Galat 5 In ea libertate qua Chriſtus nos liberauit, ſtate, & nolite iterum iugo ſeruitutis teneri. Ea libertas ad regnum Chriſti pertinet. Ergo ſicut regnum Chriſti non eſt de hoc mundo, ita Chriſtiana ſeu Euangelij ſeu fidei libertas non eſt res corporalis, ciuilis, mundana aut politica, ſed eſt res Spiritualis, ſicut dicitur: vbi Spiritus Domini eſt, ibi libertas.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

## DE SECVNDA QVÆſtione.

VT inter ſuperiores ordo eſt,in quo ordine ſupremus eſt Deus,Rex regum, & Dominus dominantiũ,ita eſt obedientiæ ordo,in quo ordine etiam ſumma eſt obedientia ad Deum. Idcirco de obedientiæ ordine dicit Chriſtus: Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei Deo. Inferiorem gradum præponit, ſicut in gradatione fieri ſolet. In huius itaq; quæſtionis explicatione, Primo dicendum eſt quæ Cæſari, hoc eſt, humano Magiſtratui debeantur. In quarto præcepto debitum, vocatur honor. Similiter in Epiſtola Petri, Regem honorate. Complectitur autem honor magiſtratui debitus præcipue hæc tria, Roma. 13. Amorem, timorem & debita. Amor & dilectionem & reuerentiam ſeu honorificam exiſtimationem cordis ſignificat, vt aſpiciens ſeu cogitans de tuo Magiſtratu, cogites eam perſonam Dei ordinatione tibi eſſe præpoſitam, & in ea perſona ipſam Dei ordinationem ames ac ſuſpicias. Hic amor ſeu reuerentia etiam includit ἐπιείκειαν, quæ in hac infirmitate humana quædam errata imperijs condonat & modeſte ac pacienter fert quaſdam iniurias, & onera æquo grauiora tum à bonis, tum à diſcolis impoſita. Nam etiam boni gubernatores aliquando errant. Sicut dicitur: Non eſt iuſtus in terra, qui cum faciat

bonum

*bonum, etiam non peccet. Dauid optimus Rex faciebat magnam iniuriam, Mephiboſet filio Ionathæ, 2. Reg. 19. qui patienter & modeſte eam iniuriam ferebat, nec idcirco Dauidi maledixit, neq; mouit ſeditionem, iuxta dicta: Principi populi tui non maledices. Item, Prouerb. 22. Time Deum Fili mi, & cum ſeditioſis non miſcearis: nam repentinus veniet interitus eorum.*

*Secundò, Timor complectitur obedientiam faciẽdi, quæ lege Dei & alijs legibus bonis mandata ſunt, & omittendi quæ ſunt prohibita. Et ſignificat Timor non ſolum metum iræ ac vindictæ Magiſtratus, ſicut Roma. 13. dicitur: Principes non ſunt timori boni operi, ſed malo. Si malum feceris, time. Non enim fruſtra gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui male agit. Sed etiam reſpicit ſignificatio timoris conſcientiam ad Deum, ſicut in eodem capite ſequitur. Neceßitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Etſi enim ſcias te tam occulte poſſe aliquid deſignare vt Magiſtratus nunquam factum tuum cognoſcat: tamen debes propter conſcientiam ad Deum timere, hoc eſt, obedire, quia Deus obedientiæ ordinator etiam eſt inobedientiæ vindex. Et obſeruatione dignum eſt, quod Deus faciebus Magiſtratuum mirabili modo quaſi ſignum reuerentiæ, & timoris inſculpat, vt ipſo aſpectu*

timo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*timorem in alijs hominibus excitent, Sicut quidam Philoſophus dixit: Numen reuerentiæ ſeu timoris habitare in oculis magiſtratuum, & radijs ſuis aſpicientes tangere. Hoc experimur ſinguli, cum Magiſtratus aſpicimus, iuxta dictum: Facies hominis, facies leonis.*

*Tertio debita, ſub quo nomine comprehenduntur non tantum tributa, ſed etiam ſeruitutum onera, Germani duabus vocibus debita exprimunt,* Pflicht vnd dienſt/ *Sine his imperia conſeruari non poſſunt, quia ſunt imperiorum nerui & gubernatorum ſtipendia. Sicut de his inquit Paulus, Rom. 13. Propterea tributa præſtatis, Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Atq; obſeruatione dignum eſt exemplum Chriſti, Matth. 17. qui pro ſe & Petro didrachma ſoluit, ne alios ſcandalizaret, hoc eſt, ne præberet occaſionem ſub prætextu libertatis Chriſtianæ negandi Magiſtratibus debita.*

*In hac quoq; parte Honoris nomen requirit* ἐπιείκειαν *& patientiam in ſubditis, ne moueantur ſeditiones.*

*Secundo dicendum eſt de obedientiæ ordine, in quo ordine ſeruanda eſt hæc diſtinctio: Cæſari danda ſunt, quæ ſunt Cæſaris, & Deo*

danda ſunt quæ ſunt Dei. Hoc eſt, Cæſari tanquam inferiori non ſunt danda ea, quæ ſunt Dei. Nam in quolibet ordinato imperio hunc ordinem ſeruari neceſſe eſt, vt inferior gradus ſuperiorib. ſubijciatur, & cum neceſſe eſt cedat, Sicut Auguſtinus recte & erudite diſſerit, Sermo. 6. de verbis Domini ſecundum Matthæum: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Qui itaq; reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid ſi illud iubeat, quod non debeas facere? Hic ſane contemne poteſtatem timendo poteſtatem. Ipſos humanarum rerum gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator, nonne faciendum eſt? Tamen ſi contra Proconſul iubeat, non itaq; contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec huic debet minor iraſci ſi maior prælata ſit. Rurſum ſi aliquid ipſe proconſul iubeat, & aliud imperator, nunquid dubitatur illo contempto illi eſſe ſeruiendum: Ergo ſi aliud Imperator, aliud Deus, quid iudicatis? ſolue tributum, eſt mihi in obſequium. Recte quidem, ſed non in idolo. In idolo enim prohibet: Quis prohibet? Maior poteſtas. Da veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic Auguſtini locus cum exemplis Danielis & ſociorum, & omnium Martyrum conuenit, hui mandantibus Magiſtratibus Idolatriam, aut prohib enti-

*hibentibus veri Dei, & filij eius Ieſu Chriſti adorationem & confeßionem, omißa obedientia humana, recte prætulerunt obedientiam ad Deum iuxta regulã de hoc obedientiæ ordine: Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Item, Mat. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehenna. Atq; hic ordo etiã, aliquo modo rationi per naturæ Legem cognitus eſt. Sicut Socrates apud Platonem ad Iudices inquit: Vos ô viri Athenienſes complector quidem & amo, at Deo potius quam vobis obtemperabo. Et Antigone apud Sophoclem inquit: Magis obtemperandum eſt Dijs, apud quos diutius manendum erit, quam hominibus, cum quibus breui tempore viuimus.*

*Nunc itaq; conſideretur dictum, Date Deo quæ ſunt Dei. Hoc præceptum vniuerſale eſt, obligans omnes qui ſub Deo ſunt, hoc eſt, Non tantum ciues & ruſticos, ſed etiam Principes, Reges, Cæſares, omnes enim ſunt ſub Deo ſupremo Rege & Domino. Imo hoc præceptum duplici ratione Magiſtratus obligat, Primo ad obedientiam, ſicut alios homines, Non eſt enim reſpectus perſonarum apud Deum. Secundo ad defenſionem ſeu cuſtodiam. Quia Magiſtratus debet obedire, & debet eſſe cuſtos diſciplinæ exter-*

*næ, vt*

næ, vt ſecundum vtramq; tabulam etiam alij obediant. Hoc itaq; cogitet omnis Magiſtratus, quod ſit & creatura & miniſter Dei, Sicut Ioſeph cum eſſet Ægypti præfectus ad fratres inquit: Nolite timere, ego enim ſub Deo ſum. Atq; hæc cogitatio has admonitiones affert.

Primò, Magiſtratus debet ſe humiliare ſub potenti manu Domini, & non debet ſe extollere ſupra Deum aut ſibi diuinos honores arrogare, Sicut Nebucadnezar ſeſe efferebat, & ſe adorari volebat. Et ſicut Paulus de Antichriſto dicit: Efferetur ſuper omne quod eſt Deus oſtendens ſe tanquam ſit Deus, 2. Theſſa. 2. Huc poſſunt multa exempla allegari: Talis autem ſuperbia vere eſt peccatum enorme contra hoc præceptũ, Date Deo quæ ſunt Dei: & eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ, Vt autem in politijs grauiſsime punitur crimen læſæ maieſtatis: ita non dubium eſt Deum etiam hoc peccatum ſeueriſsime punire, ſicut exempla oſtendunt.

Secundo, Magiſtratus debet oſculari filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Pſalm. 2. & ei aperire portas ſui imperij, vt hic Rex cum ſuo Euangelio & Sacramentis introeat in ipſius Regnum, ditiones, ciuitates, pagos. Et debet Eccleſiæ huius Regis præbere hoſpitium & præſtare officia nutritionis. Sicut Eſaiæ 49.

*dicitur: Reges erunt Eccleſiæ nutritores, & Reginæ nutrices.*

*Tertiò, Magiſtratus debet vitam & officium dirigere ad normam Legis diuinæ, Non debet ipſe facere contra legem Dei, neq; debet quicquam mandare contra legem Dei. Sed debet eſſe cuſtos diſciplinæ ſecundum legem, defendens obedientes, & cohercens ac puniens illos, qui contumaciter legem Dei violant. Hoc itaq; debet magiſtratus dare Deo, vt vox Dei regula conſiliorũ & actionum ipſius ſit, ſicut Dauid inquit, Pſalm. 119. Mandata tua ſunt mei conſiliarij. Et Ioſuæ præcipit Deus cap. 2. Confortare & eſto robuſtus, vt cuſtodias atq; facias omnem legem, quam præcipit tibi Moſes ſeruus meus. Non declines ab ea ad dexteram, vel ad ſiniſtrã, vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus & noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Et Deute. 17. præcipitur ſimiliter regibus, vt ſedentes in ſolio habeant librum legis diuinæ &c.*

*Hoc loco inſeratur exceptio de legibus Forenſibus Moſis, ne quis exiſtimet hanc admonitionem ſic eſſe intelligendam, quod iudicia omnia debeant iuxta Forenſes leges politiæ Moſaicæ aut Iudaicæ fieri. Nam cum Paulus dicit Roma. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimiorib. ſub-*

dita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

dita ſit: etiam approbat in imperijs honeſtas leges. ſi non pugnent cum lege naturæ & Decalogo. Porro itaq; hæc admonitio diſtributione per præcepta Decalogi deducatur.

In prima tabula mandatur vera confeßio Dei, verus vſus nominis diuini: Sanctificatio Sabbathi, & reuerentia erga verbum & miniſterium Euangelij. Ac prohibetur Idolatria, abuſus nominis diuini, prophanatio Sabbati & contemptus verbi ac miniſterij Euangelici. Debet itaq; magiſtratus Deo in his obedientiam, non tantum in propria perſona, ſed etiam quod ad cuſtodiam diſciplinæ attinet. Huc allegentur exempla piorum regum, Dauidis, Ioſuæ, Ezechiæ, Item Caroli Magni, Ludouici pij & ſimilium. Item, Edicta Nebucadnezaris & Darij poſt conuerſionem, quæ extant in Daniele.

Ita dicatur de obedientia & diſciplina ſecundæ Tabulæ. In quinto autem præcepto: Non occides, fiat diſtinctio inter crudelitatem ac cædem, quæ fit priuato affectu, & vocatur priuata vindicta, eſtq; tàm Magiſtratui, quàm ſubditis prohibita: Et inter vindictam & cædem, quæ fit ex officio, & vocatur vindicta publica. Ea enim eſt ordinata & præcepta à Deo, ſicut Roman. 13. dicitur: Magiſtratus non fruſtrà geſtat gladium. Miniſter enim Dei eſt, vindex in iram. Item Gen. 9. Quicunq; effuderit &c.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Item Deut.19.Non miſereberis eius, & tolles malum.*

*In ſeptimo præcepto admoneatur Magiſtratus de modo ſeruando in exactionibus,ne fiant exactiones rapinæ. Item, inſtituatur dehortatio contra auaritiam,quæ in Magiſtratibus pernicioſiſſima eſt, & in omni gubernatore. Huc pertinent hæc dicta,Luc. 3. Contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Ezech.45. Sufficiat vobis Principes Iſrael iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium ac iuſticiam facite. Eſa.1. Principes eius infideles,& ſocij furum,omnes diligunt munera. Item exemplum Achab,3.Reg.21.*

*Addatur autem exceptio de neceſſarijs cauſis exactionum, quia cùm neceſſariæ ſunt, tunc non ſunt rapinæ, ſed ius Regis, 1.Reg.8. Nam ad communem neceßitatem non ſolùm bona,ſed vitam etiam debemus.*

*In octauo præcepto fiat admonitio de iudicijs, vt ſine reſpectu perſonarum & corruptelis munerũ fiãt vera & recta iudicia. Quia vt Ioſaphat 2.Para.29.inquit:Non hominis eſt iudicium,ſed Dei, qui vt Dauid Pſalm. 82. inquit: Præſens ſtat in conſilio, & iudex eſt inter Deos. Hic itaq; integer Pſalmus, item admonitio Ioſaphat ad Iudices, aptiſsime hoc loco allegabuntur vna cum alijs locis concordantibus. Neq; ſint talia iudicia Magiſtratuum ſicut Micheæ 7. ſcribitur. Quod*

Prim-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Princeps vult hoc pronũciat Iudex, ſperans quod ipſe viciſſim gratificabitur ei. Cuius dicti exemplum extat. Hieremiæ capit. 38. vbi Zedechias Rex Satrapis petentibus occidi Ieremiam reſpondet. Ecce in manibus veſtris eſt, non enim fas eſt regem vobis quicquam negare. Item, 1. Reg. 21. Vbi Ieſabel mandat iudicibus, vt teſtes ſubornent, qui dicant quod Naboth Deo & Regi maledixerit. Quod impij iudices faciunt, & ſic innocentem Naboth condemnant, vt lapidetur &c.*

*In nono & decimo præceptis poterit allegari inſigne dictum Mich. 2. Væ illis, qui meditãtur iniurias, & tractãt apud ſe fraudes in cubili ſuo, vt perficiãt ea mane, vbi illuxerit. Quia potentes ſunt occupãt agros, ſibi rapiunt domos, quas ipſis libet, ita vim inferũt cuiuſq; domui & hæreditati.* 9 & 10

*Hoc modo hæc explicatio ducatur per omnia præcepta, & pro concluſione huius loci addatur gloriatio Samuelis de teſtimonio bonæ conſcientiæ in officio ſuo conſeruatæ, 1. Rom. 12. Item, Dauidis, Pſal. 101. Miſericordiam & iudicium cantabo, Domine tibi pſallam, prudenter ago in integritate erga eos, qui pertinent ad me, ambulo fideliter in domo mea. Non ſtudeo rei iniquæ, odi tranſgreſſorem, nec ſuſtineo vt apud me maneat, cor peruerſum cogo recedere à me, malignum non agnoſco, Diffamantem ſecreto proximum ſuum diſperdo, nec fero elatum oculis, & verum ſuper-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

bum corde: Oculi mei attendunt ad fideles in terra, & integre ambulantes adiungo mihi ſeruos. Non permanet in domo mea, qui fraudē facit, qui loquitur mendacium non erit felix apud me. Mane deleo omnes impios terræ, vt extirpem omnes operarios iniquitatis ex ciuitate Domini.

Quid vero faciendum eſt, cum Magiſtratus præcipiunt aut prohibent, quæ ſine læſione pietatis ad Deum fieri aut omitti non poſſunt? Reſpond. Tunc peccat Magiſtratus, non dans Deo quæ ſunt Dei, & qui propter timorem Magiſtratus impijs mandatis aut prohibitionibus contra Deum obtēperant, etiam peccāt, Quia non dant Deo quæ ſunt Dei. In talibus itaq; caſibus obſeruanda eſt regula de ordine obedientiæ. Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Sic Obſtetrices Ægyptiæ recte fecerūt, quod mandato impio regis Ægyptij de necandis infantibus Hebræorum non obtemperarūt, Exod. 1. & Deus ipſis benefecit, vt ædificaret domos earum. Sic Daniel & Socij recte fecerunt, quod idolatricis edictis noluerunt parere, & recte inquit Daniel: Coram te Rex malum non feci, id eſt, Non peccaui contra tuam maieſtatem, quia tui officij nō eſt adimere Deo quod Dei eſt, videlicet veram confeſſionem et inuocationē Dei. Apoſtoli recte fecerunt, quod Iudæis prohibentib. prædicationē Chriſti nō obtemperauerunt. Huc pertinent

omnia

*omnia exempla Sanctorum Martyrum. Atq; hæc reſponſio de ordine obedientiæ illuſtrari poterit citatione dictorum. Oportet, inquit Apoſtolus, obedire propter conſcientiã. Item, Subditi eſtote propter Deum &c. Subiecti eſtote inuicem in timore Dei. Ergo cum aliquid mandatur aut prohibetur, quod ſalua conſcientia ad Deum, & ſaluo timore Dei facere aut omittere non potes, hoc eſt, quod non potes facere propter Deum, propter conſcientiam, & in timore Dei, Tunc obligatio inferior tollitur per obligationem ſuperiorem. Si idcirco patiendum eſt, tunc cogita de dicto Chriſti. Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & corpus & animam perdere in gehenna. Quod ſi Magiſtratus imponat corporalia onera, atrocia & notoriè iniuſta, vt Achab poſtulat à Naboth, vt relinquat hæreditatem paternam: Talis Magiſtratus peccat contra ſeptimum præceptum: Non furtum facies: in quo præcepto diſtinguuntur rerum dominia & ſubditus recuſans legitimo modo non peccat: ſed tamen ſubditus, qui eſt priuatus, potius talem iniuriam debet patienter ferre quam ſeditionem mouere iuxta dictum Petri: Etiam diſcolis obediendum eſſe. Etſi enim actio Magiſtratus in tali caſu eſt impia, tamen paßio ſubditi eſt pia. Et tale eſt exemplum Mephiboſet filij*

*Ionathæ,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

*Ionathæ, 2. Reg. 16. & 19. Qui patienter fert, quod Dauid ipſi primo integram, & ſecundo dimidiam poſſeßionem eripit, & ſeruo obtrectatori Sibæ dabat.*

**FINIS.**

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 25 [6:1,-132 8°]